

SIGILLVM · VNIVERSITATIS · CALIFORNIENSIS
LVX
FIAT
MDCCCLXVIII
EX LIBRIS

Q. HORATII FLACCI
CARMINA

RECENSVIT

VARIETATE LECTIONIS

ET

PERPETVA ADNOTATIONE

ILLVSTRAVIT

M. CHRISTIANVS DAVID IANI



TOMVS SECVNDVS

EDITIO SECVNDA.

LIPSIAE 1809

SVMTIBVS F. C. G. VOGELII.

ILLVSTRISSIMO. ATQVE. EXCELLENTISSIMO

DOMINO

FRIDERICO. LVDOVICO

S. R. I. COMITI

DE. SOLMS. ET. TECKLENBVRG

DOMINO. MVNZENBERG. VILDENFELS

ET. SONNEVALD

DYNASTAE. SACHSENFELD. CET

AVGVSTISSIMO. DVCI. SAXONIAE. ELECTORI

AB. INTERIORIBVS. CONSILIIS

PROVINCIAE. METALLIFERAE. PROCVRATORI

ORDINIS. AQVILAE. ALBAE. EQVITI. CET

DOMINO. MEO. INDVLGENTISSIMO

HANC. ALTERAM. PARTEM

HORATII. MEI

OB. MAXIMA

IN. ILLVM. MERITA

INSCRIBO. TRADO. CONSECRO

Parvi inculta libri munera tradere
Cui possem, trepido Cilnius adstitit,
Subridens placidum, dixit & adnuens:
„ Flaccum trade mihi meum:

Incultus veniat Flaccus: amicus est:
Usque & gratus amico excipitur sinu:
Incultus veniat. „ — SOLMIADE, *obsequor:*
Flaccum trado TIBI TVVM.

Wir IOSEPH der Andere, von Gottes Gnaden, erwählter Römischer Kaiser, zu allen Zeiten Mehrer des Reichs, in Germanien und zu Ierusalem König, Mitregent und Erbthronfolger der Königreiche Hungarn, Böheim, Dalmatien, Croatien und Slavonien, Erzherzog zu Oesterreich, Herzog zu Burgund und Lothringen, Grossherzog zu Toscana, Grossfürst zu Siebenbürgen, Herzog zu Mayland und Bar, gefürsteter Graf zu Habsburg, Flandern und Tyrol &c. &c. Bekennen öffentlich mit diesem Brief, und thun kund allermänniglich, dass Uns Unser und des Reichs lieber getreuer, Siegfried Leberecht Crusius, Buchhändler zu Leipzig, in Unterthänigkeit zu vernehmen gegeben, wie er eine neue Ausgabe der *Operum Quinti Horatii Flacci cum varietate lectionis & perpetua adnotatione Christiani Davidis Iani*, in Octavo, veranstaltet habe, hierbey aber besorge, durch einen gewinnsüchtigen Nachdruck um Vortheil und Kosten gebracht zu werden, und Uns dahero ermeldter Crusius allerunterthänigst gebeten hat, Wir gnädigst geruhen mögten, ihme über dieses Werk Unser Kaiserliches Druckprivilegium allermildest zu ertheilen: Wann Wir nun gnädiglich angesehen desselben demüthigst ziemliche Bitte, so haben Wir ihme, Siegfried Leberecht Crusius, seinen Erben und Nachkommen, die Gnade gethan und Freyheit gegeben, thun solches auch hiermit wissentlich, in Kraft dieses Briefs, also und dergestalt, dass oft bemeldter Crusius, dessen Erben und Nachkommen, obbesagtes Werk, unter gewöhnlicher Censur, in offenem Druck auflegen, ausgehen, hin- und wieder ausgeben, feilhaben und verkaufen lassen mögen, auch ihnen solches Niemand, ohne ihren Consens und Willen, innerhalb Zehen Iahren, von dato dieses Unsers Kaiserlichen Privilegii an zu rechnen, im heiligen Römischen Reich, in keinerley Format, noch unter diesem, oder auch andern Titel, nachdrucken und verkaufen lassen solle: und gebieten darauf all- und ieden Unseren und des Reichs Unterthanen und Getreuen, insonderheit aber allen Buchdruckern, Buchführern und Buchhändlern, bey Vermeidung einer Poen von Fünf Mark löthigen Goldes, die ein ieder, so oft er freventlich hierwider thäte, Uns halb in Unsere Kaiserliche Kammer, und den andern halben Theil mehrerwähntem Crusius, seinen Erben und

Nach-

Nachkommen, die hierwider beleidigt würden, unnachläſslich zu bezahlen verfallen ſeyn ſolle, hiermit ernſtlich, und wollen, daſs ihr, noch einiger aus euch ſelbſt, oder iemand von euretwegen, obangeregtes Werk innerhalb denen beſtimmten Zehen Iahren, nicht nachdrucket, noch auch alſo nachgedruckter diſtrahiret, feil habet, umtraget, oder verkauffet, noch auch ſolches andern zu thun geſtattet, in keine Weiſe noch Wege, alles bey Vermeidung Unſerer Kaiſerlichen Ungnade, obbeſtimmter Poen der Fünf Mark löthigen Goldes, auch Verliehrung deſselben euren Drucks, den vielgemeldter Cruſius, deſsen Erben und Nachkommen, oder deren Befehlshabere, mit Hülf und Zuthun eines ieden Orts Obrigkeit, wo ſie dergleichen bey euch, und einem ieden finden werden, alſogleich aus eigenem Gewalt, ohne Verhinderung männiglichs, zu ſich nehmen, und darmit nach ihrem Gefallen handlen und thun mögen. Hingegen ſolle er, Cruſius, ſchuldig und verbunden ſeyn, bey Verluſt dieſer Kaiſerlichen Freyheit, die gewöhnlichen Fünf Exemplarien von obgedachtem Werk an Unſern Kaiſerlichen Reichs-Hof-Rath einzuſenden, und Unſer Kaiſerliches Privilegium, andern zur Warnung, demſelben vordrucken zu laſsen Mit Urkund dieſes Briefs beſiegelt mit Unſerm Kaiſerlichen aufgedruckten Secret-Inſiegel, der geben iſt zu Wien den drey und zwanzigſten Martii, im Iahr Siebenzehen Hundert Neun und Siebenzig, Unſers Reichs im Funfzehenden.

IOSEPH.

(L. S.)

V. R. Fürſt Colloredo.

Ad Mandatum Sacrae Caeſareae Maieſtatis proprium.

Ignat. v. Hofmann.

PRAE-

PRAEFATIO.

Post quatuor annos elapsos prodit iam denique alter Horatii tomus, quem tum, cum primus in lucem exibat, intra annum certe secuturum esse, & ipse speraram, & plurimi mecum crediderant. Sed praeter magnas illas interpretandi Horatii difficultates, in praefatione primi iam tomi descriptas, quas praeter spem & opinionem hoc in tomo expoliendo maiores propemodum gravioresque expertus sum, plurima etiam ac varia impedimenta externa persequendo absolvendoque sese operi obiecerunt. Primum insignis illa rerum mearum commutatio, cum Hala Islebiam translatus sum, non potuit non magnam adferre moram Horatianis studiis. Curis multis negotiisque distractus, unice occupatus in adeundo ac perdiscendo novo munere, bibliothecarum denique Halensium, tam publicarum, quam privatarum usu privatus, non nisi sero redire ad laborem intermissum potui. Sed sexcenties eum vel omnem denuo abiicere iusserunt, vel certe turbarunt atque interpellarunt domesticae sollicitudines, meorumque morbi; atque inprimis anno superiore, ubi in eo erat opus, ut finiretur, gravissimo vulnere accepto ex morte

dul-

dulcissimi filioli, ita patriae cecidere manus, ut numquam ad illud rediturus viderer. Verum enimvero superatis tandem atque expugnatis omnibus vel impedimentis vel difficultatibus, trado nunc Viris doctis hanc alteram Horatii partem, Eorumque benevolentiae atque indulgentiae diligentissime commendo.. Continet ea vatis Venusini Odarum librum tertium & quartum; quintum cum Sermonibus tertius tomus, quartus Epistolas, Artem poëticam, uberrimumque indicem complectetur: malui enim quatuor tomos pro tribus dare, quam ab instituta interpretandi ratione negligenter discedere, quam ut servarem teneremque, summi in hoc genere doctissimique Viri suasissent.

Namque ita exceptus est primus ille tomus in Germania, ita clarissimorum hominum vel suffragio comprobatus, vel laudibus ornatus, ut non solum impense laetarer, laudatus a laudatis Viris, atque ad persequendum acriter cursum excitarer, sed etiam facile ferrem malevolorum quorumdam & secundariorum criticorum iniurias. Primum igitur maximas publice gratias ago Viris doctissimis & clarissimis, qui in Bibliotheca Berolinensi, in ephemeridibus litterariis Gottingensibus, Halensibus, Gothanis, Helmstadiensibus, Lipsiensibus, Ienensibus, Francofurtanis, Erlangensibus, aliisque in operibus criticis, quae non omnia videre mihi atque inspicere contigit, honorificentissimo iudicio decorarunt Horatium meum. Sed illis omnibus

tan-

tantis Viris ſapientior fuit Henricus Wagnerus, is, qui aliquando, in Klotzii tutelam receptus, Horatii carmina collatione Graecorum ſcriptorum illuſtravit, ita, ut exſcriptis e Lambino locis graecis ipſe puerili ſtudio plerumque adderet loca, in quibus eſſet v. c. *μέλας θάνατος*, *Ζεὺς ἀθανάτων βασιλεὺς*, *ἡδὺς οἶνος*, quo melius intelligeretur Horatius, ubi *atram mortem*, *Iovem regem Deorum*, *dulce vinum*, dixiſſet. Ille, ille Wagnerus, non forte Saxius aliquis, non Ruhnkenius, non Wyttenbachius, non Schraderus, aut alius quisquam ex magnis Belgii litteratoribus, ſed Wagnerus inquam, Bibliothecae Criticae, quae Amſtelodami editur, tam iniquam & acerbam, tam indignam claſſicis illis ephemeridibus, tam indignam docto & bene morato homine, Horatii mei cenſuram inſeruit, ut facile intelligi poſſet, acerrimo eum, cum ſcriberet, odio commotum fuiſſe, cuius cauſſas coniectura aſſequi initio vix poſſem. Sed habebat, ut audio, Wagnerus, cur ſuccenſeret Germanis, eamque indignationem cum in primum quemque effundere ſtatuiſſet, infelici caſu ego primus obvius factus ſum. Accedebat, quod in enumerandis iis, qui ad Horatium illuſtrandum ſpectarent, libris, illius aureum illud opus, ipſius maxime gratia, ut ſcriptum obliviſcerentur ſenſim homines, praetermittendum putaſſem. Itaque mecum concertandum, mihi inſultandum erat.

Scio

Scio atque ex animo fateor, plurima esse in Horatio meo, quae iure ac merito reprehendi possint. Homo sum, neque is, qui perfecta esse, quaecumque scribam, atque ab omni vitio immunia putem. Praeterea fas etiam est obrepere somnum in tam longo opere, tantisque difficultatibus impedito, quarum sane ignarus sit, qui nondum ipse talis laboris periculum fecerit. Neque semper animus noster eo in loco ac statu est, eum sensuum vigorem, eam ingenii alacritatem habet, qua opus est ad recte intelligendum docteque & subtiliter declarandum poëtam, idque eum, cuius carmina tam diversam speciem habent: quo fit, ut iis, quae scripsimus & posuimus, post aliquod tempus ipsi saepe adstupeamus, &, quomodo hic vel ille error inciderit, admiremur. Quare doctissimis illis criticis, qui non temere laudarunt Horatium meum, sed etiam, ubi erratum a me esset, humaniter honesteque monuerunt, gratissimam pro tanto beneficio mentem significo.

Wagnerus contra, quod iam per se suspectum reddat iudicem necesse est, nihil, nihil prorsus boni, quod mihi quidem debeatur, esse edicit in meo Horatio; nihil in eo agnoscit eorum, quae agnita & probata sunt summis Germaniae criticis, quorum ille non dignus est ἵνα λύσῃ αὐτῶν τὸν ἱμάντα τοῦ ὑποδήματος. Non contuetur forte opus meum universum (forte nec poterat), sed modo e singulis locis studiose colligit, cupideque, nec spretis

mi-

minutiis, corradit, in quibus vel vere, non diffiteor, lapſus eram, meque lapſum eſſe videre non magni acuminis erat, vel, quod plerumque ita eſt, ipſe me lapſum eſſe putabat; eaque, ut homo, qui de poteſtate exiit, magno cum clamore ſtrepituque iuvenilis iactantiae, inſipidis nugis ineptisque iocis diſtincta, mihi exprobrat. In quo eo usque abripit eum caecus impetus, ut v. c. me bacchari dicat in eo, quod Romanos a Virgilio *terrae dominos* dici ſcripſerim, cum tamen (o nefas!) ab eo dicantur *rerum* potius *domini:* eo usque, ut negligentiae me accuſet, qui ad I. 12. 36. dixerim laudari a Bentleio Macrob. Sat. II. 4. cum huius loci nulla apud illum mentio ſit, quem tamen locum ibi inveniet, quisquis non lippit: eo usque, ut ex errore, qui vitio typothetae & correctoris incidit ad I. 2. 32. (ubi ſcripſeram ego: „ſuaviſſima iſta imago poëtica, *hinc* ducta *a* Quint. Cal. V. 71. – – *eſt ex* Heſiod. theog. 201.„ cet.) ex illo igitur errore ut colligat, me neſcire, quod tamen neque ſcire adeo difficile erat, & me ſcire aliunde conſtare poterat, Quintum Calabrum poſt Horatium vixiſſe: eo usque, ut me increpet, qui ad I. 3. 9. non ſtatim intellexerim, illa, κεῖνος ἐξ ἀδάμαντος cet. eſſe Pindari. Ab tali tamque maligno cenſore quae tandem aequa & liberalis cenſura exſpectari poſſit, facile intelligitur.

Primam adverſus me litem agit ex eo, quod Cruquium inter principes Horatii interpretes (*antiquio-*

antiquio-

tiquiores addideram, quod ille ſapienter omittit) retulerim, cui vix locus ſit in ultimis. Cur? quia Celeberrimus Henricus Wagnerus ita edixit. Sed recte legere debebat & expendere, quae & quomodo de Cruquio ſcripſiſſem, non temere cavillari. Deinde cavillatur, me Danieli Heinſio non multum ingenii poëtici tribuiſſe, qui ſummum ſeſe poëtam pulcherrimis carminibus probarit. Quis quaeſo de eius carminibus iudicare voluit? Non dixi, Heinſium nullum ingenium poëticum habuiſſe, ſed non prodidiſſe certe illud in emendando quidem Horatio, dixi dicoque. An is prodit ingenium poëticum, qui I. 2. 1. emendat *tetrae?* qui I. 4. 5. *imminentem Lunam* explicat novilunium? qui in I. 7. nullam connexionem videt? qui I. 10. 4. legi vult *humore*, I. 2. 19. *occupabit*, III. 15. 3. *caloribus?* quem ipſe Bentleius ad h. l. infelicem fere fuiſſe in emendando Horatio iudicavit?

Porro acerrime in me invehitur Wagnerus, quod Cuningamium ipſi Bentleio anteferendum dixi. Facile videt lector non occupatus, me illud non dicere univerſe (nam paullo ante Bentleium *maximum* ingenium criticum, quod umquam vixerit, fuiſſe dixeram), ſed cum reſpectu ad Horatium. Bentleii in ſummo acumine critico, ſumma doctrina, ſummis de Horatio meritis, frigidum minimeque poëticum ac multo minus lyricum ingenium quis quaeſo ignorat? nugis eius & argutiis quis non ſubinde maxime offenditur?

Con-

Contra Cuningamius licet Bentleio doctrina ea, quae lectione comparatur, ipsisque in Horatium meritis, inferior sit, tamen in emendationibus & lectionibus iis, quibus ab illo recedit, plerumque & sagaciorem se, & elegantiorem atque a spiritu poëtico & lyrico (quem plurimi facio in critico) longe superiorem Bentleio praestat. Exemplo sint I. 3. 18. *fixis*, I. 14. 5. *ut*, I. 21. 14. *principe Caesare*, I. 22. 14. *Daunias*, II. 3. 12. *qua &*, II. 10. 9. *saevius*, ib. 10. *excelsae*, II. 14. 27. *superbis*, III. 14. 11. *virum expertes*, III. 19. 12. *miscentur*, III. 24. 5. *si*, ib. 25. *quisquis*, ib. 39. *gelu*, III. 25. 19. *Deum*, IV. 14. 28. *meditatur*, IV. 15. 9. *Quirinum*.

Sed inprimis multus est Wagnerus atque inhumanus in reprehendendis graecis, quae adposui illustrando Horatio. Tria aut quatuor ex iis, quae adfert, recte poterant, sed modeste debebant ab homine humanitatis studioso reprehendi. De ceteris adhuc quaerendum est. Vix agnosco praeceptorem graecarum litterarum, qui semper perperam scribit *aesthethicus*, qui I. 1. 30. expressum esse putat ex Pind. Ol. α. 34. κράτει δὲ προσέμιξε δεσπόταν, quod vel mediocris Pindari lector multo alienius ab hoc loco esse sentiet, quam virginem κατάκλειστον a II. 11. 21. Maxime autem iniquitas hominis eminet, ubi me furti reum agit, qui aliis interpretibus sublegerim bonas interpretationes. Si pro consilii mei ratione optimam dare cuiusque loci explicationem volui; si eum in

in finem interpretes legi, sumsique ex iis cum delectu, quae placerent, quamquam non memorato semper, brevitatis gratia, unde hausissem, fonte: hoccine est sublegere, suffurari? Vix quidquam dici insulsius poterat.

Praeterea gravissimam mihi litem intendit Wagnerus ex eo, quod non recepi Bentleianas nonnullas coniecturas, veluti, *rectis*, I. 3. 18. *strictis*, I. 6. 18. cum tamen Hemsterhusius summopere laudarit eas & commendarit. Sagacissimas eas esse ego non minus sentio, quam bonus Wagnerus; sed non fuit ea iudicii subtilitas homini, ut perspiceret, quam alienae essent ab illis locis, quam certe parum necessariae. Attamen *indeque*, I. 7. 5. malim & ipse a me fuisse receptum: cuius quidem lectionis occasione ipsum adeo Summum Schraderum perstringere non horret Wagneri temeritas. Deinde male fert idem, quod ex Toupii & Valkenarii commentariis non attuli, quae ipse allata a me esse vellet. At quam iniqua & prope ridicula reprehensio! inprimis cum eorum librorum copia mihi nulla fuerit. Et sane illud si fecissem, iterum furti me arguisset Wagnerus, aut nimis multa cumulasse dixisset.

Denique cavillandi materiam ducit ex eo, quod *argutari* sive *nugari* interdum dico summos etiam Intpp. tamquam non summo etiam viro

viro accidere possit, ut argutetur, & tamquam, hoc videre & dicere, nefas sit; item, quod subinde breves de pulchritudine admonitiones, *docte*, *exquisite*, *pulchre*, *splendide*, *magnifice*, sed cum dilectu semper, ponere soleo: quam utramque cantilenam repetere atque acerbius, quam decebat tam & elegantem & reverendum virum, in me invehi nuperrime placuit Clarissimo Viro, Iacobo Friderico Schmidio, propterea, quod (horresco referens!) ab ipso seniore iunior ego dissentire in quibusdam ausus essem. Sed neque respondebo illi equidem iam aut vicem reddam, & ipsum nunc Wagnerum meum missum in praesentia faciam. Plus enim apud me valet, minutis illius calumniis & argutiis, veneranda principum Germaniae criticorum auctoritas, & publice & privatim mihi significata. Plus apud me valet Summi Heynii perscripta ad me adhortatio: „Animum exhilara quam primum, & in cursu semel incepto perge, nec adverso vento in transversum te abripi patere. De amore meo ac studio ne umquam dubites.„

Ceterum in eo est ut prodeat nova, innumerisque locis emendata, tomi primi Horatii mei editio. Summo studio, in illo perpoliendo, utar iis, quas in magni beneficii loco habui & habeo, Virorum Doctorum admonitionibus, cum per publicas recensiones, item per singulares libellos (ut facere dignati sunt Viri amicissimi,

Har-

Harlesius, Schmidius Giessensis, Seyboldus, Bauerus), tum per litteras, mihi impertitis. Neque solum prolusiones de codd. & editt. de vita, de moribus, atque inprimis de poësi lyrica, & de metris Horatii, multo auctiores & perfectiores dare, sed etiam Argumenta & Observationes quam mordacissima lima persequi in animo habeo. Erit ibi locus, ceteras quoque a Wagnero intentas mihi iniurias ac lites, super singulis Horatii locis, dispiciendi ac retundendi. Sed accedet etiam nova prolusio, qua vocabula, *argutari*, *exquisite*, *docte*, *magnifice*, *splendide*, *suaviter*, *dilectus*, *nobilis*, *sublimis*, & alia, quibus utor in scholiis, tironum in gratiam explicentur & illustrentur.

Denique hoc in tomo etiam si quis hominem me fuisse reperiat homo, humaniter monitum multo me obstringet beneficio. Scr. Islebiae, d. XVI April. CIƆ IƆ CC LXXXII.

M. CHRISTIANVS DAVID IANI,

GYMNASII ILL. ELECTOR. RECTOR.

Q. HO-

Q. HORATII FLACCI

CARMINVM

LIBER TERTIVS.



Q. HORATII FLACCI
CARMINVM
LIBER TERTIVS.

Docet suus quemque lectorem Horatii sensus, odarum nobilissimarum copia tertium hunc & quartum librum ceteris facile praestare. Maxima enim in utroque carminum pars tam excelsa & cogitandi & loquendi vi, tam maturo ingenii robore, tam generoso sensuum moralium nisu, tam aureis de vita regunda praeceptis, prae reliquis eminet, ut facile appareat, serius illa ab Horatio esse facta, cum accessisset gravitas iam constantis aetatis; recteque ea Scaliger (Poët. VI. 7.) *sapientiae plena*, *numerosa*, *ardua* dixerit. Quamquam insunt & iuvenilia quaedam.

CARMEN I.

ARGUMENTUM.

Pauca fecit Horatius carmina, quae cum hoc comparari possent; ita prorsus admirabilis in eo est nobilissimae sapientiae cum summa poëseos virtute coniunctio. Nondum potui assequi, quomodo fuerint, qui nullum in eo nexum, nullam iustam descriptionem agnoscerent; ut Ill. Hom. elem. crit. c. 1. T. I. p. 34. Mihi quidem nexus ita lucidus esse videtur, vix ut latere queat, descriptio ita praeclara, nihil ut in ea desiderari possit. Non est in imperii, honorum, divitiarum splendore sita felicitas: nam cum & per se nihil sit is talis splendor, & morte finiatur, neque immunes nos ab illa praestare possit; tum ita non potest dare, qua nullum maius bonum est, animi tranquillitatem, ut illi potius obesse soleat. Hac solus fruitur, qui innocentiam & securam mediocritatem sectatur; qui in parva fortuna, pietate & continentia sua beatus vivit. *Haec talia, tamque sublimia ac gravia praecepta cum prorsus praeclare (quamquam non methodice) inter se apta & connexa sunt, cum summa elocutionis vi, splendidissimo ornatu & numero poëtico, planeque lyrica sententiarum conversione elucescunt. Comparanda vero cum h. c. I. 31. II. 2. II. 18. & inprimis II. 16. ab ideis, & verbis adeo, multis locis simillimum; it. Lucret. II. 24 sqq. Quaedam etiam e graeco exemplo ducta esse apparet. --- Maxime vero haerere videas Intpp. in primo tetrasticho, eiusque cum sqq. nexu. Multi (ut Gesn.) habent pro praefatione totius libri tertii, ob severiora, quae insunt, carmina. Alii, e. g. Torrentius, ad sex priores tantum odas, & gravioris argumenti, & alcaicas, referunt. Altius rem repetit Dacerius, Horatium, cum hanc primam oden & plures libri III fecisset post carmen saeculare, se ipsum, cum superbia quadam, atque ut auditionem sibi faceret, hoc prooemio vatem eiusdem carminis saecularis designare voluisse. Igitur inter primum & alterum tetrastichon maius spatium reliquit. Hoc vero quam durum atque abhorrens sit, vix opus est dicere. Sed audacius etiam Sanadonus eos quatuor versus plane hinc resecuit & prologum carminis saecularis fecit (V. Argum. Carm. saec.); permotus primum formulis religiosis, tum mentione puerorum & virginum, item carminum non prius auditorum, denique eo maxime, quod tam ardua morum praecepta ab aetate provectis potius possint quam a pueris intelligi: quo nomine etiam Iul. Scaliger hoc tetrastichon tamquam ab re alienum reprehendebat. Facile poterit de his ex Obss. nostris iudicari.*

METRUM

METRVM XVI.

Odi profanum volgus & arceo:
Favete linguis: carmina non prius
Audita

DE HOMINVM VARIIS CVRIS, VARIAQVE FORTVNA ET AEQVA MORTE: Asc. Locher. Venett.
Alii: AD INDOCTOS.
item: AD CHORVM VIRGINVM ET PVERORVM.

1—4. Magnificum exordium. Habent insignem vim ad animum lectoris statim ab initio sacra veneratione imbuendum, augustamque & nobilem quamdam tribuendam carmini speciem formulae religiosae, in sacrificiis & initiis sollemnes, quibus pro praefatione poëta utitur; ut maxime hac parte eius artificium admirandum sit. Np. dum sanctissima & gravissima vitae praecepta, quae a vulgi opinionibus abhorrere, ac, tamquam mysteria, paucis generosis animis cognita esse intelligit, elocuturus est Horatius, e caelesti eorum sensu ita intumescit animo, & quasi adflatur, ut sibi rem sacram facturus & tamquam teletas instituturus videatur. Quod tanto praeclarius est, cum fuisset prisca poësis sapientiae ac virtutis magistra, habuissetque sua mysteria; cum Orpheus, Linus, Musaeus, instituissent religiones, teletas, orgia Musarum. Itaque imperiosa quadam cum arrogantia statuit, quos summoveri ab his arcanae sapientiae initiis, quos admitti ad ea velit; vel, remota allegoria, quibus lectoribus tam philosophicum & παράδοξον carmen scripserit, quibus non. — *Odi & arceo*, abesse iubeo, *vulgus profanum*, profanos, non initiatos, βεβήλους, ἀμυήτους, ἀτελέστους· qui summoveri solebant a sacris voce sacerdotis vel praeconis: ἑκὰς ἑκὰς ἐστε βέβηλοι· *procul o procul este profani*, Virg. Aen. VI. 258. Intelliguntur h. l. (ut recte Scholl.) „imperiti & indocti„ homines ἄμουσοι, cum plebe sentientes, pravis opinionibus imbuti, ambitiosi, avari cet. Musarum sacra obstrependo profanaturi (cf. ad II. 2. 18.): vel, ut Aristoph. Βατρ. 357 sqq. (quem L legi

Audita Musarum sacerdos
Virginibus puerisque canto.
Regum timendorum in proprios greges,
Reges in ipsos imperium est Iovis,

Clari

6. *est* deest in uno Bersm. Dess. 1. *Iovi* unus Fabr. unus Bersm. Male.

l. legi cupio): *ὅςις ἄπειρος τοιῶνδε λόγων, ἢ γνώμη μὴ καθαρεύοι, ἢ γενναίων ὄργια Μȣσῶν μήτ' ἶδε πω* cet. v. Gell. N. A. XX extr. 2. Vos, pii, Musarum studiosi, initiandi, *favete linguis*, ore, *εὐφημεῖτε*. Nota vox sacrorum, tum ad dicenda bona verba s. omina, tum ad silentium pertinens; ne quid mali vel sinistri exaudiretur, quo profanaretur res sacra, eiusve vis impediretur. v. inf. ad 14. 11. Cic. de Divin. I. 45. Sen. vit. b. 26 extr. Plin. XXVIII. 2. Cf. Virg. Aen. V. 71. Ovid. Tr. V. 5. 5. Tib. II. 2. 1. Prop. IV. 6. 1. Iuven. XII. 83. — *carmina non pr. audita*, novum carmen; quod hoc quidem l. non tam ad modos lyricos, quos princeps tentasset e Romanis Horatius (v. III. 30. 13.), quam ad argumenti excellentiam referam. 3. *Musarum sacerdos*, sollemnis poëtarum appellatio; v. Theogn. 767. Virg. Ge. II. 476. Prop. III. 1. 3. Tib. II. 5. 1. Ovid. Am. III. 8. 23. tum h. l. opportunissima; v. ad v. 1. Sed cur *virginibus, puerisque?* Nempe, quia in tanta saeculi sui corruptela veretur, ut vulgus adultum, iam obstinatum & obfirmatum ad vitia, ad rectos sensus reduci queat, iuvenilem aetatem, integram adhuc, mollem, docilem, a cuius institutione secuturi saeculi mores pendent, his praeceptis vult initiari. Veneranda sane idea!

5. Incipit argumenti tractatio. Non esse felicitatem in splendida conditione sitam, ut ostendat, graviter orditur a tyrannis s. regibus. — *timendorum*, np. ob potentiam absolutam; praeclarum epitheton! — Regum *imperium est*, pertinet, reges imperium habent, in *proprios greges*, populos sibi subiectos; hinc omnium primi & beatissimi habentur,

Clari giganteo triumpho,
Cuncta supercilio moventis.

Est

7. *triumpho*, & Cun.

tur, ac videntur a nemine pendere (cf. Pind. Ol. α. 180.). *Greges* pro subiectis vix ferret nostra consuetudo; ignobilis hodie esset idea. - Sed amant illam Graeci; eaque ex priscorum mortalium simplicitate dignitatem etiam habet. Saepe ap. Hom. reges sunt ποιμένες λαῶν. Occurrit & in Psalmis ea comparatio. Non erat igitur, quod illa adeo offenderetur Sanadoni fastidium; multo minus, quod putaret, lusisse Horatium in *reges* & *greges*. — 2. Sed sunt ipsi inferiores & subiecti *Iovi* (ubi, quam praeclare ordinata sint v. 6. verba, vide!), infinite potentiori magisque metuendo, ipsis etiam, domino, ad cuius maiestatem omnis eorum splendor evanescit. Hoc ultimum magnificentissime adumbrant vv. 7. 8. — *clari*, qui potentiam suam splendide declaravit, & v. ad II. 12. 20. *triumpho giganteo*, docte pro, victis gigantibus; quo facto omnes victoriae humanae obscurantur. Res nota — *cuncta*, totam naturam, *moventis*, tremefacientis, *supercilio*. Alias *nutu* capitis dicitur Iuppiter caelum concutere; quod ipsum iam sublime: sed h. l. solo *supercilio* (quod iam per se ad augustam gravitatem valet), np. moto aut ex indignatione contracto. Quae idea quantam maiestatem habeat, facile est sentire. Comparentur ex legibus τȣ̃ ὕψȣς, Homer. Il. α. 528 sqq. κυανέῃσιν ἐπ᾽ ὀφρύσι νεῦσε Κρονίων. Virg. Aen. X. 115. Ovid. M. I. 179. Forte superior his ll. a sublimitate noster, ob brevitatem & simplicitatem inprimis. Sed cf. etiam Psal. XVIII. 8. CIV. 32. item Hagedorn. carm. mor. 2. v. 11 sqq. Opp. T. I. p. 5. Gellert. Od. 26. v. 5 - 8. & Summi Denis. carm. in tonitru (p. 249.) v. 1 - 5. item 11. 29. 61. Ad rem apte laudant Plaut. Casin. II. 5. 25. Senec. Thyest. 605 sqq. *Vos, quibus rector* cet. item e Sueton. Caes. 6. 2. verba Iulii Caesaris in amitae laudatione; quae Horatio in animo fuisse volunt.

Est ut viro vir latius ordinet
Arbusta sulcis; hic generosior
Descendat in Campum petitor;
Moribus hic meliorque fama

Con-

9. *Esto* (h. concedamus) *ut* coni. Bentl. nam vulgare *Est ut* frigere, & apud Schol. Cruqu. esse: „Est pro sit,„ ubi legendum esse appareat: „Esto pro sit.„ Assentit Bentleio With. laudans Serm. I. 6. 19. Stat. Theb. VII. 158. Sed bene habet *Est ut;* v. Obss. & ap. Schol. Cr. leg. „Est pro fit.„ 10. *A silvis* Lips. 4. 11. 12. *petitor Moribus: hic melior fama* Locher.

9 sqq. Post regum conditionem commemorat (at quam docte & ornate!) ea, quibus Romae exsplendesceretur, in quibus *Romanus* sensus excellentiam ac felicitatem poneret, *divitias* (v. 9.), & *summos magistratus*, quaeque ad hos evehere possent (v. 10-14.); plane ut I. 1. 7-10. — 9. Divitiarum discrimen sic effert: alius alio plus agri, latiorem fundum habet. Vide, ut id ornarit! *Est ut*, prorsus graece, ἔστιν ὡς s. ὅπως, pro, *accidit* s. *fit*, *ut ordinet* cet. & hoc pro simplici *ordinat*, *descendit* cet. Sic Epist. I. 12. 2. Lucret. III. 727. & saepius. Virg. Ecl. VIII. 9. cet. V. quae dicta sunt in Arte poët. lat. p. 492 sqq. — *viro vir*, alius alio, graece. — *ordinare*, exquisite pro, ordine & iusto intervallo ponere (Virg. E. I. 74.) s. deponere *sulcis*, scrobibus (v. Virg. Ge. II. 24.). — *arbusta* post scholiasten plurimi referunt ad vites (v. I. 18. 1. Virg. Ge. II. 416.), vel ad arbores, quibus illae adnectebantur, sensu vocabuli sollemni ap. scr. rei rust. sed amplior idea sit, si accipias generatim pro *arboribus*, quae, cum adultae sunt, e seminariis in agrum transferuntur. Iam leg. not. ad II. 14. 22. — *latius* non tam accipiam de intervallo, quo distinctae sunt arbores, quam de ambitu arboreti. Itaque magnus & amplus fundus, eiusque beatus dominus, more lyrico, hoc uno colore declaratur; cui eleganter respondent, quae sequuntur v. 30. — 10 sqq. Ambitio in petendis magistratibus, atque

Contendat; illi turba clientium
Sit maior: aequa lege Necessitas
Sortitur insignis & imos;
Omne capax movet urna nomen.

Destri-

que ad hos viae primariae. *petitor*, prisco usu, candidatus, magistratum petens. [Nove ap. Cic. & ICtos est actor: v. Macrob. Sat. III. 14.]. — Est ut *petitor hic*, alius, *generosior*, np. alio, *in Campum* Martium, ubi fiebant comitia creandis magistratibus, *descendat*, & hoc ornate pro, generosior s. genere nobilior *sit*. *Descendat* autem, quia campus M. depressior erat. cf. Cic. ad Div. IV. 8. — 12. alius *moribus & fama*, honestate & existimatione, *melior*, superior, *contendat*, copiose & docte pro simpl. *sit*; nam *contendere* inter se candidati dicuntur. — *clientium* multitudinem plurimum valuisse ad impetrandos honores, notum. Cf. II. 18. 7. — 14. Apodosis est. Attamen morte omnibus communi haec omnia discrimina tolluntur, omnes aequales fiunt; qua tristi cogitatione omnis magnitudo attenuatur. Sed hoc vulgare: „omnibus moriendum est„ praeclare exornavit. *Necessitas*, Μοῖρα, Ἀνάγκη, cuius filiae Parcae. Post Acronem fere intelligunt Mortem; sed Necessitatis amplior notio est; v. ad I. 35. 17. Ex mytho Platonico (de Rep. X. p. 765. E. sqq. Frf.) Necessitas dea de animabus in corpora ituris, earumque vitae conditione decernit, idque *sorte* etiam. Similem antiquam ideam de earum ad inferos reditu in animo haud dubie habuit Horatius hic & II. 3. 26. ubi vid. not. — *insignes & imos*, v. I. 34. 13. *sortitur*, eorum sortes, κλήρους, in urnam fatalem conicit (sic accipio ob sqq.), *aequa lege*, ratione, conditione, s. *aeque* insignes ac imos, nullo delectu aut discrimine. Conf. I. 4. 19. II. 3. 21. II. 18. 32. — *capax*, excellens & graphicum epitheton! Docte urna *omne nomen*, omnium nomina *movere* (pro vulgari *continere*) dicitur, dum ipsa movetur s. quatitur. Cf. II. 3. 26.

Destrictus ensis cui super inpia
Cervice pendet, non Siculae dapes
Dulcem elaborabunt saporem,
Non avium citharaeque cantus

Somnum

17. *Districtus* Mentel. Alt. Lipss. 2. 3. Pulm. 3. 4. 5, aliique multi; item sic Venett. Asc. Locher. Basill. Fabr. Cruqu. Torrent. Baxt. San. Ion. cet. Et est fere lectio vulg. Sed praestat, ut exquisitius & aptius, *destrictus* (strictus de vagina), uti est in Pulm. 1. 2. Fran. Dessss. Lipss. 1. 4. Helmst. duobus Bersm. & in pluribus aliis haud dubie, non animadversum editoribus. Sic & Heins. Bentl. Cun. 19. *elaborarunt* quid. Lambini aliique codd. Haud dubie, quod, librarius putaret, ad Damoclem omnia pertinere. Vnde sic vulgo editt. saec. XVI ante Lamb. Sed *elaborabunt* quatuor Lamb. omnes Cruqu. Pulm. Torr. Bentl. & nostri cet. item editt. priscae, Venett. Asc. Locher. cet. & post Lambin. vulgata haec lectio. — *elaborarint* Cun. — *soporem* librariorum error.

17 sqq. Altera ratio, cur non insit felicitas in divitiarum & potentiae splendore. Quemadmodum morte evanescit omnis talis splendor, sic, dum durat etiam, tranquillitatem & ἡδονὴν non potest tribuere, si quis sceleris conscientia, metu, curis crucietur; ut saepe hac parte minime sint felices, qui maxime esse videantur. Sic sententiarum optimus est nexus, quamquam verborum s. grammaticus nullus, lyrico nisu, & quasi saltu, ut aiunt. Sed ad illud generale ornandum, a nota de Dionysio tyranno & Damocle historia, quam elegantissime narrat Cic. Tusc. V. 21. colores duxit, s. ut hodie dicimus, eo allusit; proprie enim de neutro loquitur, sed de quovis opulento, qui angoribus intus torquetur. Sed argutantur Intpp. — *Destrictus* (v. V. L.) *ensis* cet. Pers. III. 40. *auratis pendens laquearibus ensis Purpureas subter cervices terruit.* — *impia* pro, hominis impii; cui mox opponuntur homines agrestes. Cic. l. l. *Satisne videtur declarasse Dionysius, nihil esse ei beatum, cui semper aliquis terror impendeat?* Hoc „nihil esse ei „beatum„ vide quomodo extulerit *poëta!* ei *non Siculae dapes* cet. i. opiparae, exquisitissimae, quales esse sole-

bant

Somnum reducent. Somnus agrestium
Lenis virorum non humilis domos
Fastidit, umbrosamve ripam,
Non Zephyris agitata Tempe.

Desi-

21. *reducet* quid. ap. Lamb. quod esset prosaicum. *reducat* Muret. *reducunt* var. lect. ap. Cun. unde *reducant* ille emend. nulla necessitate. 23. *umbrosamque* omnium librorum lectio, sed Horatianae rationi convenientius est *umbrosamve*. Vid. ad v. 44. 24. *animata T.* coni. Francius ap. Cun.

bant epulae tyrannorum Siculorum. In proverbio erant *mensae Syracusanae*, Συρακουσία τράπεζα καὶ Σικελικὴ ποικιλία, Plat. rep. III. Sed huic l. inprimis apta idea, ob allusionem. — *elaborabunt* pro vulgari, creabunt, efficient: praeclare! nam inest notio multae illius curae & artis, qua conditae & paratae sunt dapes. — 21. *reducent*, np. quem metus expulit. Suaviter pro tranquillitate commemorat *somnum*, illius comitem. Cf. expressum e nostro praeclarum l. Hagedorn. carm. mor. 6. v. 89 - 100. Opp. T. I. p. 34.

21—24. Docte ac molliter inflectitur ingressus carminis ad beatiorem, in paupertate quoque, continentiam, quae sola tranquillitatem tribuat; dum adversus tyranni imaginem opponitur suavissima pictura fortunatorum agricolarum: quos ut innocentes, pios, cupiditate & metu liberos homines describere sollemne poëtis. Suaviter Horatius colorem a somno petitum retinet; & omnino dulcissimi versus sunt. Comp. vero V. 2. 23 - 28. Virg. Ge. II. 458 sqq. inpr. 467 - 474. — *somnus lenis*, γλυκύθυμος, Virg. *secura quies, molles somni*. Casas s. tuguria exquisitius dixit *domos* (v. Ill. Heyn. Obss. ad Tib. II. 1. 40.), item *viros agr.* pro agricolis. Iunge autem *domos hum. agr. virorum*. Cf. Epist. I. 10. 33. — *non fastidit*, pro, amat, frequentat (Virg. *non absunt*); doctissima λιτότης! nam fastidiunt eas potentes (v. I. 1. 18.). — *Tempe* (v. I. 7. 4.) pro valle amoena. Virg. *frigida T.* Dulcius ibi dormit agricola, quam dives in splendidis aedibus. Vid.

expressi

Desiderantem, quod satis est, neque
Tumultuosum sollicitat mare,
Nec saevus Arcturi cadentis
Inpetus, aut orientis Haedi:

Non

expressi hinc versus Summi Vzii carm. lyr. I. 11. 25-36. (Opp. poët. T. I. p. 28.) II. 1. 57-63. (T. I. p. 48.); item Haged. carm. mor. 4. 259 sqq. (Opp. T. I. p. 23.). Denique male h. l. cogitant de Maecenatis insomnia, e Sen. prov. 3.

25. Ratio tantae felicitatis est, quod *desiderant* agricolae *quod satis est;* ideo eos *non sollicitat* cet. Id perducebat poëtam ad sententiam generalem, principium tranquillitatis. — *Desiderantem*, cupientem np. nil amplius quam *quod satis est*, eo contentum, cupiditatibus contractis. *Quod satis est*, cum de bonis dicitur, *mediocritatem* declarat. Est enim aliquanto plus, quam, quod *necesse* est; τὸ αὔταρκες, βίος αὐτάρκης, unde non laute, at nec sordide, sed honeste & commode vivitur. Sic III. 16. 44. Ep. I. 2. 6. I. 10. 46. cf. II. 10. 5-8. III. 16. 37. Laudant e Seneca: *primo habere quod necesse est: secundo, quod satis est.* Et e Publ. Syr. 659. *Quod vult, habet, qui velle, quod satis est, potest.* — Iam mediocritas & continentia caret periculis illis & timoribus, quibus anguntur oportet divites, avari, cupidi, dum in eo sunt toti, ut ex mercatura, ex latifundiis, vinetis, arboretis, quaestum faciant, magnasque opes lucrentur. Hinc ducti, qui sequuntur, colores. Sed distorquent picturam Dacer. & Sanad.

26—28. Non exercet mercaturam. Cf. I. 1. 11 sqq. III. 29. 57 sqq. V. 2. 6. Iam Hesiod. ἔργ. 234. de iustis hominibus: οὐδ' ἐπὶ νηῶν νείσσονται. Iam admirare copiam & ornatum in pingendis navigationis terroribus. — Eum non *sollicitat*, terret, angit; quemadmodum avarum, sive is ipse naviget, sive domi de navibus suis trepidet. — *tumultuosum* praeclare pro, tempestuosum, procellis agitatum. Sic *Aegaei tumultus*, III. 29 extr. *Arcturus*, nota in Boote stella, *IV Cal. Nov. vespere occidit*, Colum. XI. 2. 78. *Haedus*, poëtice pro *Haedi*, duae stellae in sinistra manu Erichthonii s. Aurigae,

Non verberatae grandine vineae,
Fundusve mendax, arbore nunc aquas
Culpante, nunc torrentia agros
Sidera, nunc hiemes iniquas.

Con-

28. *Nec verb.* unus Bersm. 30. *Fundusque* vulg. *Fundusve* emend. Cun. Ionef. Sanad. Et iam fic nofter Lipf. 4. Vid. ad v. 44. 31. *agro* eleganter coni. Gefn. putans, *s* adhaefiffe e fq. ut fit, *aut agro culpante* cet.

gae, *prid. Non. Octob. oriuntur vefpere*, Colum. l. l. 73. Iam & Arcturus & Haedi ortu & occafu fuo procellas excitare credebantur. Hinc praeclare *faevus impetus*, furor. V. ad I. 3. 14. inf. 7. 6. Schol. Theocr. ζ. 53. Plaut. Rud. prol. 70. Virg. Ge. II. 204. Aen. IX. 668. German. Arat. 168 fqq. Plin. II. 39. Veget. IV. 39.

29—32. Non habet aut cupit immenfa *latifundia*; & fic immunis eft ab innumeris calamitatibus, quae neceffe eft divitis animum excrucient, certe continuo ei metuantur. Sed illas calamitates fundorum quam ornate & copiofe extulit! Vbi cf. omnino Ep. I. 8. 4 fqq. H. l. memorat *vineta* & *arboreta* (v. not. ad v. 10.), cum ampla, tum inpr. ad luxum & quaeftum fpectantia, ut I. 31. 9. III. 16. 34. *verberatae*, docte pro, percuffae, χαλαζοπληγέντα. — *fundus*, ager, *mendax*, non refpondens exfpectationi avidi domini. Prifca & venufta metaphora ager domino, ut creditori, *debere* dicitur. v. III. 16. 30. Ep. I. 7. 87. cf. Habacuc. III. 17. — *arbore* (poëtice pro, *arboribus*) *culpante*, incufante, culpam transferente in cet. Sic fuavi profopopoeia, tamquam excufet fe arbor fterilis domino indignanti, exornavit fterilitatis cauffas. Vide, quomodo Lucret. V. 214 -- 18. Arbores autem forte pro oleis f. olivetis, unde rem facere folebant. Sic Epift. I. 8. 5. — *aquas*, pluviam, np. nimiam. — *fidera* (a quibus pendere credebatur aëris temperies) *torrentia a.* pro nimio aeftu, quo percelluntur arbores. Ἀστροβολισμὸν f. *fiderationem* vocabant, ut recte Guell. Cf. V. 16. 53, 54. Poffis de Canicula, Cepheo, Leone cet. cogitare; v. III. 29. 17. — *hiemes iniquas*, frigus

Contracta pisces aequora sentiunt
Iactis in altum molibus: huc frequens
Caementa demittit redemtor
Cum famulis, dominusque terrae

Fasti-

35. *dimittit* Lambin. edit. sec. Pulm. 1. 5. 2 Blandd. Cruqu. e. al. Fran. Lips. 4. Locher. Heins. Sed *demittit* (quod & aptius) omnes Torrent. & Bentl. Mentel. Desss. Lipss. tres, Pulm. 2. 3. 4. 2 Blandd. & Mald. Cruqu. Et sic Venett. Basill. Asc. Steph. Lambin. edit. pr. Cruqu. Torr. Fabr. Fab. Dacer. Cun. Bentl. Sanad. Baxt. cet.

frigus nimium. — Ipsa vita agricolarum, in parvo agello, simplicique victu, quem numquam Tellus negat (Virg. Ge. II. 460.), & quod ipsi soluti sunt omni foenore, nulli tali metui obnoxia est. v. Virg. l. l. 467.

33 — 40. Sed neque, dum tam anxii laboris, quo opes comparant, solatium ac praemium in perfruendo quaerunt, divites tranquillitatem a curis reperiunt. Hoc praeclare exornavit. Vt enim opibus suis fruerentur Romani, cum alia, tum aedificabant, & peregrinabantur; quo & exsplendescerent, & curis levarent animum. Sic ad immoderatum sui saeculi in aedificando luxum, tum ad itinera potentium, poëta deducitur. Inpr. v. 33 -- 36 insaniam attingit in mari villas aedificandi (de qua v. ad II. 18. 20. item III. 24. 3.); sic, ut quasi adstans talem molitionem adspiciat. — *Contracta*, angustiora facta, ob summota litora. Sic vulgo; & admirantur fere post Scholl. eam ideam ut nobilem, elegantem, πάθους plenam. Sed mihi quidem inesse frigus potius ac tumor, indignus tam elegantis iudicii poëta, videri solet. v. S. V. Ernesti init. rhet. 395. Melius fit, (etiam ob sq. *huc*) cogitare de piscibus, molium ambitu forte comprehensis, antequam spatium inclusum caementis expleatur; ut sit pro generali: pars maris (quod erat laboris initium) abscinditur & includitur *iactis* cet. *Moles* haud dubie ingentia saxa in mare iacta, alteque aggesta, mari excludendo

pro

Fastidiosus: sed Timor & Minae
Scandunt eodem, quo dominus: neque
Decedit aerata triremi, &
Post equitem sedet atra Cura.

Quod

37. *Timor*, *Minae*, *Cura*, litteris maiusculis, Cun. San. Ionef. Sivr. Recte! ut iam Faber viderat. 38. *Scandent* unus Bersm. Dess. 1. 39. *Decedit ex acta trir.* Lips. 4. Post *triremi* deerat *&* in Pulm. 1. 2. 3. 4. 5. omnibus Bentl. Fran. Alt. Dessss. Lipss. 1. 4. Gott. Helmst. forte & (ut suspicatur Bentl.) in aliis; item in ed. Locher. Vnde Bentl. coni. *Postque equitem*. Non opus! Sufficit, την *&* in aliis plurimis adesse (ut e nostris, in Mentel. Lipss. 2. 3. Venett.), & facile negligi a librariis potuisse. 40. *alta cura*, Dess. 2. „altior equite„ s. super illum eminens. Inops idea!

pro aggere opposita. Definiebatur sic ambitus aedificii. *Verbo ipso usus est fabricantium; iaci enim in mare moles dicuntur, quoties excluditur aqua:* Acron. cf. Virg. Aen. IX. 711. Sueton. Calig. 37. Pro *in mare*, cum emphasi est *in altum*. Auget enim rem profunditas. — *huc*, in spatium his molibus comprehensum. Continuari videmus laborem! — *caementa*, rudia saxorum fragmenta, informis & minuta materies, ad explendum istud spatium iniecta, nobis *Schutt*. Indocte Dacer. *caementa demittere & moles iacere* pro eodem habet. — *redemtor* (*entrepreneur* Gall.), v. ad II. 18. 18. & cf. Ep. II. 2. 72. — *famuli*, servi. — *frequens*, docta inversione pro, cum frequentibus famulis. Multitudo laboriosa subiicitur oculis. In Clodii fundo amplius mille homines laborasse Cicero tradit. — *dominus*, adstans & videns. Nova pictura! *terrae fast.* (gall. *dégouté*), v. II. 18. 22. quem taedet in terra habitare. Iam *licet* haec omnia fiant, ac tum huic fundamento inaedificetur magnificum praetorium (quod ut lyricus omisit): *sed*, h. tamen *Timor & Minae* i. Terrores, Angores, Aegritudines (cogitemus personas s. monstra) *scandunt*, v. II. 16. 21. — 39. *neque*, si is peregre proficiscatur, aut voluptarium cursum faciat, *atra Cura decedit* ab *aerata triremi*,

navi,

Quod si dolentem nec Phrygius lapis,
Nec purpurarum sidere clarior

Dele-

navi, qua vehitur (cf. Ep. I. 1. 93.); &, si terra iter faciat, equo vectus; *post equitem s.* ut nusquam eam effugiat. At quam vivida imago! cf. II. 16. 21, 22. & observetur tironibus hic & ibi copia. Subtilius Pithoeus (thes. crit. II. 17.) cogitabat de sedilibus *equitum* in theatro. Nota imitatio Boilaei (Ep. V. 41 sqq.): *Un fou rempli d'erreurs, que le trouble accompagne, Est malade à la ville ainsi qu'à la campagne, Envain monte à cheval, pour tromper son ennui; Le Chagrin monte en croupe, & galope avec lui.* — Iam ap. Lucret. II. 47. sunt *Metus Curaeque sequaces.* Cf. Cic. Parad. II. *Te miseriae* cet. — De *triremi* v. Intpp. ad Virg. Aen. V. 120.

41 sqq. Pulcherrima conclusio, profecta ex intimo sensu eorum, quae dicta sunt. 41 — 44. *Quod*, in quo, quare *si dolentem*, aegrum animo & cruciatum, nullus splendor aut luxus *delenit*, consolari s. tranquillum reddere potest. Hoc extulit enumerandis ornandisque notionibus specialibus *marmoris*, *purpurae* cet. Cf. II. 18. 1-8. Ep. I. 2. 47. & inpr. quem ante oculos h. l. habuit, Lucret. II. 46 sqq. — *Phrygius lapis* (Stat. Silv. II. 2. 148. *Phrygius silex*), marmor Phrygium s. Synnadicum, ad urbem Synnadam caesum, candidum, maculis distinctum purpureis; Plin. XXXV. 1 extr. Stat. Silv. I. 5. 37 sqq. Claudian. Eutr. II. 273. Romani illud ad insaniam amabant & advectabant magnis sumtibus; v. Strab. IX. p. 437. XII. p. 577. Columnae inprimis inde fiebant (Tibull. III. 3. 13.); quales hodieque Romae cerni aiunt. — 42. Cf. II. 18. 7. *usus purpuratum* (*purpurae*) graeca periphrasi pro simpl. *purpura*, χρῆμα πορφύρας· ut dicitur χρῆμα νυκτῶν pro νύκτες, Aristoph. Νεφ. 2. πάγκαλον χρῆμα παρθένου pro, παρθένος πάγκαλος, Lucian. D. D. 12. [unde porro omisso χρῆμα, τὸ τῆς τύχης, pro ἡ τύχη cet.]. Vnde docta inversione dicere poterat: *usus p. clarior*, pro *usus purpurarum clariorum;* ut mireris, cur adeo audax videatur forma Dacerio & Sanad.

Delenit usus, nec Falerna
Vitis, Achaemeniumve costum:

Cur

43. *Delinit* 2 Vatt. & Torn. Lamb. Pulm. 1. 4. 5. unus Bland. Mald. Mart. Sil. Div. Cruqu. Desfff. Alt. 1. Lipss. Fran. Gott. Venett. Asc. Locher. Fabr. cet. Cruqu. Bentl. Ion. Baxt. Contra *Delenit* Lambin. e reliquis suis, Torrent. e suis, Pulm. 2. 3. duo antiquiss. Cruqu. Mentel. Alt. 2. H. & Ro. Stephh. Fab. Heins. Dacer. Cun. Sanad. Non multum interest; attamen scripturam *Delenit*, ut antiquiorem haud dubie, in contextu praetuli. — *Falernae Vitis* (ut pendeat ab *usus*) quidam Lamb. & Cruqu. (forte & aliorum) Pulm. 1. 3. 4. Mentel. Lips. 3. Basill. Fabr. Rutg. cet. Vulgata lectio ante Lamb. Vnde porro in multis mendose *Falernae vites*, ut in Lips. 1. (a m. s.) 2. Fran. Desfff. Helmst. Venett. Asc. Locher. Vulgata auctoritate praestat & aptior est. 44. *Achamenium*, *Achamerium*, *Achemonium*, aberratt. Vulgo etiam *Achaemeniumque*. Sed recte Bentl. in edit. poster. *Achaemeniumve*, quem secuti Cun. San. Ion. Nam cum aliis poëtis, tum inprimis Horatio sollemne est, in distributione pro *nec* s. *non* repetendo ponere *aut* s. *ve* (non *que*); e. g. II. 5. 28. III. 23. 5: 30. 4. IV. 9. 17 cet. Sed ex illo *ve* inscitia librariorum saepissime *que* fecit.

Sanad. — *clarior*, ardentior, fulgentior, *sidere*, sole, ut saepe *sidus*: vel simpl. siderum splendore; dicitur enim *sidus clarum*, *pulchrum*, it. *sidereus* pro, pulcher, splendidus. v. Heins. & Burm. ad Val. Fl. IV. 190. Lucret. l. l. *Clarum vestis splendorem purpureai* — *Falerna v.* pro, vinum F. Sic praestat accipere, etiam ob *delenit*, quam, ut quidam subtilius, pro vineis. *Costus* s. *costum*, frutex, in Indiae insula Patale nascens, cuius radix odoris eximii, unde exquisitum unguentum fiebat, quod ipsum *costum* dictum. Plin. XII. 12. Iam, cum vel fruticem vel unguentum ipsum mercatores Persae s. Parthi ex India peterent, unde porro Romam veniret; apparet, cur dicatur *Achaemenium*, h. e. (v. II. 12. 21.) Persicum. cf. ad I. 31. 12. item V. 13. 12. Prop. IV. 6. 5.

Cur invidendis postibus & novo
Sublime ritu moliar atrium?
Cur valle permutem Sabina
Divitias operosiores?

CAR-

48. *onerosiores* coni. Bentl. Male.

45. Cur adspirem ad divitias & magnificentiam? Hoc sic: cur exstruam superbum palatium? Sed pro exstruere praeclare *moliri*, sc. de ingenti aedificio; pro palatio exquisite *atrium*, eius pars, ut ap. Virg. saepe. Atriorum enim magnus esse splendor solebat, qui statim intrantes percelleret. — *Postes* & *fores* commemorare sollemne de splendida domo; cf. Virg. Ge. II. 461, 63. *invidendis*, v. II. 10. 7. — *novo ritu* i. gustu, ut hodie aiunt. Cum vim habet & vitam addit orationi, quod prima persona in his utitur Horatius, tum praeclare finit carmen idea individua, sibi propria, quae simul totius odes argumentum forti brevitate repraesentet. — *valle Sabina* (suaviter sane!) *permutem divitias* pro, vallem divitiis, ut Gr. *ἀνταλλάσσεσθαι*, *ἀμοίβεσθαι*. V. ad II. 12. 23. Est quasi nostrum *eintauschen* — *operosiores*, nonnisi plus molestiae & curarum habentes. Praeclarum epitheton! cf. II. 18. 14. it. Summi Viri lyr. II. 2 extr. Opp. T. I. p. 51.

CARMEN II.

ARGVMENTVM.

Vexatum ab Intpp. & Criticis carmen, dum vel in consilio illius caecutiunt (ut iam Scholiastae), vel haerent in eius descriptione, omnino paullo difficiliori. V. c. Lambinus ad v. 25. „decedit, inquit, &, paene dicam, aberrat ad laudem silentii, neque postea „iterum, revertitur ad sermonem institutum. Est enim poëtarum, „tamquam spiritu divino adflatorum, non semper in proposito sermone haerere, sed ad alia nonnumquam aberrare, sententiaque longe a principio diversa carmen concludere.„ Torrentius poëtam ait, divino numine adflatum, diversas sententias in unum carmen coniecisse. Ge. Fabricius oden esse dicit contextam ex sententiis Homericis. Sed male sic consulunt Horatio VV. DD. neque satis nosse videntur rationem lyricam. Alii poëtam graviter reprehendunt, quod nulla omnino carminis dispositio sit, nulla simplicitas; tres illud partes habere, laudes fortitudinis, virtutis, & silentii, inter quas nullus praeterea sit nexus. Sic Ill. Hom. el. crit. c. 1. T. I. p. 34. It. ipse Sanad. „La forme de cette ode est un peu „singulière. Je doute, que les amateurs de la poésie lirique puis„sent gouter une pièce composée de trois parties aussi dépareil„lées. Un peu plus d'unité dans le dessein n'auroit, ce me „semble, rien gâté.„ *Et sic fere ceteri. Cl. Sivrius autem, quod facile praevidi, eo adeo progressus est, ut in tres odas carmen dissecaret. --- Studuerunt itaque alii sic simplicitatem carmini dare, ut illud ad* disciplinam militarem & munera futuri imperatoris *totum referrent. Sic Cruqu. & nuper I. F. Schmid. V. C. Sed admodum laborant VV. DD. cum in vv. 17-24. illuc trahendis; tum maxime in laude silentii, quod de taciturnitate militari accipiunt s. fide in tacendis arcanis consiliis, nominibus deorum patriorum, sc. ne evocentur, cet. ubi novae cruces in vv. 26 sqq. quibus se refigere vix possint.*

Nobis quidem de carminis consilio & descriptione sic videtur. E corrupti saeculi sui & calamitatum publicarum adspectu nobili indignatione accensus Horatius, intime sentire solet, fluere illam corruptelam & in dies augeri ex perversa iuventutis romanae, inpr. generosioris, educatione. Diffluebant adolescentes luxu & deliciis; vivebant in otio omniumque rerum abundantia; & sic ad mollem inertiam ignaviamque effeminati, magnis rebus agendis inepti fiebant: v. inf. 6. 21 sqq. 24. 34 sqq. instituebantur ad nequitiam, avaritiam, cupiditatem, malasque ac humiles in petendis magistratibus artes: fingebantur ad impietatem & religionis contemtum: v. inf. 6 pr. Solet & poëta, dum haec cernit, repetere animo & comparare priscam illam venerandamque morum severitatem, qua ad tam

timendam potentiam, tam immensam gloriam, solidamque felicitatem Romanum olim crevisset imperium (cf. II. 15. 10. inf. 6. 33 sqq.): quo non poterat non augeri enthusiasmus. His ex fontibus profluxit nobilissimum & vere aureum carmen DE EDVCANDIS PVERIS, ad Romanos, inpr. principes viros. Si vultis, cives, nos ad maiorum nostrorum magnitudinem reverti, istorum disciplinam in educandis filiis sequimini; istorum exemplo hos ad FORTITVDINEM BELLICAM *(v. 1 - 16.)*, ad VIRTVTEM *(v. 17 - 24.)*, ac PIETATEM ADVERSVS DEOS *(v. 25 - 32.)* formate! *His enim tribus, quod obscurum esse non potest, absolvebatur prisca morum disciplina; his continebatur ex antiquis ideis* MAGNI VIRI *notio. Insunt & tria felicitatis publicae capita*, artes belli, artes pacis *(virtus militaris & civilis)* & religio. *Similem in modum rem expediunt, qui rectissime omnium h. l. viderunt, Dacer. & iam ante eum Th. Marcilius. Addidit poëta cuivis parti sua* praemia ac momenta, *quibus uti parentes ad incendendos pueros deberent, v. 13. 21. 25. quod & inprimis convenit animo iuvenili, & elegantem quemdam commensum partibus carminis tribuit. Sic, cuicumque erit sensus lyricus, praeclare nexas aptasque inter se carminis partes, praeclare inchoatam illius descriptionem, arbitror, agnoscet. --- Deinde ipsum eius argumentum gravissimum ac nobilissimum, ut hic etiam venerari nos oporteat sacerdotem Musarum, populi sui magistrum, priscae disciplinae*, cuius consummata pictura hoc carmen est, *amore, patriaeque & eius succrescentis spei caritate penitus perfusum, plenum spiritu Curii, Fabricii, Catonis. Elocutio nobilissima; conversiones ac transitiones vere lyricae, & sic subinde abstrusiores; ornatus poëticus splendidissimus; imagines vividissimae; numerus versuum inprimis elaboratus. In multis graeca exempla secutum esse Horatium, facile intelligas. --- Comparentur, quae iam laudavimus, inf. 6 & 24. quibus oppositam* sui saeculi *imaginem exhibet. --- Ceterum nostrum, ob v. 3. ante a V. c. DCCXXXIV factum esse oportet. v.* vit. Hor.

METRVM

METRVM XVI.

Angustam amice pauperiem pati

Robu-

AD AMICOS libri Torr. Venet. 1478.
DE INSTITVTIONE AD AMICOS LOQVITVR Bentl. I. 2.
DE INSTRVCTIONE AD A. L. Bentl. 6.
DE INSTITVTIONE PVERORVM cod. Barth. Adverſ. XXXVII. 18.
SVBEVNDAM ESSE MILITIAM, VIRTVTEMQVE IMMORTALEM ESSE DOCET Venet. 1492. Locher. Aſcenſ.

1. *amice* omnes codd. Cruqu. Torrent. Bersm. Fabr. (ut videtur) Bentl. & noſtri. Item cod. Barth. l. l. Pulm. 1. 4. 5. Sax. Brod. Manc. Venet. 1478. 1492. Locher. Aſcenſ. (omninoque omnes edd. ſaec. XV.) Baſil. 1531. Heinſ. Ion. Talbot. Geſn. Probat & H. Steph. diatr. ſec. II. pr. Male pro vocativo plurimi acceperunt, ut Aſc. Ion. (commate utrinque poſito). Contra in uno Torr. & cod. Barth. adſcripta gloſſa: „Adverbium eſt„ & in codd. Bersm. „amicabiliter„. - - *amici* Pulm. 2. 3. Lamb. (qui de codd. ſuis nihil refert), Baſil. 1527. (& plures editt. ſaec. XVI.) Fabric. T. Fab. Rutg. Dacer. Bentl. Cun. San. Sivr. & hodie vulgati fere. Praefert Bentl. hanc lect. quia nusquam occurrat alias „amice pati„ & ſatis ſit „pati„; ſed hoc argumento in poëta lyrico nil efficitur: tum ob inſcriptt. codd. (v. ſup.); denique, quod ſic legerint Acron & Comment. Cruqu. Nam ille: „Hanc oden generaliter ad amicos ſcribit„; hic vero: „Romanos omnes commonet„. Sed ex inſcriptt. quidem, quae recentioris aetatis, & fere a ſeriori manu ſunt, nil ſequitur; cum & ipſi illi codd. qui eas habeant, in contextu plane exhibeant *amice*. Commentatoris Cruqu. nota ita nil decernit, ut facile, ſi velis, alteram inde lectionem defendere poſſis. Acron autem quid? ſi potuit ante oculos habere *amice*, & tamen, cum pro vocativo haberet, illam notam adſcribere? ne quis ad unum certum amicum pertinere carmen putaret. Vel quid? ſi omnino illud „ad amicos„ aut

1 ſqq. Orditur a *fortitudine bellica;* ad quam ut fingantur pueri, vult eos mature cum *paupertati* adſuefieri, qua & roboratur corpus, & fortitudo animi acuitur, tum *uſu exercitioque* firmari. *Robuſtus*, ſimulac aetate valeat. Obſervetur omnino delectus epithetorum. — *anguſta paup.* ut *res anguſtae*, item *premere* de paupertate. — *condiſcat*, diſcat,

Robustus acri militia puer
Condiscat; & Parthos ferocis
Vexet eques metuendus hasta:
Vitamque sub divo & trepidis agat
In

aut a seriore grammatico assutum sit, aut (quod facile erat) corruptum ex „ad cives„? Certe in hoc populari carmine, quod (ut Acron) *generaliter* h. patriae, populo, saeculo suo scripsit Horatius, cives potius aut Romani alloquendi erant, quam amici: ut III. 6. *Romane;* III. 14. *o plebs.* Saepius vero neminem omnino alloquitur in talibus; ut II. 15 & 18. III. 1, 51 & 24. V. 16. Itaque in tam constanti omnium Codd. & vett. Edd. consensu, & cum *amice* ita non sit inculcatum & inane verbum (quod timet Cl. I. F. Schmid.), ut doctam potius & ab Hellenismo pulchram sententiam efficiat; non impediit sola Acronis nota, quo minus sic ederem. Potuit facile inde error oboriri, quod *amice* pro vocativo acciperetur, &, cum metro timeretur, inde fieret *amici;* quam rationem diserte affert Fabr. — 2. Bene Acron ad h. l. „Suadens, ita adolescentes institui debere, ut paupertate & exercitio *ad militiam* firmentur.„ Quod legenti mihi in mentem venit, fortasse, si non legisse Acronem, at Horatium scripsisse *acri militiae*, casu commodi s. scopi, qui certe aptior sententiae videri queat. 3. *ut P.* Ascens. ex emend. Bonfin. 5. *sub divo* meliores libri; velut omnes Cruqu. & Pulm. plerique Lamb. cet. Al. *sub dio.*

discat, *amice pati*, docte, e Gr. φίλως s. (ut H. Steph. rectius) ἀγαπητῶς φέρειν, non solum aequo animo, sed libenter; ut quasi familiaris ei pauperies sit, bene ei cum ipsa conveniat. Alias dicitur *clementer ferre* cet. — in *acri*, rigida, dura *m.* s. per a. m. ut recte Porph. Subtilius Cruqu. *condiscat*, discat *cum* mil. v. V. L. Sic autem accipiendum hoc: non solum arceatur a luxu & libidine, temperantiae, parsimoniae, modico victui adsuescat, sed etiam discat carere necessario, tolerare labores, aerumnas, dura incommoda; ista enim insunt in *pauperie.* Est autem haec τῶ μόχθοιο διδάσκαλος, Theocr. id. κα. cf. IV. 9 extr. Cic. Offic. I. 34. prisciqne Romani nulla re magis, quam paupertatis tolerantia, sic inclaruerant; I. 12. 43. III. 6. 37 sqq. Virg. II. 168. Legi hic cupio pulcherr. l. Sallust. Catil. 7. 4 — fin.

Iuven-

In rebus. Illum ex moenibus hosticis
Matrona bellantis tyranni
Prospiciens, & adulta virgo,
Suspiret, eheu, ne rudis agminum
Spon-

9. *heu*, *heu* sollemnis varietas.

Iuventus simul laboris ac belli patiens erat cet. Similis Spartanorum disciplina: Cic. Tusc. II. 14. Contra erat tempore Horatii; v. Arg. — 3. Vsus & exercitium. *Parthos*, cum dilectu pro hostibus universis, accedente invidia. — *vexet*, affligat, urgeat, premat continuo. Nobile verbum! v. ad II. 9. 3. IV. 14. 23. — *eques*, quia Parthos oppugnat. — *metuendus h.* docto ornatu pro gestans eam, ea armatus. Inest pictura. — *sub d.* ubi ferendae iniuriae aëris, frigus, aestus cet. quo durefiat. — *res trepidae*, Φοβερα, periculosae, in quibus trepidant homines; ut belli tumultus, vicinia hostis; v. Tib. I. 1. 3. Sic discit contemnere res formidolosas; v. Sall. l. l. 5.

6 — 12. Semper inter primos pugnet, insignem se & formidabilem esse studeat. Sic Sall. l. l. *Sese quisque hostem ferire, murum ascendere, conspici, dum tale facinus faceret, properabat.* Sed hoc Horatius exornat pictura, inter consummatissimas ex omni antiquitate referenda (v. Ill. Hom. el. cr. c. 21. T. II. p. 346.) Scilicet, quod cum subiicitur oculis tam & gloriosa & grata ad communem hominum sensum scena, constitutis tam delicato dilectu personis, tum colorum tanta enargia ac vita, tantus ornatus, sed & tam apta *huic* carmini dignitas est. Hinc illa sic delinimur, tam exquisitos inde affectus concipimus; nec poterant non fortissime allici ea accendique iuvenum R. animi. Cf. I. 29. 5. *Illum prospiciens*, pugnantem eminus cernens, *ex m. hosticis* (antique pro, hostilibus) *matrona*, coniux, *& adulta virgo*, filia, regis barbari, *bellantis* cum pop. R. & nunc inclusi urbe sua (nam obsidio fingitur), *suspiret* (pros. *suspirent*) cet. Dignitatem senti in *hosticis*, *matrona*, *ad. virgo.* Grata etiam eo idea prospectantium feminarum, quod priscum morem repraesentat. Sic Helena ap. Hom. Il. γ. 154 sqq.
Regem

Sponsus lacessat regius asperum
Tactu leonem, quem cruenta
Per medias rapit ira caedis.
Dulce & decorum est pro patria mori:
Mors & fugacem persequitur virum,

Nec

10. *lacessēt* tres Blandd. Cruqu. male. *lacescat* Locher. 13. *est* abundare coni. Cun. 14. *prosequitur* Iann. & 2 Vatt. Lamb. unus Cruqu. Bentl. 1. 8. Alt. 1. vulgari permutatione. *consequitur* emend. Bentl. (quod & Cun. reperit in cod. ms. peioris notae) nam in Simonidis l. esse ἔκιχε, quod sit „assequitur„; contra „persequi„ tantum significare „sequi„ quod non sufficiat ad sententiam: librarios frequenter lapsos esse in praepositt. compositis. Laudat & Curt. IV. 55. Sed cum haud facile confuderint librarii *per* & *con*; tum ob id ipsum exquisitius „persequi„' quod pro usitatiori „assequi„ est. v. Obss. & cf. Cun. anim. c. XV. p. 266.

Regem autem cogitare possis Parthicum. — *Suspiret*, ingemiscat timore s. timens, *ne*; ut recte Scholl. Minus eleganter alii sqq. pro verbis puellae habent, ut *suspiret* sit, cum gemitu dicat. — *Sponso* timet regia puella, mater genero; suaviter! — *regius* ideae tribuit dignitatem. — *rudis agminum*, rei militaris. — *lacessat*, provocet, irritet *leonem*, iuvenem R. Confluit, more poëtico, idea comparata cum propria. Contra IV. 4. 13 sqq. — *asperum tactu*, quem si tangas (praeclare pro, sollicites) asperatur, furit. Notum *asper* de ira; a mari *aspero*, fluctibus inaequali. — *cruenta ira*, dum ipse cruentus, h. ferox, cruoris cupidus. — *rapit*, cum vi pro, *fert*. — *per m. caedes*, per agmina caesa, circum cadentia; veluti leo per ovium gregem grassatur. cf. Lucr. III. 298.

13. Vulgaris transitus erat: „Atque ut tales evadant iuvenes Rom. continuo instituantur, quam sit *dulce & gloriosum* cet.„ Sunt enim momenta, quibus incendi ad fortitudinem bellicam debeant. — 13. Sublimis sensus! quem itaque decet haec verborum simplicitas. Laudatur, quod ante oculos fuisse poëtae videtur, excellens distichon Tyrtaei (p. 45. ed. Klotz.):

Nec parcit inbellis iuventae
Poplitibus timidove tergo.
Virtus, repulſae neſcia ſordidae,

In-

16. *timidove* Farn. Torn. un. Vat. Lamb. Pulm. 2. Helmſt. Altt. Lipſ. 1. 3. Bentl. 8. 10. Acr. (etiam mſ. in bibl. reg. ſoc. ap. Bentl.) & ſic Bentl. (qui ait, non opus eſſe, ut duobus locis mors eum percutiat; quod ſane argutius!) Cun. San. Ion. Baxt. Recte utique! v. ſup. ad l. 44. Vulgo *timidoque*. --- *nitidove* lectum olim fuiſſe ait Fabr. 17. Novam oden hic orditur Cl. Sivry.

Klotz.): Τεθνάμεναι γὰρ καλὸν ἐπὶ προμάχοισι πεσόντα Ἄνδρ' ἀγαθὸν περὶ ᾗ πατρίδι μαρνάμενον. Cf. & Pind. Iſthm. ζ. 37 ſqq. — 14. Doceantur, ignavum & fugientem in proelio militem non minori, ſaepe maiori in mortis periculo eſſe, quam qui fortiter pugnet; igitur *hoc* praeſtare. Praeclarum argumentum! *Mors* (perſonam cogita) *fugacem* fugientem etiam *virum*, militem, *perſequitur*, non eum ideo miſſum facit, ſed continuo a tergo inſtat. Praeclare ad horrorem! & ſic doctius quam *conſequitur*. v. V. L. Expreſſit verſum Simonidis: Ὁ δ' αὖ θάνατος ἔκιχε καὶ τὸν φυγόμαχον. v. Muret. var. lect. IV. 9. Sic & Hom. Il. ι. 320. Κάτθαν' ὁμῶς ὅ, τ' ἀεργὸς ἀνὴρ, ὅ, τε πολλὰ ἐοργώς. Simili fere modo Sarpedon Glaucum hortatur, Il. μ. 322. V. & Cic. Phil. X. 10. — 15. Eadem ſententia: *nec parcit imbellibus*. Sed hoc vide ut ornarit. *Iuventa* (I. 35. 30.) *imbellis*, ἀπόλεμος, variat *virum fugacem*. *Fugientis* cernuntur inpr. *tergum* (h. l. *timidum*, ornate tranſlato a milite epitheto) & *poplites*, ac petuntur ab hoſte perſequente; v. Virg. Aen. IX. 762. — *non parcit*, h. ferit, caedit. Vivida imago!

17 ſqq. Altera pars. „Sed informentur etiam iuvenes ad *virtutem* (civilem); a teneris illi hoc ſenſu imbuantur, in ſola virtute ſitam eſſe veram magnitudinem, non in honoribus ac magiſtratibus„ v. Argum. Exornationem a philoſophiae Stoicae notionibus & ſermone duxit; quod multum gravi-

Intaminatis fulget honoribus:
 Nec sumit aut ponit securis
  Arbitrio popularis aurae.

Vir-

18. *in - contaminatis*, diviso inter duo vv. vocabulo, un. Lamb. Pulm. 1. 5. Fran. cod. Ob. Gifanii ind. Lucret. v. Hyperm. p. 432. (collect. ad Lucr. p. 252. ed. Haverk.) Sic ediderunt Pulm. Heins. Cun. San. Probant etiam H. Steph. diatr. sec. I extr. (qui dicit, quamplurimos codd. habere, cuius rei penes ipsum fides!) Klotz. lect. Ven. p. 280. Bos anim. ad Hor. c. VIII. item magis placet Lamb. Bentl. &, ut videtur, Gesnero. Monet inpr. Bentl. vocab. „ intaminatus „ esse ambiguum, & accipi posse ut „ infucatus, inauratus „; quin & diserte in Glossar. Cyrilli legi: „ intaminatus, μιανθεὶς „ contra „ incontaminatus „ reperiri ap. Liv. IV. 2. & Varr. R. R. III. 9. Dedit tamen *intaminatis*; quod sane cum longe praestat auctoritate, tum ipso eo, quia insolentius & doctius est, quam „ incontaminatis „ quod vulgarius. De ambiguitate non trepidandum; nam plura verba sunt cum *in* composita, quorum queat anceps sensus esse, ut „ impotens „. Probabile, lectionem *incontaminatis* ortam esse e glossa grammatici, ambiguitatem tollere volentis. — *interminatis* coni. With. & iam var. lect. Ion. 19. *sumet aut ponet* lectio nova ap. Steph. diatr. sec. II. *ponit aut sumit* Bentl. 6. 13. 20. Lips. 2. male.

gravitatis habet. *Virtus* s. *Sapientia* Graecis & Romanis absolvitur cum *magnitudine animi*, cui subiectae prudentia, gravitas, invicta constantia, moderatio animi & aequitas, temperantia, conscientia meriti & dignitatis suae cet. tum *integritate* rigida & incorrupta, iustitia, fide, liberalitate cet. Iam cum solus sapiens veram dignitatem habeat, in se ipso repositam, virtutique suus semper honor constet, proprius, certus, stabilis, qui nec tribui neque eripi, neque augeri nec minui externis & fortuitis possit; hinc sollemnia Stoicis: *sapiens rex, magistratus perpetuus, consul, dictator, numquam privatus* cet. Inde colores Horatius sumsit. — 17. *nescia*, numquam patitur s. fert *repulsam sordidam*, ignominiosam (Ep. I. 1. 43.) Quod non cum nonnullis explicandum, virum virtute ornatum numquam omnino magistratum petere, ideoque nec repelli posse; nam neutrum *per se* Romae viro bono turpitudini erat: sed accipiendum stoice

de

Virtus, recludens inmeritis mori
Caelum, negata tentat iter via:

Coetus-

22. *ire* (pro *iter*) Lipss. Dessss. Helmst. Fran. lapsu librarii.

de magistratu ac dignitate sapientis, quam is numquam non capit & obtinet; etiamsi a populo nulli honores obtingant. Stultus contra hoc sensu semper privatus. Cf. II. 2 extr. IV. 9. 39. Epist. I. 1. passim. Laudant Scholl. Catonis exemplum, a praetura repulsi, nullam se repulsam tulisse putantis, cum suae virtutis conscius esset; ut &, quo die repulsus esset, luderet. v. Sen. ep. 71. Plin. praef. *repulsis, tamquam honoribus indeptis gaudentem.* cf. Cic. Tusc. V. 19. & aureum l. Claudian. cons. Mall. 1-6. — *fulget*, habet. — *intaminatis*, docte novatum verbum, ex antiquo *tamino*, polluo; h. puris, nulla macula obscuratis, quemadmodum honores populares, qui pravis & humilibus ambitus artibus, corruptela, largitione, pollicitatione, apprehensione manuum cet. contaminantur, quin ipsi sine virtute sordidi ac nulli sunt. Cic. pro Sext. 28. *virtus — lucet in tenebris, splendetque per se semper, neque alienis umquam sordibus obsolescit.* — 19. 20. Honores virtutis perpetui sunt, non fortuiti, nec pendent a vulgi arbitrio. —, *secures* exquisite pro fascibus, cum illas iam Publicola exemisset; & hi pro imperio, consulatu cet. *arbitrio* (ad a.) *p. aurae*, levitatis in tribuendis & auferendis honoribus (Gall. *caprice*, nobis *Laune*). V. I. 1. 7. Epist. I. 16. 33.

21. Sublime & magnificum tetrastichon de praemio virtutis, *immortalitate.* — *recludens*, aperiens; v. Lamb. *Caelum* adire, sollemne de gloria & immortalitate. Virg. Aen. VI. 130. *ardens evexit ad aethera virtus.* Sen. Herc. Oet. 1941. *virtus mihi in astra & ipsos fecit ad superos iter.* — *immeritis*, non merentibus *mori*, meritis immortalitatem. — *tentat* (praeclare de grandi conatu) *iter via*, copiose pro *viam*, enititur per viam *negatam*, interclusam multitudini vulgari; np. ad caelum. cf. ad verba I. 3. 34. Virg. Aen. VI. 16. —

23. 24.

Coetusque volgaris & udam
Spernit humum fugiente penna.
Est & fideli tuta silentio
Merces: vetabo, qui Cereris sacrum
Volgarit arcanae, sub isdem
Sit trabibus, fragilemve mecum

Solvat

24. *pinna* Bland. antiquiss. Cruqu. Dess. 1 a m. pr. 25. *Est*, *est* emend. Sivr. Scilicet ut novam hinc oden ordiri posset V. Cl. *cuncta* (pro *tuta*) Alt. 1. cum gloss. *al. tuta*. 26. *vitabo* Mentel. male. *sacra* Fa. Lamb. 27. *vulgavit* Pulm. 1. 2. Mentel. Brod. unus Bersm. Alt. 1. Helmst. Lips. 1. superadscripto *r*. --- *arcanum* quid. ap. Fabric. Sed hoc vulgare, & haud dubie ex interpretamento. *hisdem* quid. 28. *fragilemve* emend. Bentl. & sic Helmst. noster; it. Baxt. Ion. Cun. San. Sivr. & Broukhus. ad Tib. III. 5. 8. Recte! v. ad III. 1. 44. Vulgo *fragilemque*.

23. 24. Splendide ornatur iter ad caelum. *Coetus vulgares*, vulgum, cui negata illa via. — *spernere* docte pro, relinquere, ut I. 30. 2. cf. II. 20 pr. — *udam*, humidam, quatenus puro aetheri opponitur. Imitatur Val. Fl. I. 10. *Eripe me populis & habenti nubila terrae;* ubi v. Bulaeus. Cf. Virg. Ge. III. 8. *Tentanda via est, qua me quoque possim Tollere humo.* it. Prop. III. 1. 9. — *fugiente penna*, alis velocibus. Fere argutari in his vv. videas Intpp.

25 sqq. Tertia adhortatio; v. Argum. Haerent VV. DD. ut iam vidimus, in *silentio;* quod sane mireris, cum e sqq. plane manifestum sit, religiosum silentium, mysteriis & sacris debitum intelligendum esse. Np. ad sanctum etiam Deorum cultum & religionem vult iuventutem institui. Iam religionis praecipua pars erant *mysteria* s. sacra mystica, quae eloqui nefas & sacrilegium esset. Omnium sanctissima & nobilissima *Eleusinia*, in honorem Cereris, quae h. l. exquisite *Cereris sacrum;* hoc igitur *vulgare* summa impietas. Docte itaque & lyrice *silentium* pro universa in Deos pietate dixit, & pro scelestissimo quovis eum, qui *vulgat Cereris sacrum;* isque colorum dilectus in simplicis

Solvat phaselon. Saepe Diespiter
Neglectus incesto addidit integrum:

Raro

29. *phaselon* Bentl. 1. 2. 13. & Acr. MS. Lips. 1. 4. Helmstad. Land. Venet. 1509. Bentl. Cun. Vulgo *phaselum* it. *faselum*.

cis illius praecepti loco adhibitus, venerandum quemdam ornatum habet, qui mire decet vatem ac sacerdotem Musarum. — 25. „Denique imbuite etiam pueros religione adversus Deos; admonete eos, non solum virtuti bellicae ac civili praeclara praemia esse, sed etiam cet.„ — *merces tuta*, *μισθὸς ἀσφαλὴς*, praemium, quod non potest surripi, nulli casui s. periculo obnoxium. Sic explica e sqq. — *fideli*, ut Virg. Aen. III. 112. *fida silentia sacris.* Refert Plutarch. apophth. (T. II. p. 207. C. Frf.) dictum Augusti: *ἔστι καὶ σιγῆς ἀκίνδυνον γέρας*· quod, licet alium ibi sensum habeat, eleganter tamen Horatius huc accommodavit. Alia de silentio loca cumulare nil iuvat. — 26. „Contra fugere eos iubete sceleratorum consortium.„ Sed admirentur tirones conversionem & ornatum. *Vetabo*, cum ἤθει pro, nolim ego eum, *qui Cereris* cet. h. scelestum, sacrilegum hominem, mecum aut terra *sub iisdem trabibus*, eodem tecto, aut mari in eadem navi esse. Ratio sequitur. — *arcanae*, docta inversione, cuius sacra arcana sunt; ut Virg. Ge. IV. 521. *nocturni orgia Bacchi.* — Certe in animo erat locus Callim. H. Cer. 117. *Δάματερ, μὴ τῆνος ἐμὶν φίλος, ὅς τοι ἀπεχθής, Εἴη, μηδ' ὁμότοιχος.* Nota & antiqua gnome: *Κακῷ σὺν ἀνδρὶ μηδ' ὅλως ὁδοιπόρει.* — *phaselus*, velocis naviculae genus, forma leguminis, *Φασήλος*, hodie *Boot* s. *Gondel*; de quo v. Voss. ad Catull. IV. h. l. ornate pro quovis navigio; quod *solvit* de litore, qui vult abire. — *fragilem* praeclare dilectum epith. ad augendum periculum. — Nam *saepe Diespiter* (I. 34. 5.) *neglectus*, mollius pro, contemtus, offensus periurio; nam gravissimo iureiurando ad tacendum se obstringebant, qui ad mysteria admittebantur. — *incesto*, scelerato, qui religionem profanat, non caste ac rite colit (videtur enim hic antiquus vocabuli usus fuisse; certe ap. Liv. I. 45. opponuntur *inceste sacrum facere*, & *rie*),

Raro antecedentem scelestum
Deseruit pede Poena claudo.

CAR-

32. *Poena*, maiusculo P, recte, Zurk. Bentl. Cun. San. Ion. Baxt. Sivr.

rite), *addidit*, h. in eadem clade involvit, *integrum*. Antiqua opinio, severissime a Diis puniri impietatem, si vel innocuis una pereundum sit; saepe unius scelesti caussa *domum* aut *navim* everti, quid? civitates, exercitus, regna deleri, certe publicis malis adfligi. Nota historia de Diagora, it. Iona, navigantibus. Cf. Aeschyl. ἑπτὰ ἐπὶ Θήβ. 608-14. Hesiod. ἔργ. 238. Eurip. Suppl. 226. Phocyl. 126. Iuvat addere, o cives, Cl. Sivrium nomen *Diespiter* e nostra lingua deduxisse, ex *Die* articulo, *Spit*, cacumen, & *Er* s. *Her*, dominus, ut sit, Summus dominus. Plaudite!

31. Sollemnis antiquitati vindictae divinae notio; hinc *Furiae*, item *Nemesis*, Δίκη, Ἄτη, quae h. l. *Poena*, fingiturque *scelestum* persequi, unde is *antecedens*. Cf. IV. 5. 25. — *deseruit*, ἀοριστως, dimittit, ab eo persequendo desistit, h. raro is eam effugit; licet illa sit *pede claudo*: elegans commentum! quia lento gradu sequitur, impiumque si non statim, at aliquando corripit. Vnde alias βραδύπους. Eurip. ap. Plut. de sera num. vind. (T. II. p. 549. Frf.): βραδεῖ ποδὶ Στείχουσα (ἡ Δίκη) μάρψει τοὺς κακοὺς, ὅταν τύχῃ. Proxime ad nostrum l. accedit Tib. I. 9. 4. *Sera tamen tacitis Poena venit pedibus*. Stat. Theb. V. 60. *lentoque irrepunt agmine Poenae*. — Excellentiam picturae Horatianae & insignem vim ad abstrahendos ab impietate impiorumque societate animos, facile est sentire. Comparetur cum ea imago Homerica Ἄτης, Il. τ. 91 sqq. & inpr. Il. ι. 498 sqq. ubi (alio scilicet respectu) Ἄτη est ἀρτίπος s. velox, contra Λιταὶ s. *Preces*, praecurrentem sequentes, *claudae*, χωλαί. Ex Horatiana vero idea nata elegantissima fabula Lichtweriana lib. I. 7.

CARMEN III.

ARGVMENTVM.

Cum inter perfectissima ingenii Horatiani opera hanc odem intelligentissimus quisque referat, tum super eius descriptione, in eaque componenda poëtae consilio nugarum, ineptiarum, disceptationum nullus est finis. Cuius rei caussa primaria est Iunonis illa (inde a v. 18.) de apotheosi Romuli habita in Deorum concilio oratio. Eam sunt qui audacissimam digressionem, liberrimam παρέκβασιν, fictionem altius repetitam, alienoque loco allatam, & quid non? appellent; qui conquerantur, poëtam, propositi ipsum minime tenacem, caeco enthusiasmi impetu ingeniive luxuria temere abreptum esse ad alius neque h. l. exspectatae rei tractionem. Cf. Ill. Hom. el. crit. c. 1. T. I. p. 34. Aliam viam ingressi sunt, qui tantum non in omni Horatii carmine certum quoddam poëtae consilium, ad eius temporis statum politicum spectans, subodorari ac investigare solent; quod principium dici non potest, quam innumerabiles in interpretando Horatio argutias protulerit (vid. e. g. Argum. I. 28.): tamquam nullos alios, unde accendi possit, ignes habeat enthusiasmus poëtarum. Itaque, ne dicam de Harduini ineptiis (v. Gesn.), Baxterus, ut solet, pulcherrimam hic etiam dilogiam reperit, qua declaret poëta Divum Augustum ob iustitiam invictamque animi magnitudinem in Deorum numerum receptum, M. Antonium contra mollitie & perfidia infamem Diisque invisum periisse, Deosque omnes, composito civili bello, ad stabiliendum imperium R. consensisse. Glareanus videt obliquam purgationem impietatis Romanorum in Ilium nuper a Fimbria eversum (v. inf.). Ascensius excusatum iri Romanos putat, quod Troiam non repararint. Massonus (vit. Hor. p. 267. ad a. V. DCCXXXIII.) laudari contendit constantiam Augusti, qui, cum e Sicilia, unde tunc iter in Asiam pararet, Romam evocarent ipsum cordati viri, ob turbas occasione comitiorum consularium ortas, nec tamen reversus sit, sed in suscepto consilio manserit. Dio LIV. 6. p. 524. Recte dubitabat Gesn. an hic iustum & tenacem propositi se non admodum Augustus praebuisset. Et levius, quam pro carminis ingenti spiritu, videri illud argumentum possit. Denique magno virorum doctorum applausu excepta, & si verum dicendum, sane ingeniosa coniectura est Tanaquilli Fabri, quam exponit Epist. II. 43. & in notis ad Horat. Scilicet, cum referat de Iulio Caesare Sueton. c. 79. „Valida fama percrebuit, migraturum Alexandriam vel Ilium, translatis simul opibus imperii, exhaustaque delectibus Italia„; id iam ita coniiciendo prosequitur vir sagax: probabilius fuisse Romanis, Caesarem praelaturum Ilium, ob ortam inde gentem Iuliam; & Horatii aetate timore perculsam fuisse civitatem, ne Augustus transferendae Ilium sedis imperii consilium, haereditate quasi a divo parente acceptum, exsequeretur, quod (ut post usus docuit) exitium imperio esset allaturum. Itaque Horatium hoc carmine, idque delicatissima urbanitate arteque mirabili, auctoritate Iunonis interposita, dissuadere Augusto id consilii voluisse; auctoribus forte

Agrip-

Agrippa, Maecenate, aliisque optimatibus, qui mollem poëseos & fictionis vim plurimum apud principem valituram confiderent, effecturamque id, quod nemo mortalium diserte expromere auderet. Hinc & in exitu ita subito abrumpi orationem, quia satis Augusto dictum esse viderit poëta, nec posse se sine illius offensione plura dicere. Amplexi sunt &, quantum potuere, ornarunt hanc sententiam Dacer. & Sanad. quos secuti etiam Gesn. Klotz. & nuper I. F. Schmid. & Sivrius VV. Cl. Sed omnium doctissime atque elegantissime eam exornavit nuperrime elegantissimus ipse Seybold. programm. super Horat. III. 3. Grünstad. 1778. — Iam, licet constet, Ilion s. Troada, postquam a C. (vel, ut Porphyr. Flavio) Fimbria, bello Mithridatico, deleta esset (Liv. Epit. 83.), non solum a Sulla, omninoque deinceps a pop. Rom. qui semper pius esset in origines suas, recreatam multisque modis exornatam esse, sed etiam a I. Caesare ipsoque Augusto plurimis beneficiis & immunitatibus donatam floruisse; ab hoc etiam eo deductam fuisse coloniam (Strab. XIII. p. 593. 94.); unde in numis eius oppidi frequens inscr. COL. AVG. TROAD. *it. equus libere pascens (Vaillant. num. colon. T. II. p. 91. 127 cet.): tamen neque ullum usquam indicium est, de transferendo illuc imperio Augustum cogitasse, vel cogitare creditum esse Romanis, neque potuisse quidem facile ab his talis suscipio concipi videtur. Nam cum Iulio Romae commorari multis de caussis ingratum esse oporteret, tum vero Augusto, Romanis suis carissimo, pacato terrarum orbe, nil iam, quod exoptaret amplius, supererat; neque igitur, cur & quomodo tam exosam populo rem in animum sumere potuisset, satis apparet. Et, si vel ponamus, ei tale quid fuisse propositum, profecto primi octo vv. non ad revocandum inde, sed obfirmandum potius eius animum valebant; quo non mediocris exsisteret in descriptione carminis contradictio. Mitto igitur equidem has tales coniecturas, quae in tanto historicorum, qui sane rem tam memorabilem non praeterituri erant silentio, praestari vix possint: &, quod primum occurrit nondum occupato ab Intpp. animo, agnosco in h. c.* LAVDEM CONSTANTIAE AC PERSEVERANTIAE, lyrica ratione tractatam. Nobilis locus: „constantiâ pervenitur ad perficiendum, & sic ad caelum & immortalitatem„ exemplis heroum, eam viam ingressorum, illustratur, *de quorum delectu v. ad v. 9.* Tum inhaeret (quod proclive erat) poëtae enthusiasmus in Romulo, Vrbis conditore; cuius virtus & constantia ipsius reginae Divûm, Iunonis, acerrimum in Troianorum nepotes odium denique expugnasset, illamque eo adegisset, ut oratione, quam in Deorum senatu habuisse fingitur, ipsi non solum immortalitatem & apotheosin, sed etiam futuram imperii a se fundati magnitudinem aeternitatemque concederet, & vero polliceretur. *In hoc ultimo tractando cum sibi indulgere ac placere necesse esset incensum poëtae spiritum, non poterat fieri, quin & splendidissimos* in Augusti laudem ac gratiam *colores exquisito iudicio inferret;* tamquam ad Illius inprimis tempora Iunonis de maiestate Romani imperii vaticinium pertineret: *tum &, quod ipsi tam sollemne est,* priscorum Romanorum mores artesque, quibus Roma rerum domina

mina esset facta, *celebraret, suoque saeculo tacite commendaret. De Troia non reparanda Iunonis minae, quae tam male habuere viros doctos, nostro sensu non spectant, nisi ad exornandam & animandam poëticam imaginem, augendumque cum implacabile Deae in Troiam odium, tum vero meritum Romuli, cui, in ipso illo odio, tanta praemia, tantam Vrbis magnitudinem concesserit. --- Accedit itaque carmen proxime ad Pindaricam rationem, quae in eo inest, cum enthusiasmum suum ferventem poëta sequitur, ab eoque delatus ad argumentum, quod praeclare tractari posse videt, huic inhaeret, illudque summa poëseos vi persequitur. In quo si audacia est, at* hoc *l. profecto* felix *illa* Horatii audacia *est. Nullus hîc caecus impetus, nulla luxuriantis ingenii aberratio, nulla digressio, sed excelsorum sensuum, sic, uti in animo divinitus adflato alii aliis succedebant, fida repraesentatio. Quibus sensibus si quis ipse incalescere seque imbuere possit, nae is penitus intelligat, quam praeclare inventae ac ordinatae, quam aptae connexaeque inter se sint carminis partes. --- Omnino consummatissimum carmen est, quo vix quidquam in genere lyrico omnibus numeris perfectius ex Horatiano ingenio profluxit. Qui enim nisus phantasiae! qui ardor! Quae inventionis vis! quae augusta imaginum dignitas in fingenda apotheosi Romuli! Qui in Iunonis persona, ob notum Troiae odium, dilectus! in oratione quam decens reginam Deorum maiestas & eloquentia, quam admiranda cernitur ars ipsius poëtae, res Romanas Augustique victorias, ut olim in Deorum concilio praedictas atque transactas repraesentantis. Cf. Argum. I. 15. & Ill. Heyn. Exc. XIV. ad Virg. Aen. VI. Elocutio ad sublimitatem magnificentissima, ad ornatum, varietatem, copiam splendidissima; ut recte T. Faber dixerit „non esse* modos parvos, *sed erectos, grandes, dignos, qui Deorum auribus serventur.„ Ceterum docte eleganterque hoc c. illustrarunt Cl. Wideburg diss. de nexu in odis Horatii, p. 26. & Cl. Haberland. progr. de consilio Horatii od. l. III. c. III. (Ien. 1777.), ubi paullo aliter descriptionem carminis institutam reperias. Vereor tamen, ne futuri sint, qui aliquanto plus simplicitati dedisse, allegoriae minus indulsisse Virum doctiss. exoptent. V. Obss. passim.*

METRVM XVI.

Iustum ac tenacem propositi virum
Non civium ardor prava iubentium,

Non

„Non est alia haec oda, quam superior, sed illi adhaeret; „quare falluntur, qui eam separant, quippe quae manifeste „cohaereat„, Porphyr. — It. in antiquiss. Bland. Cruqu. neque inscriptione nec littera maiore hoc c. ab antecedente distinctum erat. Neque id temere, ait Cruqu. nam aeternum praemium proponi illi viro forti & fideli. Sed docet & res & sensus lyricus, aliud esse odes II, aliud huius nostrae argumentum atque consilium; licet ob affinitatem argumenti, & idem metrum, facile iste error suboriri potuerit. Tum in codd. antt. Horatianis saepius neglecta odarum distinctio. Interim fuerunt, teste Sanad. qui quatuor priora nostri c. tetrasticha praecedenti adnecterent. Quid? quod Du Hamel ea non solum h. l. ut separatam oden exhibuit, sed eadem carmini I. 29. attexuit. Ceterum inscriptt. in libb. sunt variae; ut

AD MVSAS DE AVGVSTO Mentel.
IN LAVDEM AVGVSTI Lips. 2.
AD MVSAS DE AVGVSTO: STOICE IVSTITIAM LAVDAT Locher.
(DOCENS) VIRTVTE ASCENDI CAELVM, ET DE ROMVLI NVMINE (LOQVENS). Venet. 1492. Asc.

1. *Iustum ac t.* Porphyr. Cun. San. Recte! si quid audio. Vulg. &

1. Magnifica imago *viri constantis*. Praeclare ad vim & claritatem imaginis ita posita sunt verba, ut statim ab initio ostendatur idea primaria: *Iustum ac t.* cet. scilicet, qua plenus esset poëta. Sic & I. 22. — *tenax prop.* constans in proposito persequendo; sed eo recto & honesto, quia idem vir *iustus*. Alioquin est vitiosa pertinacia, saepe impietas. Vides, quam definite & *poëta* loquatur. Pingitur perseverantia sapientis in magnis iustisque coeptis exsequendis. Grammatici per carissimam sibi figuram ἓν διὰ δυοῖν explicant, *iusti propositi tenacem*. V. ad II. 7. 9. — 2. Eum nil, quamvis horrendum, *quatit*, docte pro, excutit s. deiicit, dimovet de *mente solida*, firma, h. de animi constantia, constanti proposito.

Non voltus instantis tyranni
Mente quatit solida, neque Auster,
Dux inquieti turbidus Hadriae,
Nec fulminantis magna manus Iovis:

Si

3. *Nec v.* Lipſ. 1. 6. *magna Iovis manus* Vulg. Sed codd. auctoritate praeſtat *m. manus Iovis;* ita enim omnes Cruqu. & Bentl. Pulm. 1. 3. 4. 5. Lipſſ. Deſſ. 2. Mentel. Helmſt. duo Berſm. Haud dubie ſic etiam fuit in aliis. Item ſic Venet. 1478. & plures ante a. 1500. Ald. 1501. Bentl. Cun. Poſitus etiam verborum ſic elegantior, inpr. quod *Iovis* verſum claudit. — *magna domus Iovis* Pulm. 2. Praeclare!

ſito. Illud *quamvis horrendum* ornat enumerandis quibusdam, quae perſeverantiae ſeſe opponere nec raro eam frangere ſolent. — *ardor*, furor, caecus impetus; de populo factioſo, ſeditioſo, in civitate libera. — *prava iubentium*, volentium, iniquas leges ferentium. *Iubere* proprium populi, ut *rogare* tribunorum pl. Ad bella civilia refert Cl. Haberl. — *vultus* praeclare & graphice pro ſaevitia, quam vultu oſtendit — *inſtantis*, imminentis, minis eum urgentis. Cf. Epiſt. I. 16. 73 ſqq. Iuvenal. VIII. 79 ſqq. & nobile exemplum Q. Scaevolae, Valer. M. III. 8. 5. Poſt Baxterum Cl. Haberlando *tyrannus* eſt M. Antonius. — *neque Auſter* cet. Ab obiectis rebus *moralibus* ad *phyſicas* hic tranſitus probari vix poſſit hodie ei, qui ſeverior, viaque & ratione cogitando aſſuetus ſit; enthuſiaſmo autem poëtarum talia Romae conceſſa fuiſſe, ſic ut placerent etiam, videntur. Singula admirabilia; inprimis etiam climax & creſcens idearum vis, ut iam obſervatum Acroni. — *Auſter*, cf. I. 3. 14 ſqq. *turbidus*, qui turbat. Lyrica imago ineſt atrocis *tempeſtatis*, ex notionibus ſpecialibus; ut I. 1. 15. — 6. Tonitru; ſed quam magnifice expreſſum! *manus*, cf. ad I. 2. 3. — *magna manus I.* docta inverſione pro vulgari *magni Iovis m.* Nil amplius. Argute Dacer. ad magnam ſ. tertiam Iovis manubiam refert. Cl. Sivry iungere mavult, *fulminantis*, fulmine ferientis,

 magna,

Si fractus inlabatur orbis,
Inpavidum ferient ruinaé.

Hac

7. *illabetur* Bentl. 2. 8. Mentel. Lipſ. 1. a m. pr.

magna. — 7. 8. Nobiliſſimi & laudatiſſimi verſus. In idea, immenſa ὕψος maieſtas, cui quis non adſtupeat, ultraque humanam ſortem ſe tolli ſentiat? In verbis quis non miretur vim e ſimplicitate ac brevitate, dilectum, numerum? — *orbis* pro caelo, quod convexum de ſolido aere ſibi finxerunt antiqui homines, tonitruque audito, ne rueret, timuerunt. Cf. Theogn. 867. Ἔν μοι ἔπειτα πέσοι μέγας οὐρανὸς εὐρὺς ὕπερθε Χάλκεος. — *fractus* ad horrendum fragorem pertinet. — *illabatur*, irruat np. in virum iuſtum. Vocabulum quam ſonorum etiam! — 6. Impavidus *erit* ſ. opprimetur. In *ferient* argutantur tam Dacer. cui levius quam pro argumento videtur verbum, tamquam non & fulmina *ferire* dicantur; quam Sanad. laudans ipſam illam levitatem; „*il n'en recevroit tout au plus qu'une légere bleſſure.* Cf. ſententia horum vv. prolixius tractata ap. Aeſchyl. Prom. 1042 ſqq. & a Sarbiev. lyr. IV. 3. 37 ſqq. Schultenſ. in Iob. p. 31. hoc arabici poëtae adfert: *Ne opineris, o Fortuna, me deiici ob calamitatem, quae mihi oſſa cultris derodat. Congreſſa cum eo, in quem ſi vel poli irruant a caeli lateribus, nullus quereretur.* Nota & imitatio Halleri (VII extr.): *Fällt der Himmel, er kann Weiſe decken, aber nicht ſchrecken:* in qua tamen forte argutior antitheſis. Ceterum verſum 5 ad pugnam Actiacam (ut iam Baxt.), 6-8 ad tempeſtatem, qua poſt eam Auguſtus Italiam repetens conflictatus, refert Cl. Haberl. &, ut videtur, Cl. Schmid.

9. *Hac arte*, animi virtute, ἀρετῇ, ut Salluſt. Cat. 10. 4. v. Donat. ad Terent. Andr. I. 1. 4. vel ſimpl. pro *hoc modo*, ſeu, ut hodie aiunt, *medio*, e Gr. μηχανῇ. Sic Sall. Cat. 2. 4 cet. Sequuntur illuſtria exempla conſtantiae. *Heroum*, qui ob virtutis rerumque geſtarum magnitudinem ac de genere humano merita, immortales facti & inter divos relati erant, principes, proximique Diis ſupremis caeleſtibus, quorum & concilio con-

Hac arte Pollux & vagus Hercules
Enisus, arcis adtigit igneas:
Quos

9. *hac vagus* emend. Cun. & sic San. Ionef. Sivr. 10. *Innixus* quid. Cruqu. Alt. 2 & Helmst. a m. f. Venett. Locher. Asc. Basill. Lamb. Fabr. Steph. Rutg. Fab. Heinf. Dacer. Sivr. & vulgati. *Innisus* Bentl. 1. 6. tres Torr. plures Lamb. Lipf. 2. 3. Desf. 2. duo Bersm. Vascof. *Invisus*, errore, quid. Cruqu. Alt. 2 a m. pr. Lipf. 4. Zarot. *Enisus* quid. Lamb. Blandin. antiquiss. & 4 alii Cruqu. unus Torr. Bentl. 1. 7. 8. 20. Brod. Lipf. 1. Mentel. Fran. & sic Cruqu. Marcil. Bentl. Cun. San. Ion. Baxt. Recte! nam „eniti„ eorum proprium est, qui ascendere in altum conantur; cum „inniti„ sit fulcro incumbere, quod h. l. minus aptum. Denique *enixus* Alt. 1. minus bene; hoc enim fere de partu dicitur.

convivioque interessent, habiti sunt ap. Graecos & Romanos *Hercules*, *Liber pater*, *Castor*, *Pollux*, et, ap. Romanos quidem, *Quirinus* (quibus additur interdum Aesculapius). Vid. Cic. Nat. DD. II. 24. Legg. II. 8. *quos endo caelo merita vocaverint* cet. ex antiqua lege. Hinc sollemnis istorum quinque mentio, ubi insignis virtus aut immortalitas memoratur; ut inf. IV. 8. 25 & 29 sqq. Epist. II. 1. 5 - 12. Sil. XV. 77 - 83. Virg. Aen. VI. 802. Plin. VII. 26. Curt. VIII. 5. 8. *Hi tum caelum illi aperiebant, Herculemque & Liberum patrem & cum Polluce Castorem novo numini cessuros esse iactabant.* Cf. Spenc. Polym. Dial. IX pr. — Igitur & h. l. Horatii ingenium facile in illos quinque ferebatur. Admiremur iam ornatum splendoremque dictionis, & inpr. observemus copiam, qua illud: *immortalem* s. *Deum fieri* in singulo variavit. Comparentur hac etiam parte, ll. ll. ex IV. 8. Epist. II. 1. & e Silio. — 9. In *Polluce* simul cogitandus *Castor*. Nam alteruter pro utroque nominari solet. v. Sueton. Iul. 10. — *vagus*, qui continuis erroribus terras & maria peragravit, magnisque factis implevit, Virg. Aen. VI. 802. Pind. Isthm. δ. 94. ὃς Οὔλυμπόνδ' ἔβα· γαίας τε πάσας — ἐξευρών cet. — 10. *Eniti* de conatu per arduam viam escendendi. v. V. L. — *attigit* (prof. *attigerunt*) docte pro, pervenerunt ad *arces*, excelsas sedes, *igneas*, stellatas, caelum; h. Dii sunt. Cf. sup. ad 2. 21.

Quos inter Auguſtus recumbens
Purpureo bibit ore nectar.

Hac

12. *bibet* Iannoct. & unus Vat. Lamb. Pulm. 2. 4, quid. Cruqu. & Bentl. Lipſſ. 1 & 3 a m. pr. Deſſ. 2. Helmſt. Brod. Venett. Aſc. Heinſ. Sivr. Probant & Maſſon. vit. H. p. 168. Klotz. lectt. Ven. p. 284. Negant VV. DD. poſſe Auguſtum, ſi vel maxime iam Deus ſit, ſimul in terra praeſentem verſari, eodemque tempore in caelo accumbere; quod & Harduinus male ferebat. Sed v. Obſſ. Praeſtat *bibit* & ſenſus elegantia, & auctoritate. Sic enim Porphyr. optimi plurimi ap. Lamb. & Cruqu. omnes Torr. Bentl. 6. 13. 18. 19. Pulm. 1. 3. 5. Helmſt. Mentel. Fran. Lipſ. 2. 4. it. 1. & 3 a m. ſ. Altt. Locher. Baſill. it. Lamb. Cruqu. Torr. Fabric. T. Fab. Rutg. Steph. Bentl. Baxt. Ion. Cun. San. Ill. Heyn. ad Virg. Aen. I. 590.

11. 12. Velut ἐν παρόδῳ, tantoque elegantius, interiecta ex inſperato ſententia, quae Auguſtum populumque R. miro ſenſu adfecerit oportet. Splendide & honorifice Auguſtum poëta in quinque iſtorum ordine collocat. Erant illi iam vivo ac praeſenti divini ſummique honores a. V. DCCXXV decreti; v. Epiſt. II. 1. 15. Iam, antiqua notione, *Iovis Deorumque epulis adhiberi* deſignat immortalitatem heroum, locumque inter Deos datum; ut IV. 8. 29. Virg. Ecl. IV extr. Aen. I. 79. Prop. II. 3. 30. Itaque praeclare in convivio caeleſtium locum illi aſſignat inter Pollucem & Herculem, quorum uterque ingentibus meritis, laboribus, rebus geſtis clarus; quare cum iis comparari gratum eſſe Auguſto debuit. v. inf. 14. 1. IV. 5. 35. *Os*, vultus, facies: nam proprie plurimi accipiunt; ſed eſſet levius, labra purpurea memorare in Deo. Np. pro ſeparata idea habendum *purpureo ore* ſc. inſignis, non iungendum cum *bibit*. Apte laudat Cl. Schmid. Stat. Th. III. 440. *Aurora — purpureo vehit ore diem.* Vt ridicula ſit Benleii quaeſtio: „quis vultu bibit?„ — *purpureo*, pulchro, ſplendido, ut ſaepius; ex uſu Graeci πορφύρεος. cf. IV. 1. 10. Declaratur floridae iuventutis illa pulchritudo & gratia, quam ad formam divinam poëtae referunt. Sic Virg. Aen. I. 590. *lumenque iuventae purpureum*, & v. 589 erat *os*. Quam autem praeclarum & gratum, quod

Hac te merentem, Bacche pater, tuae
Vexere tigres, indocili iugum
Collo trahentes. Hac Quirinus
Martis equis Acheronta fugit;
Gratum

16. *Patris* ant. cod. Barth. Adverſ. XXXIX. 9. cui valde arridet, nec minus Bentleio & Geſn. Eſt omnino exquiſitius. Putat Bentl. ſic & legiſſe Commentatorem Cruqu. dum adſcribat: „patria virtute.„ Sed infirmum hoc.

quod non forte promittitur Caeſari locus inter Divos, ſed iam hunc occupans ille repraeſentatur. Quo cur ſic offendantur VV. DD. (v. V. L.) nondum aſſequi potui; tamquam, quem vulgus adhuc vivum in terris videret, illum non potuerit *vates*, exquiſitiori mentis niſu, in caelo accumbentem iam nunc cernere, cum is eſſet iam nunc Deus, ut vidimus. Poſſis &, ſi malis, dicere, priſco ſermone poëtico *epulis Deorum accumbere* fuiſſe pro ſimplici *Deum eſſe*, etiam de terreſtri Deo, ut de Aeolo, Virg. Aen. I. 79. Vtroque reſpectu *bibet* erat vulgi vulgarisque poëtae. Sed mire hîc argutatur Dacer. de ſtatua Auguſti inter Pollucem & Herculèm dedicata, item de facie minio picta in Deorum ſtatuis; Baxt. de nectaris, quo os bibentis madeat, rubicundo colore. Geſn. advocabat coenam illam δωδεκάθεον, ex Sueton. Aug. 70. Subtilius, opinor.

13. *Bacchus* antiquiſſima poëſi non modo voluptatis Deus, ſed cum magnus belligerator, ſubacta inpr. India (v. ad I. 12. 21.), tum cultor ferorum hominum, maxime vini cultura oſtenſa. Praeclare orationem animat apoſtrophe. Tum illud, *Deum fieri*, ſplendide variatur: *te vexere tigres tuae.* Cum enim hae eius currum trahant, in quo dignitas & potentia divina cernitur; tum traxerunt primum in triumpho ex India, quo immortalitatem ſibi paravit. v. Virg. Aen VI. 805. Sil. XV. 80. *Captivo Liber cum ſigna referret ab Euro, Cauçaſeae currum duxere per oppida tigres.* — *hac* atte *merentem*, meritum tales honores. Male poſt Scholl. quidam expl. militantem. — *indocili*, iugi impatiente, excellenter!

Gratum eloquuta consiliantibus
Iunone Divis: Ilion, Ilion

Fa-

17. *conciliantibus*, h. conciliare conantibus np. Romulum Iunoni (dura vero ellipsis!), coni. Withof. quia „consiliari„ sit consilium dare, quod h. l. non conveniat. Sed v. Obss. Habet & *concil.* Lips. 4.

excellenter! ob ferociam naturalem, quam domare Dei erat. Alias pro tigribus habet & lynces, item pardos. 16. De Romuli exitu varia fama; v. Liv. I. 16. Publica & antiqua opinio fuit, eum in campo subito coorta tempestate *sublimem raptum*, ut Liv. vel, ut Dionys. Hal. II. 57. ὑπὸ τȣ̃ πατρὸς Ἄρεως ἀνηρπάσθαι, quod propius huc accedit. Nam fabula exstiterit oportet, (quam sequitur Horat. h. l. & Ovid. Fast. II. 496.) Martem illum *equis* h. quadrigis suis (cf. Ovid. Rem. 6.) sursum tulisse; eiusque assumtionis picturas Romae fuisse suspicatur Spenc. Polym. Dial. IX. p. 134. Similiter Ariadne lyncibus Bacchi caelo illata, Prop. III. 17. 8. — *Acheronta*, inferos i. mortem, *fugit*, h. ad immortales evasit. Magnifica vero imago! sed quam obscurent interpretum argutiae.

17. Sequitur nobilissima carminis pars, oratio Iunonis, reginae Deorum, quae cum una maxime apotheosi Romuli obesse videretur, Deorum reliquorum voluntati denique cedit, salva tamen dignitate & maiestate sua, cet. v. Argum. Cf. imitatio Summi Raml. carm. lyr. XIV. 33 sqq. Summam orationis terris nuntiarat ipse Quirinus, Liv. l. l. *Abi, nuntia Romanis, caelestes ita velle, ut mea Roma caput orbis terrarum sit* cet. — Postquam *elocuta* esset *Iuno*, quod *gratum* esset *Divis consiliantibus*, deliberantibus, consilium habentibus (sic *consiliari* ap. Tac. Hist. II. 53.) np. de recipiendo in caelum Romulo. Fit consessus immortalium; cupiunt omnes Romulum recipi; adversa est Iuno. Laboratur; oratur regina, ut consentiat. Denique illa flectitur, & habet orationem, qua ceteri recreantur. Splendidum phantasma! Cf. Virg. Aen. X pr. Primum profitetur, se *Troia eversa* (v. 18-30.) satiatam nunc

Fatalis incestusque iudex
Et mulier peregrina vertit
In pulverem, ex quo destituit Deos
Mercede pacta Laomedon, mihi
Castaeque damnatum Minervae
Cum populo & duce fraudulento.
Iam

21. *deseruit* Lips. 4. *ex quo -- Laomedon* parenthesi inclusit San. 22. *Laumedon* aberrat. 24. *damnatam* emend. Glarean. (in edit. Henricop. Basil. 1580.) quia & „Ilios„ dicitur. Et sic Cun. San. Malit & sic Bentl. (non laudato Glar.), quia ambiguum alias sit, utrum ad „pulverem„ an ad „Ilion„ pertineat. Ohe!

nunc esse velle, odiumque capitale deponere. Spirant omnia exordii verba summam eloquentiae & indignationis vim. Augentur huius caussae, ut, quam iusta ea esset, ipsos sentire Deos oporteret, tantoque plus apud eos valeret gratia ipsis & Romulo facta. — Ordo est: *Fatalis i. iudex & m. p. in p. vertit Ilion, mihi castaeque M. cum p. & d. fr. damnatum, ex quo* cet. — *Ilion*, praeclare & statim ab initio positum, & repetitum nomen, ad exprimendum cum odii in urbem, tum voluptatis ex eversa πάθος. — 19. *Iudex* exquisite pro Paridis inviso nomine, ob notum *iudicium*, Iunoni alta mente repostum, Virg. Aen. I. 27. — *fatalis*, constitutum fatis exitium patriae afferens. — *incestus*, pollutus adulterio & libidine; quam & in illo iudicio praetulisset. Vid. ad I. 15. — 20. *mulier peregrina*, ξένη, pro Helena, ad contemtum; male enim opinari solebant de femina, quae patriam mutasset. *Mulier* autem nullum per se contemtum habet, ut vult Dacer. Baxtero Paris, & mox Laomedon, est Antonius, Helena Cleopatra, Hector Brutus cet. — *vertit in p.* cf. Epist. I. 15. 39. Praeclaro artificio non sibi aut Graecis, sed Paridi & Helenae tribuit eversionem Troiae. Similiter Iuno Virg. Aen. X. 90.

21 — 24. Difficilior sententia. Nam si *mihi* explices *a me*, non apparet, cur Iuno & Minerva potius quam alii Dii Laomedonteo periurio offensae sint; deinde non
vident

Iam nec Lacaenae ſplendet adulterae
Famoſus hoſpes, nec Priami domus
Periura pugnacis Achivos
Hectoreis opibus refringit:

Noſtris-

25. *Lacenae, Lacoenae, Laconae* errores librarr. 37. *pugnantes* Lipſ. 3. vulgare id.

vident fere, quomodo illud *ex quo* expediant, Intpp. Sed ſi exponas Ilium cum univerſa gente Iunoni & Minervae *damnatum*, addictum, earum furori extremis temporibus traditum iudicio Deorum, offenſorum adhuc *ex* illo tempore, *quo Laomedon* cet. omnia clara ſint. Vt *ex quo* ultimam cauſſam declaret, cur Dii Troiae exitum Iunoni dederint. *Damnare* pro *devovere* habet Virg. Aen. VI. 699. & iudiciali ſenſu pro *addicere*, Sen. Benef. 6. — *caſtae*, perpetuum epith. — 24. *Cum pop. & duce* i. rege, poëtico ornatu pro, cum *univerſa* gente. — *fraudulento* tam ad populum quam ducem pertinet; erat enim, inprimis ob Laomedontem, ut fit, univerſa deinceps gens Troiana periurio & perfidia infamis. Hom. Il. Φ. 459. Virg. Aen. IV. 542. V. 811. Vnde & mox *Priami domus periura.* Male *ducem fraudulentum* Laomedontem intelligunt. — *Deos*, Apollinem & Neptunum, qui Laomedontem, muros Troiae, ab Hercule dirutos, inſtaurantem, auri pondere pacto adiuverant, caelo tunc forte exulantes. At perfecto opere ille non ſervavit fidem, ſed Deos expulit. Fundus Hom. Il. Φ. 442 ſqq. cf. Pind. Ol. η. 41. Nempe illum e templis Apollinis & Neptuni aiunt theſauros ſumſiſſe ad muros aedificandos, nec pro ſacramento praeſtito repoſuiſſe. Ex eo facto Deorum in Troianos odium, & mala, ipſis eorumque poſteris inflicta, derivare ſollemne poëtis; ut Virg. Ge. I. 502. — *deſtituit*, fraudavit. Sollemne *deſtituere* de non ſervata alicui fide.

25. Nobilis ſarcaſmus, praeclare pingens muliebrem animum ultionis abunde perceptae voluptate exultantem. — *Lacaenae adulterae* Helenae (caſu dandi, ut recte Aſc.), non amplius *ſplendet*, nitet, pulcher eſt (v. III. 12. 5. III. 24. 20.), *famoſus*, infamis

Nostrisque ductum seditionibus
Bellum resedit. Protenus & gravis
Iras, & invisum nepotem,
Troïa quem peperit sacerdos,

Marti

29. *Auctumque nostris* quid. ap. Steph. diatr. sec. II. 30. *residit* membranae Marcil. qui praefert. *protinus* scribendum alii contendunt. Nil sane interest, nisi quod antiquior scriptura est *protenus*. Distinguendum, ut recte Clarean. aliique viderunt, ante „Protenus„; non post, ut Asc. Basill. Fabr. cet. 32. *Troica* vulgo. *Troïa* vult N. Heinf. ap. Bentl. quemadmodum I. 6. 14. ubi v. V. L. Itaque sic edidi, post Bentl. Cun. San. Etiam ita meus Lipf. 3.

infamis (III. 15. 3.) *hospes*, ob hospitium, quo exceptus, laesum (I. 15. 2.). Haec pro vulgari: *non amplius* EST *Paris*. — 26. *nec Priami domus*, familia, amplius Graios, fortiter oppugnantes, *Hectoreis opibus*, ope s. virtute Hectoris, *refringit*, frangit (v. ad I. 31. 12.) i. resistendo fatigat. Pro vulgari: *non amplius* EST *Troia*. Excellenter respondent & augent se invicem *refringit* & *pugnaces*; & inest summum in Iunonis testimonio Hectoris elogium. Cf. II. 4. 10.

29. *ductum*, protractum in decennium, *nostris seditionibus*, factionibus, dissidiis, cum alii pro Troianis, alii contra essemus. Exprobratio ad Deos, praeclare decens Iunonem reginam. Cf. Virg. Aen. X. 106. — *resedit*, quievit tandem; ducta metaphora a ventis, mari tumido. — *protenus*, jam deinceps, *graves iras* & inprimis *invisum n.* odium nepotis, *Marti redonabo*, donabo (v. ad I. 31. 12.), condonabo, i. in Martis gratiam deponam. Eleganter enim dicitur & *condonare alicui aliquem* pro, ei in alterius gratiam ignoscere, & *inimicitias alicui*, pro, eas in illius gratiam omittere; v. S. V. Ernesti cl. Cic. v. *condonare*. Sed haerent Intpp. etiam Gesn. — *nepos* Iunonis Romulus ex Marte. — 32. Caussa odii: licet eum cet. *Troïa sacerdos*, Ilia, Vestalis, Troiano genere.

Marti redonabo. Illum ego lucidas
Inire sedis, discere nectaris
Succos, & adscribi quietis
Ordinibus patiar Deorum.
Dum longus inter saeviat Ilion
Romamque pontus; qualibet exsules
In parte regnanto beati:

Dum

34. *ducere*, vulgata lectio, satis per se bona, ut I. 17. 22. Sed prisca lectio haud dubie *discere;* quam iam ante oculos habuit Porphyr. explicans: „assuescere saporibus nectaris„. Item sic Bentl. 1. 6. 9 (a m. pr.). 10. 13. 19. 20. & 23 pro var. lect. duo Torr. Mentel. Helmst. Alt. 2. Lips. 3. Venet. 1478. Locher. At quanto exquisitior etiam lectio! v. Obss. Saepius *discere* & *ducere* permutata a librarr. Vid. e. g. Claudian. R. P. II. 368. & ibi N. Heins. Timet Bentl. ne „discere„ includat difficultatem, fastidium, metum. Male! 37. *intersaeviat* coniuncte, Lips. 3. & quid. alii.

33. In *ego patiar* quae maiestas! Tum quam admirabili copia & ornatu effertur illud, *inter Deos referri!* — *lucidae sedes*, Olympus, *δώματα αἰγλήεντα, ἀστερόεντα.* — *succos nectaris*, nectar, *discere* (v. V. L.), doctissime & dulcissime, de novo caelite, qui primum nectar bibit, non ante cognitum. Cf. Virg. Ecl V. 56. — 35. Ductus ornatus e Romana republica. Noti enim *ordines* populi R. item *adscribi in civitatem.* — *quietis*, suaviter, e communi opinione de otiosa & beata Deorum vita. Ascensum vero in tribus his ideis observa.

37. Iam posteros etiam Troianorum, Romanos, Martis & Romuli gratia, ira omissa, beatos, magnos, potentes passuram se profitetur; dum ne Troia resurgat, in quam solam omne nunc odium revertitur. Vix poterat maiori arte Iunonis persona induci. Praeclare enim sic simul dignitatem tuetur suam, quam talis pervicacia decebat; ut recte vidit Porphyr. Cf. Virg. Aen. I. 281. — Dummodo *longus* (exquisite pro *magnus*) *pontus saeviat*, aestuet, & hoc ornate pro, interiectus sit *inter R. & I.* dum quam longissime distet Roma Ilio. — *exules*, reliquiae

Dum Priami Paridisque busto
Insultet armentum, & catulos ferae
Celent inultae; stet Capitolium
Fulgens, triumphatisque possit
Roma ferox dare iura Medis.

Hor-

41. *ut catulos* Helmst. 43. *Ingens*, non male, Alt. 1.

quiae Troianorum, Romani, orti Aenea, qui *fato profugus* — in *qualibet parte* terrarum *regnanto*, regnent, regnare eos permitto & iubeo. Quae auctoritas ac maiestas! ut & in sqq. *stet*, *extendat* cet. — *beati*, potentes.

40 — 56. Eadem sententia amplius exornata, sed ea elocutionis poëticae vi, maiestate, splendore, ut ultra eniti lyrica poësis vix possit. — 40 — 42. Inexorabilis vis iracundiae, quae urbis dirutae vel ruinis invideat! Tanti stat, de forma feminae male sentire! „Dum locus, ubi Troia fuit, ita desertus sit, ut armenta ibi pascant & ferae habitent.„ Sed pro generali isto quanta cum vi πάθους commemoratur *Priami Paridisque bustum*, sepulcrum! Tum pro pascere, libere supervagari, *insultare*, quod simul contemtum & irrisionem habet; ut Gr. ἐπιθρώσκειν τύμβῳ, Hom. Il. δ. 177. — *celent catulos*, latibula habeant in monumentorum ruinis — *inultae* pro, tutae, illaesae, nemine eo veniente. Sed quanto praeclarius *inultae*, impune, nemine iniuriam, regiis cineribus illatam, ulciscente. Quam luctuosa imago! Cf. locus consummatiss. Iesaiae XIII. 20-22. Subtilius Dacer. & Sanad. *bustum Priami* ipsam Troiam exponunt. — 42. *stet C.* (arx imperii R.) *fulgens!* grandis imago, adversus istam opposita; *fulgens* autem tam ob magnificas aedes, templa, monumenta cet. quam ob gloriae & potentiae Rom. splendorem. — 43. Roma hostes suos sibi subiiciat. Memorat, bellicosissimos, *Medos*, Parthos, idque, ut facile vides, in gratiam Augusti, ob recepta signa; v. vit. Hor. a. DCCXXXIV. vel, si ante id tempus carmen factum, promittendo victoriam Parthicam, ut I. 12. 53. cet. — *trium-*

Horrenda late nomen in ultimas
Extendat oras; qua medius liquor
Secernit Europen ab Afro,
Qua tumidus rigat arva Nilus:

Aurum

46. *Extendit* Brod. *qui* Deff. 2. unus Bersm. 47. *Secernet* unus Bersm.

triumphatis, victis, de quibus triumphus habitus. Splendide, ut folent poëtae. — *possit dare*, pro fimpl. *det*, periphrafi poëtis ufitata, ut car. faec. 11. Virg. Aen. VII. 308. Sic Canter. nov. lectt. II. 2. Mihi otiofi quid h. l. ineffe videtur in ea periphrafi. — *iura*, leges praefcribere — *ferox*, fuperba, excellenter!

41—48. Sublimes verfus. *Horrenda*, magnificum verbum, pingens & terribilem & venerandam gentibus magnitudinem Romae; *horror* enim & magnas & facras ad res pertinet. — *nomen*, potentiae gloriam & imperium. *Vltimas oras* ornat mentione extremarum ad Orientem & Occidentem partium, Hifpaniae & Aegypti. Hoc etiam in Augufti gratiam; cum ob expeditionem Cantabricam, pacatamque Hifpaniam; cf. ad II. 6. 2. & vit. Hor. a. DCCXXX. tum ob Aegyptum ab ipfo fubactam. Totum enim terrarum orbem ab Augufto demum victum vincendumve iactare folent poëtae; vt I. 12. 53. IV. 14. 41 fqq. IV. 15. 15. Virg. Ge. III. 32. cet. — 46. cum ab illa parte, *qua* (v. mox v. 55.) *medius*, interiectus, *liquor*, fretum Gaditanum, cet. *Liquor*, *humor*, *ftagnum*, *latex*, ut exquifitiora, ufitata poëtis pro *mari*. — *Afer* ornate pro Africa. *Europam Libyamque rapax ubi dividit unda*, vet. poët. ap. Cic. N. D. III. 10. Solet defignare id fretum extremam ad occidentem Europam; v. II. 2. 10. II. 6. 1. — Vf. 48 ornat Aegyptum; quam *Nili*, quotannis exundantis (h. l. *tumidi*) relicto limo fecundari notum. Cf. Virg. Ge. IV. 287 fqq.

Aurum inrepertum, & ſic melius ſitum,
Quum terra celat, ſpernere fortior,
Quam cogere, humanos in uſus
Omne ſacrum rapiente dextra.

Qui-

51. Diſtinguendum poſt *cogere*, non poſt *uſus*, ut vulgo. v. Obſſ.

49 -- 52. Docta inverſione inſerta excelſa ſententia; v. Argum. *Roma* (v. 44.) ita horrenda evadet, dum erit *fortior*, acrior, acrius feretur, *ſpernere*, ad ſpernendum *aurum*, quam ad *cogendum*, coacervandum; pro ſimpl. dum contemnendas *potius*, quam expetendas opes putabit. Nam *fortis* de omni niſu & conatu animi, ut II. 16. 17. Male alii. Igitur vv. 49. 50. priſcam continentiam & morum ſeveritatem ſiſtunt, qua Roma caput orbis facta eſſet. Vid. ſup. ad 2. 1. Contra in vv. 51. 52. eſt imago *avaritiae*, qua poſt in Italiam invecta, mores Romanorum adfligi coepti ſunt. — 49. *irrepertum*, non ab iis cupide erutum, ſed telluri relictum — *ſic melius ſitum*, *c. t. celat*, condit, ubi ſapienter Deus depoſuit; praeclare! ob mala, quae infert in vitam humanam. Ovid. M. I. 140. *Effodiuntur opes, irritamenta malorum.* Sen. ep. 94. *Nihil natura, quod avaritiam noſtram irritaret, poſuit in aperto: pedibus aurum & argentum ſubiecit* cet. Sil. I. 281. *ſcelerum cauſſas operit Deus* cet. cf. Lambin. Graviſſime auri peſtem perſequitur inf. car. 24. Numus argenteus primum cuſus Romae a. DLXXXV. aureus a. DCXLVII. — 51. Ornatur *avaritia* a ſummo illius ſcelere, ſacrilegio; quia nil illi ſacrum. Priſca vero aetate in templis maximi theſauri erant. Iunge: *aurum cogere*, undique congerere, *dextrâ omne ſacrum*, vel ſanctiſſima quaevis, *ad uſus humanos* i. profanos (eſt enim ἀντίθεσις) *rapiente*. v. V. L. In *dextra* argutatur Douſa comment. c. 7. in *cogere* Dacer. & Sanad.

Gratum eloquuta consiliantibus
Iunone Divis: Ilion, Ilion
Fa-

17. *conciliantibus*, h. conciliare conantibus np. Romulum Iunoni (dura vero ellipsis!), coni. Withof. quia „consiliari„ sit consilium dare, quod h. l. non conveniat. Sed v. Obss. Habet & *concil.* Lips. 4.

excellenter! ob ferociam naturalem, quam domare Dei erat. Alias pro tigribus habet & lynces, item pardos. 16. De Romuli exitu varia fama; v. Liv. I. 16. Publica & antiqua opinio fuit, eum in campo subito coorta tempestate *sublimem raptum*, ut Liv. vel, ut Dionys. Hal. II. 57. ὑπὸ τȣ̃ πατρὸς Ἄρεως ἀνηρπάσθαι, quod propius huc accedit. Nam fabula exstiterit oportet, (quam sequitur Horat. h. l. & Ovid. Fast. II. 496.) Martem illum *equis* h. quadrigis suis (cf. Ovid. Rem. 6.) sursum tulisse; eiusque assumtionis picturas Romae fuisse suspicatur Spenc. Polym. Dial. IX. p. 134. Similiter Ariadne lyncibus Bacchi caelo illata, Prop. III. 17. 8. — *Acheronta*, inferos i. mortem, *fugit*, h. ad immortales evasit. Magnifica vero imago! sed quam obscurent interpretum argutiae.

17. Sequitur nobilissima carminis pars, oratio Iunonis, reginae Deorum, quae cum una maxime apotheosi Romuli obesse videretur, Deorum reliquorum voluntati denique cedit, salva tamen dignitate & maiestate sua, cet. v. Argum. Cf. imitatio Summi Raml. carm. lyr. XIV. 33 sqq. Summam orationis terris nuntiarat ipse Quirinus, Liv. l. l. *Abi, nuntia Romanis, caelestes ita velle, ut mea Roma caput orbis terrarum sit* cet. — Postquam *elocuta* esset *Iuno*, quod *gratum* esset *Divis consiliantibus*, deliberantibus, consilium habentibus (sic *consiliari* ap. Tac. Hist. II. 53.) np. de recipiendo in caelum Romulo. Fit consessus immortalium; cupiunt omnes Romulum recipi; adversa est Iuno. Laboratur; oratur regina, ut consentiat. Denique illa flectitur, & habet orationem, qua ceteri recreantur. Splendidum phantasma! Cf. Virg. Aen. X pr. Primum profitetur, se *Troia eversa* (v. 18-30.) satiatam nunc

Fatalis inceſtusque iudex
Et mulier peregrina vertit
In pulverem, ex quo deſtituit Deos
Mercede pacta Laomedon, mihi
Caſtaeque damnatum Minervae
Cum populo & duce fraudulento.

Iam

21. *deſeruit* Lipſ. 4. *ex quo -- Laomedon* parentheſi incluſit San. 22. *Laumedon* aberrat. 24. *damnatam* emend. Glarean. (in edit. Henricop. Baſil. 1580.) quia & „Ilios„ dicitur. Et ſic Cun. San. Malit & ſic Bentl. (non laudato Glar.), quia ambiguum alias ſit, utrum ad „pulverem„ an ad „Ilion„ pertineat. Ohe!

nunc eſſe velle, odiumque capitale deponere. Spirant omnia exordii verba ſummam eloquentiae & indignationis vim. Augentur huius cauſſae, ut, quam iuſta ea eſſet, ipſos ſentire Deos oporteret, tantoque plus apud eos valeret gratia ipſis & Romulo facta. — Ordo eſt: *Fatalis i. iudex & m. p. in p. vertit Ilion, mihi caſtaeque M. cum p. & d. fr. damnatum, ex quo cet.* — *Ilion*, praeclare & ſtatim ab initio poſitum, & repetitum nomen, ad exprimendum cum odii in urbem, tum voluptatis ex everſa πάθος. — 19. *Iudex* exquiſite pro Paridis inviſo nomine, ob notum *iudicium*, Iunoni alta mente repoſtum, Virg. Aen. I. 27. — *fatalis*, conſtitutum fatis exitium patriae afferens. — *inceſtus*, pollutus adulterio & libidine; quam & in illo iudicio praetuliſſet. Vid. ad I. 15. — 20. *mulier peregrina*, ξένη, pro Helena, ad contemtum; male enim opinari ſolebant de femina, quae patriam mutaſſet. *Mulier* autem nullum per ſe contemtum habet, ut vult Dacer. Baxtero Paris, & mox Laomedon, eſt Antonius, Helena Cleopatra, Hector Brutus cet. — *vertit in p.* cf. Epiſt. I. 15. 39. Praeclaro artificio non ſibi aut Graecis, ſed Paridi & Helenae tribuit everſionem Troiae. Similiter Iuno Virg. Aen. X. 90.

21 — 24. Difficilior ſententia. Nam ſi *mihi* explices *a me*, non apparet, cur Iuno & Minerva potius quam alii Dii Laomedonteo periurio offenſae ſint; deinde non

vident

Iam nec Lacaenae splendet adulterae
Famosus hospes, nec Priami domus
Periura pugnacis Achivos
Hectoreis opibus refringit:

Nostris-

25. *Lacenae, Lacoenae, Laconae* errores librarr. 37. *pugnantes* Lips. 3. vulgare id.

vident fere, quomodo illud *ex quo* expediant, Intpp. Sed si exponas Ilium cum universa gente Iunoni & Minervae *damnatum*, addictum, earum furori extremis temporibus traditum iudicio Deorum, offensorum adhuc *ex* illo tempore, *quo Laomedon* cet. omnia clara sint. Vt *ex quo* ultimam caussam declaret, cur Dii Troiae exitum Iunoni dederint. *Damnare* pro *devovere* habet Virg. Aen. VI. 699. & iudiciali sensu pro *addicere*, Sen. Benef. 6. — *castae*, perpetuum epith. — 24. *Cum pop. &* *duce* i. rege, poëtico ornatu pro, cum *universa* gente. — *fraudulento* tam ad populum quam ducem pertinet; erat enim, inprimis ob Laomedontem, ut fit, universa deinceps gens Troiana periurio & perfidia infamis. Hom. Il. Φ. 459. Virg. Aen. IV. 542. V. 811. Vnde & mox *Priami domus periura*. Male *ducem fraudulentum* Laomedontem intelligunt. — *Deos*, Apollinem & Neptunum, qui Laomedontem, muros Troiae, ab Hercule dirutos, instaurantem, auri pondere pacto adiuverant, caelo tunc forte exulantes. At perfecto opere ille non servavit fidem, sed Deos expulit. Fundus Hom. Il. Φ. 442 sqq. cf. Pind. Ol. η. 41. Nempe illum e templis Apollinis & Neptuni aiunt thesauros sumsisse ad muros aedificandos, nec pro sacramento praestito reposuisse. Ex eo facto Deorum in Troianos odium, & mala, ipsis eorumque posteris inflicta, derivare sollemne poëtis; ut Virg. Ge. I. 502. — *destituit*, fraudavit. Sollemne *destituere* de non servata alicui fide.

25. Nobilis sarcasmus, praeclare pingens muliebrem animum ultionis abunde perceptae voluptate exultantem. — *Lacaenae adulterae* Helenae (casu dandi, ut recte Asc.), non amplius *splendet*, nitet, pulcher est (v. III. 12. 5. III. 24. 20.), *famosus*, infamis

Nostrisque ductum seditionibus
Bellum resedit. Protenus & gravis
Iras, & invisum nepotem,
Troïa quem peperit sacerdos,

Marti

29. *Auctumque nostris* quid. ap. Steph. diatr. sec. II. 30. *residit* membranae Marcil. qui praefert. *protinus* scribendum alii contendunt. Nil sane interest, nisi quod antiquior scriptura est *protenus*. Distinguendum, ut recte Glarean. aliique viderunt, ante „Protenus „; non post, ut Asc. Basill. Fabr. cet. 32. *Troica* vulgo. *Troïa* vult N. Heins. ap. Bentl. quemadmodum I. 6. 14. ubi v. V. L. Itaque sic edidi, post Bentl. Cun. San. Etiam ita meus Lips. 3.

infamis (III. 15. 3.) *hospes*, ob hospitium, quo exceptus, laesum (I. 15. 2.). Haec pro vulgari: *non amplius* EST *Paris*. — 26. *nec Priami domus*, familia, amplius Graios, fortiter oppugnantes, *Hectoreis opibus*, ope s. virtute Hectoris, *refringit*, frangit (v. ad I. 31. 12.) i. resistendo fatigat. Pro vulgari: *non amplius* EST *Troia*. Excellenter respondent & augent se invicem *refringit* & *pugnaces;* & inest summum in Iunonis testimonio Hectoris elogium. Cf. II. 4. 10.

29. *ductum*, protractum in decennium, *nostris seditionibus*, factionibus, dissidiis, cum alii pro Troianis, alii contra essemus. Exprobratio ad Deos, praeclare decens Iunonem reginam. Cf. Virg. Aen. X. 106. — *resedit*, quievit tandem; ducta metaphora a ventis, mari tumido. — *protenus*, jam deinceps, *graves iras &* inprimis *invisum n.* odium nepotis, *Marti redonabo*, donabo (v. ad I. 31. 12.), condonabo, i. in Martis gratiam deponam. Eleganter enim dicitur & *condonare alicui aliquem* pro, ei in alterius gratiam ignoscere, & *inimicitias alicui*, pro, eas in illius gratiam omittere; v. S. V. Ernesti cl. Cic. v. *condonare*. Sed haerent Intpp. etiam Gesn. — *nepos* Iunonis Romulus ex Marte. — 32. Caussa odii: licet eum cet. *Troïa sacerdos*, Ilia, Vestalis, Troiano genere.

Marti redonabo. Illum ego lucidas
Inire sedis, discere nectaris
Succos, & adscribi quietis
Ordinibus patiar Deorum.
Dum longus inter saeviat Ilion
Romamque pontus; qualibet exsules
In parte regnanto beati:

Dum

34. *ducere*, vulgata lectio, satis per se bona, ut I. 17. 22. Sed prisca lectio haud dubie *discere;* quam iam ante oculos habuit Porphyr. explicans: „assuescere saporibus nectaris„. Item sic Bentl. 1. 6. 9 (a m. pr.). 10. 13. 19. 20. & 23 pro var. lect. duo Torr. Mentel. Helmst. Alt. 2. Lips. 3. Venet. 1478. Locher. At quanto exquisitior etiam lectio! v. Obss. Saepius *discere* & *ducere* permutata a librarr. Vid. e. g. Claudian. R. P. II. 368. & ibi N. Heins. Timet Bentl. ne „discere„ includat difficultatem, fastidium, metum. Male! 37. *intersaeviat* coniuncte, Lips. 3. & quid. alii.

33. In *ego patiar* quae maiestas! Tum quam admirabili copia & ornatu effertur illud, *inter Deos referri!* — *lucidae sedes*, Olympus, δώματα αἰγλήεντα, ἀστερόεντα. — *succos nectaris*, nectar, *discere* (v. V. L.), doctissime & dulcissime, de novo caelite, qui primum nectar bibit, non ante cognitum. Cf. Virg. Ecl V. 56. — 35. Ductus ornatus e Romana republica. Noti enim *ordines* populi R. item *adscribi in civitatem.* — *quietis*, suaviter, e communi opinione de otiosa & beata Deorum vita. Ascensum vero in tribus his ideis observa.

37. Iam posteros etiam Troianorum, Romanos, Martis & Romuli gratia, ira omissa, beatos, magnos, potentes passuram se profitetur; dum ne Troia resurgat, in quam solam omne nunc odium revertitur. Vix poterat maiori arte Iunonis persona induci. Praeclare enim sic simul dignitatem tuetur suam, quam talis pervicacia decebat; ut recte vidit Porphyr. Cf. Virg. Aen. I. 281. — Dummodo *longus* (exquisite pro *magnus*) *pontus saeviat*, aestuet, & hoc ornate pro, interiectus sit *inter R. & I.* dum quam longissime distet Roma Ilio. — *exules*, reliquiae

Dum Priami Paridisque busto
Insultet armentum, & catulos ferae
Celent inultae; stet Capitolium
Fulgens, triumphatisque possit
Roma ferox dare iura Medis.

Hor-

41. *ut catulos* Helmst. 43. *Ingens*, non male, Alt. 1.

quiae Troianorum, Romani, orti Aenea, qui *fato profugus* — in *qualibet parte* terrarum *regnanto*, regnent, regnare eos permitto & iubeo. Quae auctoritas ac maiestas! ut & in sqq. *stet*, *extendat* cet. — *beati*, potentes.

40 — 56. Eadem sententia amplius exornata, sed ea elocutionis poëticae vi, maiestate, splendore, ut ultra eniti lyrica poësis vix possit. — 40 — 42. Inexorabilis vis iracundiae, quae urbis dirutae vel ruinis invideat! Tanti stat, de forma feminae male sentire! „Dum locus, ubi Troia fuit, ita desertus sit, ut armenta ibi pascant & ferae habitent.„ Sed pro generali isto quanta cum vi πάθους commemoratur *Priami Paridisque bustum*, sepulcrum! Tum pro pascere, libere supervagari, *insultare*, quod simul contemtum & irrisionem habet; ut Gr. ἐπιθρώσκειν τύμβῳ, Hom. Il. δ. 177. — *celent catulos*, latibula habeant in monumentorum ruinis — *inultae* pro, tutae, illaesae, nemine eo veniente. Sed quanto praeclarius *inultae*, impune, nemine iniuriam, regiis cineribus illatam, ulciscente. Quam luctuosa imago! Cf. locus consummatiss. Iesaiae XIII. 20 - 22. Subtilius Dacer. & Sanad. *bustum Priami* ipsam Troiam exponunt. — 42. *stet C.* (arx imperii R.) *fulgens!* grandis imago, adversus istam opposita; *fulgens* autem tam ob magnificas aedes, templa, monumenta cet. quam ob gloriae & potentiae Rom. splendorem. — 43. Roma hostes suos sibi subiiciat. Memorat, bellicosissimos, *Medos*, Parthos, idque, ut facile vides, in gratiam Augusti, ob recepta signa; v. vit. Hor. a. DCCXXXIV. vel, si ante id tempus carmen factum, promittendo victoriam Parthicam, ut I. 12. 53. cet. —

trium-

Horrenda late nomen in ultimas
Extendat oras; qua medius liquor
Secernit Europen ab Afro,
Qua tumidus rigat arva Nilus:

Aurum

46. *Extendit* Brod. *qui* Dess. 2. unus Bersm. 47. *Secernet* unus Bersm.

triumphatis, victis, de quibus triumphus habitus. Splendide, ut solent poëtae. — *possit dare*, pro simpl. *det*, periphrasi poëtis usitata, ut car. saec. 11. Virg. Aen. VII. 308. Sic Canter. nov. lect. II. 2. Mihi otiosi quid h. l. inesse videtur in ea periphrasi. — *iura*, leges praescribere — *ferox*, superba, excellenter!

41—48. Sublimes versus. *Horrenda*, magnificum verbum, pingens & terribilem & venerandam gentibus magnitudinem Romae; *horror* enim & magnas & sacras ad res pertinet. — *nomen*, potentiae gloriam & imperium. *Vltimas oras* ornat mentione extremarum ad Orientem & Occidentem partium, Hispaniae & Aegypti. Hoc etiam in Augusti gratiam; cum ob expeditionem Cantabricam, pacatamque Hispaniam; cf. ad II. 6. 2. & vit. Hor. a. DCCXXX. tum ob Aegyptum ab ipso subactam. Totum enim terrarum orbem ab Augusto demum victum vincendumve iactare solent poëtae; vt I. 12. 53. IV. 14. 41 sqq. IV. 15. 15. Virg. Ge. III. 32. cet. — 46. cum ab illa parte, *qua* (v. mox v. 55.) *medius*, interiectus, *liquor*, fretum Gaditanum, cet. *Liquor*, *humor*, *stagnum*, *latex*, ut exquisitiora, usitata poëtis pro *mari*. — *Afer* ornate pro Africa. *Europam Libyamque rapax ubi dividit unda*, vet. poët. ap. Cic. N. D. III. 10. Solet designare id fretum extremam ad occidentem Europam; v. II. 2. 10. II. 6. 1. — Vs. 48 ornat Aegyptum; quam *Nili*, quotannis exundantis (h. l. *tumidi*) relicto limo fecundari notum. Cf. Virg. Ge. IV. 287 sqq.

Aurum inrepertum, & sic melius situm,
Quum terra celat, spernere fortior,
Quam cogere, humanos in usus
Omne sacrum rapiente dextra.

Qui-

51. Distinguendum post *cogere*, non post *usus*, ut vulgo. v. Obss.

49 — 52. Docta inversione inserta excelsa sententia; v. Argum. *Roma* (v. 44.) ita horrenda evadet, dum erit *fortior*, acrior, acrius feretur, *spernere*, ad spernendum *aurum*, quam ad *cogendum*, coacervandum; pro simpl. dum contemnendas *potius*, quam expetendas opes putabit. Nam *fortis* de omni nisu & conatu animi, ut II. 16. 17. Male alii. Igitur vv. 49. 50. priscam continentiam & morum severitatem sistunt, qua Roma caput orbis facta esset. Vid. sup. ad 2. 1. Contra in vv. 51. 52. est imago *avaritiae*, qua post in Italiam invecta, mores Romanorum adfligi coepti sunt. — 49. *irrepertum*, non ab iis cupide erutum, sed telluri relictum — *sic melius situm*, *c. t. celat*, condit, ubi sapienter Deus deposuit; praeclare! ob mala, quae infert in vitam humanam. Ovid. M. I. 140. *Effodiuntur opes, irritamenta malorum.* Sen. ep. 94. *Nihil natura, quod avaritiam nostram irritaret, posuit in aperto: pedibus aurum & argentum subiecit* cet. Sil. I. 281. *scelerum caussas operit Deus* cet. cf. Lambin. Gravissime auri pestem persequitur inf. car. 24. Numus argenteus primum cusus Romae a. DLXXXV. aureus a. DCXLVII. — 51. Ornatur *avaritia* a summo illius scelere, sacrilegio; quia nil illi sacrum. Prisca vero aetate in templis maximi thesauri erant. Iunge: *aurum cogere*, undique congerere, *dextrâ omne sacrum*, vel sanctissima quaevis, *ad usus humanos* i. profanos (est enim ἀντίθεσις) *rapiente*. v. V. L. In *dextra* argutatur Dousa comment. c. 7. in *cogere* Dacer. & Sanad.

Quicumque mundo terminus obſtitit,
Hunc tangât armis, viſere geſtiens,
Qua parte debacchentur ignes,
Qua nebulae pluviique rores.

Sed

53. *Quacumque* coni. Bentl. quia unus tantum ſit terminus mundi. Sed ipſe ſentit ſe nugari. *mundi* Lamb. é quibusd. ſuis, Mald. Cruqu. Lipſ. 3. Steph. Cruqu. Fab. Dacer. Heinſ. Baxt. Sivr. Sed *mundo* omnes Cruqu. praeter unum, omnes Bentl. praeter nonnullos recentt. tres Torr. noſtri omnes praeter unum, Venet. 1478. 1492. Aſc. Locher. Baſill. Torrent. Bentl. Ion. Cun. Geſn. San. Multo etiam exquiſitior lectio. Illam *mundi* recte pro recentiori, a Lamb. primum in editt. inducta, habet Bentl. *exſtitit* liber Baſil. a Ge. Fabr. inſpectus. 54. *tanget* omnes Pulm. plures Torrent. & Bentl. duo Berſm. Mentel. Fran. Lipſſ. Helmſt. Alt. 2. Deſſ. 2. Locher. Aſc. Venett. Brod. *tangit* liber Fabr. Sed apparet legendum, quod in aliis codd. eſt, *tangas*.

53—56. Quis haec legerit, niſi admiratione defixus? ait T. Fab. — „Totum terrarum orbem imperio Roma complectatur.„ Cf. Virg. Aen. IV. 231. *Quicumque t. obſtitit*, obiectus ſ. oppoſitus eſt *mundo*, docte pro, quemcumque terminum terra *habet*. Sed Geſn. *quic. terminus* ſc. terrae, *obſtitit*, ſubiectus eſt *mundo*, caelo; dure, opinor! Peius autem cum Cruquio *obſtitit* expl. quidam, non paruerit, reſtiterit Romanis. — 54. *tangat*, eo perveniat, eo usque proferat *arma*, victorias. — *viſere geſtiens*, cupiens, *qua p. debacchentur ignes*, furat aeſtus ſolis, idque continuo; hoc enim ineſt in *de*. Zonam torridam declarant haec, uti ſqq. zonas frigidas; & ſic ſplendide exprimitur nunc imperii R. a Borea ad Auſtrum extenſio. Cf. ſup. v. 46 ſqq. Facile eſt ſentire, quam eximie pro, adgredi, debellare, aut ſimili, dixerit *tangere*, *viſere*, de populo, quocumque venerit, victore; item quam exquiſita converſio ſit in *viſere geſtiens* cet. velut animi cauſſa eo Romani ituri ſint. — 56. *pluvii rores* ornate pro pluvia; nam *ros* poëtis pro aqua, ut III. 4. 61. Lucret. I. 770. *roremque liquorum*; exemplo Graecorum, quibus δρόσος pro ὕδωρ, ut ap. Eurip.

δρόσος

Sed bellicosis fata Quiritibus
Hac lege dico, ne nimium pii,
Rebusque fidentes, avitae
Tecta velint reparare Troiae.
Troiae renascens alite lugubri
Fortuna tristi clade iterabitur,

Ducente

δρόσος κρηναῖα, ἐναλία. Cf. autem cum hh. vv. I. 22. 17 sqq. & ibi not. Possit levior quam pro frigidae zonae idea videri nebularum & pluviarum mentio; sed cum sequitur poëta notiones suae aetatis & terrae hominum, tum augetur res verbo *debacchari*, ut recte Sanad.

57—60. *fata* haec *dico*, edico, h. iubeo ac decerno. *Fatum* proprie edictum Numinis. — *pii* in patriam & origines. — *nimium* tam ad *pii*, quam ad *fidentes* trahendum. — *rebus*, opibus freti. — *tecta Troiae*, Troiam. — *avitae*, ab avis habitatae. — *velint*, ne iis in mentem veniat. At stabat, neglecta Iunone, etiamnunc, cum hoc scribebat Horatius, Ilium. Verum cogitandum, non illud a Romanis, sed ab Alexandro M. primum instauratum esse, Strab. XIII. p. 593. tum & exiguum ac vile oppidum, neque illud, quod caput est rei, in antiquae Troiae loco situm fuisse, Strab. XIII. p. 595. & sic non fuisse *Troiam avitam*. — Denique Cruquius *tecta Troiae reparare* per allegoriam explicat, Troianos mores amplecti, Troiae vitia, impietatem, perfidiam imitari; & in hanc sententiam cetera omnia pertrahit. Paullo lenius Cl. Haberland. restitutionem Troiae pro impietate in Deos universa, exempli caussa memorari, illiusque excidio (v. 61-68.) obscure praedici mala, Romam adflictura, nisi impietatem fugisset, arbitratur. Non opus puto, talibus se impedire. V. Argum. & not. ad v. 37 cet.

61. En! augetur πάθος! *Fortuna Troiae*, pro, Troia; sed opum & magnitudinis notione admixta. Observetur vis in anadiplosi: *Troiae*. — *renascens alite lugubri*, tristi, infausto augurio, omine (v. I. 15. 5.) resurgens. — *iterabitur*, repetetur, audacius pro, iterum vastabitur. —

63. 64.

Ducente victrices catervas
Coniuge me Iovis & sorore.
Ter si resurgat murus aëneus,
Auctore Phoebo: ter pereat meis
Excisus Argivis; ter uxor
Capta virum puerosque ploret.

Non

66. *Ductore* Pulm. 5. Mald. Cruqu. lib. ant. Ach. Stat. teste Mureto; unde in editt. quasdam venit. Probat & Broukhus. ad Prop. I. 7. 1. Burm. ad Virg. Aen. V. 633. Non inelegans lectio; dicitur enim *ducere muros*, ἐλαύνειν, ut IV. 6. 23. Virg. Aen. I. 423. Sed & bene habet *auctore*, lectio omnium ceterorum codd. nec forte, ut Bentl. vidit, negligendum, quod paullo ante adfuit *ducente*. — *structore* coni. Bentl. 67. *Exscissus* Lamb. legendum contendit, & sic Heins. Vid. Ill. Heyn. ad Virg. Aen. II. 637.

63. 64. Quae maiestas in his vv. quamque horrenda imago! — *Coniuge me I. & s.* ex Homer. κασιγνήτη τ' ἄλοχός τε, ut Il. π. 432. σ. 356. Cf. Virg. Aen. I. 47.

65. Agnoscant tirones summum in eo poëtam, quod vis orationis, quamvis ingens statim ab initio, ita tamen servatur usque ad finem, ut magis magisque crescat etiam, & in exitu tandem fortissima sit. Magnam vim & ἐνάργειαν habet illud *Ter*, ad conatum irritum exprimendum; qua eleganti forma (etiam per *bis* & *quater*) saepius poëtae utuntur; ut Virg. Aen. II. 242. VI. 32. it. 700. Sed male argutantur Intpp. in illo *ter*, de Troia bis vel ter capta ex historiis disquirentes. Quae quis tandem huc advocet? Nec melius Dacer. qui ascensum videt in *renascens* & *ter resurgat*. — *Si vel ter resurgat* (cf. Ovid. F. I. 523.) *murus aëneus*, ferreus, pro, fortissimus, sollemni poëtis notione; v. Ill. Heyn. ad Virg. Aen. VI. 630. Agnosce copiam in *tecta reparare*, *renascens fortuna*, & *resurgat murus aëneus*; at quanto istis fortius hoc! in quo ipso vide ut crescant ideae: *murus*, isque *aëneus*, idque vel ipso *Phoebo auctore*, conditore; ut ap. Virg. Ge. III. 36. *Troiae Cynthius auctor.* Cf.

sup.

Non haec iocosae conveniunt lyrae:
Quo Musa tendis? Desine pervicax
Referre sermones Deorum, &
Magna modis tenuare parvis.

CAR-

69. Mira varietas libb. in h. v. *hoc-conveniet* omnes Cruqu. & Pulm. plures Torr. omnes Bentl. praeter quatuor, quid. Lamb. Fran. Altt. Helmst. Lipss. tres, unus Bersm. Sax. Venet. 1478. Basill. Fabric. Cruqu. Torr. Rutg. Bentl. *hoc-conveniat* quid. Torrent. Bentl. 13. 19. 20. *hoc-convenient* Lips. 4. *haec-conveniet* Mentel. Dess. 2. *hoc-convenit* Bentl. 8. & quid. al. *haec-convenient* plures Lamb. Sic & ed. Lamb. & Heins. *haec-conveniunt* quid. Lamb. Locher. Venet. 1492. Asc. Steph. Fab. Dacer. Baxt. Cun. Sanad. Iones. Sivr. Apparet, de prima & ultima lectione eligendum esse; ceterae enim fere ex errore librarii sunt. Prima sane a multitudine codd. est superior. Sed ultima aperte aptior ad sententiam; eamque, quod grave illi auctoritatis pondus addit, ante oculos fuisse manifestum est Scholiastis. Nam Acro: „hoc est, Non *talia conveniunt* nostrae propositioni„; & Porphyr. „Non se recte facere, quod lyrico carmine, cui „*iocosa conveniant*, severiora loquatur.„ Itaque hanc praetuli. Facile ex ea & prima illa, & omnes ceterae, oriri potuerunt. 71. *&* abest a Lips. 3. 4. Dess. 2. uno Bersm.

sup. ad v. 21. Et quamquam a Laomedonte destitutus, tamen semper Apollo a partibus Troianorum stat ap. Homer. — 66. tamen *ter* (semper iterum) *pereat excisus*, plenius pro, excidatur, diruatur, a *meis* (praeclare!) *Argivis*, Graecis. — *ter uxor* cet. praeclarum exemplum picturae lyricae. Declaratur urbs capta & vastata, ab eo, quod viri caeduntur, mulieres in servitutem ducuntur. Cf. Homer. Il. ι. 589. 90. Sed haec duo vide quam docte in *unicum* eumque fortissimum colorem collata sint, aucto πάθει ex *uxoris* idea. Cf. sup. ad 2. 6 sqq. Facile senties etiam lyricam virtutem in numero singulari. — *virum puerosque*, maritum & filios, np. occisos. — *ploret*, ἐναργῶς.

69. Exquisita & decora conversione revocat Musam a tam grandi argumento, ut solet

CARMEN IV.

ARGVMENTVM.

Nobile ac caeleste carmen, a caelestibus ipsis Musis acceptum! sed cuius ita & consilium obscurum & descriptio difficilis sit, ut vix hac parte ullum aliud Horatii carmen impeditius exstet. Versatur poëta in summo enthusiasmo: sed huius vix potest origo & ratio statim indagari; vix cerni nexus inter varias illius conversiones. Splendido exordio de caelo devocatur Calliope, nec, quem id in finem fiat, satis apparet. Quare hanc oden inter eas, in quibus nexus nullus sit, refert Ill. Hom. el. crit. c. 1. T. I. p. 34. — Dacerius gratias agere ait poëtam Musis, quarum ope (np. quia poëta esset) veniam ab Augusto impetrarit; sed eam in rationem vix conspirare satis sentias carminis partes. Sanadonus totum refert ad pietatem adversus Deos; beatos praedicari, qui colant Deos, in eorumque tutela sint, ceteros infelices. Mireris sane, in tam generali argumento hic adquievisse eum, qui alias tam studiose soleat politicas odarum expositiones aucupari. Propius ad verum accedunt, qui in carmine inesse dicunt elogium Musarum; *ut Cruqu. Fabric. & nuper Cl. I. F. Schmid. Sed non satis accurate videntur illius elogii consilium rationemque universam definire VV. DD. — Mihi, ubi acrius intento animo perlecti carminis sensu incalui, esse videri solet* ELOGIVM MVSARVM, CVM RESPECTV AD AVGVSTVM CAESAREM, EIVSQVE IMPERIVM. *Erat Ille iam, victis adversariis, ac rebus ingentibus gestis, Romae dominus; multa pericula effugerat; multas seditiones compresserat; saepe copiis & viribus inferior magnas opes debellaverat, ut apud Philippos & Actium; saepe sola nominis sui fama potentes populos ad pacem & obsequium compulerat, ut Parthos, Indos (v. ad I. 12 extr.); Romanos suos ita sibi devinxerat, ut, quoties regnum deponere vellet, illud retinere ab iis iuberetur: denique omnino iam* invicta ei potentia, tutumque & stabile prorsus imperium esse videbatur. *Eius rei admiratione & sensu plenus, forte cum amico collatis super ea sermonibus, poëta videbat, assecutum illam fortunam esse Caesarem insigni illa, qua in vivendi regnandique omnibus partibus uteretur, &* sapientia, *mitique prudentia, & vero* clementia, *lenitate, humanitate; quam quidem in hostes etiam acerrimos exerceret, ut in Gallum, Lepidum, Messalam, Iulum Antonium, C. Sosium,*

solet non nisi lusibus canendis se aptum dicere. Vid. Argum. I. 6. II. 12. & cf. similem exitum II. 1. — Sed *haec* talia tamque magna *non conveniunt* (v. II. 12. 4.) *lyrae meae iocosae*, levibus tantum argumentis aptae. — 70. *pervicax*, nimium arrogans & audax; *procax*, II. 1. 37. — 71. *Referre* de conatu accipe. — 72. magnas res *modis parvis*, carmine humili, *tenuare*, imminuere, obscurare. Cf. I. 6. 12. *culpa deterere ingeni.*

sium, M. Scaurum (v. Sueton. Aug. 51. Vellei. II. 86, 87.): ut amabile ac dulce eius imperium, neminique quidquam ab illo timendum videretur. — Iam humanitatis litterarum (quae omnino ea aetate maximo in honore, etiam apud principes, essent) amantissimus idem Augustus non solum, sed etiam scientissimus erat. Summa intentione cum ipse eas a prima aetate cupide exercuit, & usque ad extremum tempus philosophiae, litteris graecis, eloquentiae, artique poëticae (tanta huius olim dignitas!) otium impendit (v. Sueton. Aug. 84-89.): tum acerrimo studio tueri eas & ornare, alere & augere illarum florem non destitit; ut & eamdem putaret suam & Musarum caussam, Suet. Tiber. 21 (n. 6.). — Itaque cum reputaret poëta, proprium esse litterarum humanitatis, ut animum sapientia roborent, prudentia & (ut verbo utar) καρδιογνωσίᾳ imbuant, leniant mentem ac mitigent, sensus & mores comiter emolliant, denique, ut is, quem suis deliciis teneant, innocens sit, nemini metuatur, neminem laedat, & sic vicissim ipse tutus sit, nil metuere a quoquam debeat (v. I. 22.): tandem his praeclaris & exquisitis sensibus conceptis & inter se nexis, ad summum enthusiasmum accensus poëta, HYMNVM IN MVSAS canit, quarum praesidio tam ingens invictaque Augusti magnitudo, imperium tam sapiens, tam amabile, & sic tam TVTVM debeatur. *Praeclare incipit a sollemni & gravi* invocatione Calliopes *divino numine adflatus poëta. Iam apparet, ex natura rei fieri non potuisse, quin ex eorum, quae memoravimus, vivido sensu fortiter acueretur in ipso Horatio Musarum amor & admiratio, acueretur gaudium, quod ipse in earum tutela esset, & memoria periculorum, e quibus earum gratia esset servatus, denique confirmaretur propositum, iis ubique & semper se addicendi, & sic nil usquam metuendi. Itaque cum proclive esset incipere:* O! quam felix & tutus est, qui vester est, Musae! *id generale suo ipsius exemplo exprimit,* commemorans pericula, quae Musarum beneficio & miraculo effugisset, seque ipsum ea cogitatione excitans atque inflammans, *v. 9-36. Tum naturali idearum continuatione transit ad primarium argumentum, Augustum, v. 37. ad quem transitum si satis animum advertissent VV. DD. non ita haesissent profecto in summa carminis.* Vester est Augustus *(v. 37-40.)*; vos illi dedistis mitem illam sapientiam, qua sic magnus & tutus est, contra quam nulla vis quidquam valuit umquam aut valebit. *Id egregia conversione extulit per* sententiam communem *(v. 41. 42.), subiecto splendidissimo loco* de gigantibus *(v. 42-64.)*, quos, quantumvis viribus terribiles, Iuppiter ope Palladis *(qua consilium illius &* aeterna sapientia *significatur; v. ad I. 12. 19.)* & Apollinis, *omnis elegantiae praesidis,* FACILE prostraverit. *Quem l. cum nolim equidem cum Dacerio sic simpliciter & stricte per allegoriam explicare, ut Iuppiter mihi sit Augustus, Titanes Brutus & Cassius (v. ad II. 12. 5. & cf. I. 6. 13.): tum aperte inest magnificentissima* comparatio *imperii Augusti cum regno ac potentia Iovis; quatenus istud, ope lenis consilii* facile *prostratis, quicumque adversus Eum surrexissent, tutum iam & inconcussum staret. Augustum enim saepius cum Iove composuit Horatius.* — Namque *(sic continuantur sensus a v. 65.)* nil valent vires vel

vel immanissimae sine consilio: contra ad excelsam potentiam crescit vis sapiens & tranquilla; cum gravissime puniatur impia ac violenta temeritas: *quod exemplis illustrat talium, qui adversus Deorum numen aliquid tentassent. Sic defungitur splendidissimo* in Augusti honorem *carmine; quod & magnam vim habere oporteret primum* ad commendandum populo R. tam egregii principis imperium; *deinde* ad levandum quorumdam metum, ut illud satis tutum esset; *tum* ad absterrendos, quicumque molituri aliquid essent adversus Augusti NVMEN & imperium: *denique* ad ipsum etiam Augustum, ut in Musarum amore, &, quam adhuc tenuisset, regnandi ratione persisteret, molliter incitandum. *Vt primarium aliquem locum hoc carmen teneat inter illa, quae* civilia *appellemus licet. Cf. Tom. I. prol. de am. H. p. CX. Sed universum etiam ex consummatissimis Horatii est. Regnat in eo divina enthusiasmi vis; summus est imaginum splendor, summa ἐνάργεια, summa nunc maiestas, nunc suavitas. Oratio poëtica cum ab ornatu & copia, versuumque structura admirabilis, tum aptissima sensuum* vicissitudini *illius conversio; in qua ipsa vicissitudine praecipua odes virtus est, lectorem miris illecebris captum usque ad finem tenens. Nam ab initio fervidissimus enthusiasmus erumpit: tum v. 9. placidus & lenis poëta incedit: mox v. 19. rapidiori volatu extollitur, & ad horridiores ideas versuum 30 sqq. defertur: quas deinde excipit v. 37. suavissima recreatio: sed eam tranquillitatem subsequitur v. 42. ingens quasi ac horrendus tempestatis tumultus, remittens se leniter a v. 60. sed resurgens v. 69. ad splendidissimum & gravissimum exitum. — Doctissima de consilio ac descriptione carminis huius disputatio est in Sulzeri V. Cl. Theoria Artium, v.* Ode: *quamquam ab illa sensus noster in summa re aliquantum recessit. Meliora etiam quam solet alias, vidit hoc loco Baxterus, male subridente Gesnero. — Ceterum ob v. 27. factum esse carmen videtur post a. DCCXXXIII. Cf. vit. Hor. ad eum a. Praeterea nil certi constitui potest; nam non oportet (quod vult Sanad. & idea carmini annum DCCXLIV assignat) omnibus bellis finitis Ianum clausum fuisse, ut Augustus cohortes abderet oppidis. Vid. not. ad v. 38. — Denique plurimis locis, ut in principio, in parte de gigantibus, cet. graecum Horatio poëtam ante oculos fuisse apparet.*

AD

AD CALLIOPEN.

METRVM XVI.

Descende caelo, dic age tibia
Regina longum Calliope melos,
Seu voce nunc mavis acuta,
Seu fidibus citharaque Phoebi.

Audi,

MVSIS DEDITVM POETAM OSTENDIT Venet. 1492. Locher.
M. D. SE POETA OSTENDIT Asc.

1. *&* *dic* vulgo. Sed aberat *&* a vetusto cod. Cuning. Itaque is eiecit, secutis San. Ion. Sivr. Recte! In hac sensus vehementia nimium languet illud *&*. 4. *citharave* vulgata lectio; unde ad nauseam nugati Intpp. de differentia inter fides (f. lyram) & citharam. Vera haud dubie lectio *citharaque*, ut erat in Bentl. cod. 1. a m. pr. probante (licet non edente) ipso Bentl. Sed sic Cun. San. Sivr. Vid. not.

1. Comparant cum hoc initio Alcmanis versus (ap. Henr. Steph. carm. Lyr. p. 626.): Μῶσ' ἄγε Καλλιόπα, θύγατερ Διός, Ἄρχ' ἐρατῶν ἐπέων ἐπὶ δ' ἵμερον Ὕμνῳ καὶ χαρίεντα τίθει χορόν. Graecos versus haud dubie expressit Horatius, sed utrum *hos?* non ego contendam. Nil in iis simile nostris, nisi quod Calliope invocatur. Est & l. Stesich. ib. p. 442. Δεῦρ' ἄγε Καλλιόπεια λίγεια. — Habent, antiqua theologia ac poesi, in *caelo* suam Musae sedem (cf. Macrob. in So. Sc. II. 3.); ὀλυμπιάδες vocantur, ὀλύμπια δώματ' ἔχουσαι. V. & Hom. Il. α. 604. *Musae, quae pedibus magnum pulsatis Olympum*, notus Ennii versus. Post Acronem & Porphyr. quidam (ut Mancin. Landin. Fabric.) continuari quasi oden superiorem aiunt; iuberi Musam *descendere caelo* h. de Diis loqui desinere. Male! — *Regina*, magnifice! Graecorum more, quibus quaevis Dea illustrior βασίλεια. Sed & *Calliope* princeps Musarum, Hesiod. Θ. 79. προφερεστάτη ἁπασέων. Ovid. Fast. V. 80. & ab Hesiodo l. l. dicitur *reges comitari*. Sentis, summo dilectu hanc inprimis *huc* advocari, & splendide quidem

Auditis? – an me ludit amabilis
Insania? – Audire & videor pios
Errare per lucos, amoenae
Quos & aquae subeunt & aurae.
Me

5. *Audistis* Lipf. 1. a m. pr. 6. *audiri* emend. Barth. Adverf. XXXIX. 9. quia audiri se velit, Musae succinentem. *piorum* coni. vir doct. ap. Bentl. cuius molesta doctrina, ut solet, multitudinem locorum affert, ut ostendat, „pios„ dici posse incolas Elysii. Et sic exhibet edit. Sandb. 1749. Tamquam vel tum, si intelligendi essent campi Elysii, non exquisitius „luci pii„ dicerentur.

rem de *caelo*, non de Parnasso cet. — *dic melos*, cane carmen, *longum*, aeternum, *quod & hunc in annum vivat & plures*, I. 32 pr. Nobilis idea! Inepte Dacer. eo refert, quod e longissimis odis sit. — Seu *tibia* (v. I. 3. 16.), *seu voce, seu cithara*, quocumque modo placeat; praeclare! nam in omnibus principatum tenet; & cf. ad I. 12. 1. Pessime Acroni *tibia* vocativus est. — *acuta*, canora, ornans epith. — *fidibus citharaque* (v. V. L.) synonyma sunt, quorum alterum declarativum, ut inf. v. 43. Vid. ad II. 7. 9. Argutantur Intpp. — *Phoebi*, I. 32. 13.

5 sqq. Enthusiasmo poëta corripitur, sentiens iam praesentem Deam, praecinentemque sibi audiens. *Auditis*? ad sodales; putat ἔνθεος poëta, omnes audire, quae ipse audiat. Similis l. Callim. H. Apoll. 4. Οὐχ ὁράας; cet. — *insania amabilis*, dulcis error s. furor mentis accensae. Praeclare de enthusiasmo. Cf. Epist. II. 1. 140. Inepte Acroni, it. Landin. Asc. *auditis* referunt ad Calliopen & Musas: „an me auditis vocantem?„ — *videor* mihi *audire* canentem, & *errare per lucos pios*, sanctos, nemora Musis sacra ad Heliconem! eo enim abreptus sibi videbatur. Vid. ad I. 12. 5. & cf. III. 25. 2. Stat. Silv. V. 3. 210. vocat *vocales lucos*; it. V. 5. 6. *inaccessum lucum*; Sil. XIV. 30. *sacras silvas*. Male de lucis Elysii accipiunt cum Acrone. Inepte etiam Bonfin. sic: *videor audire pios* (numina, i. Musas) *errare*, errantes, *per lucos*. — 8. *subeunt*, per quos eunt, h. quos irrigant *amoenae aquae*, sacri

Me fabulosae Volture in Appulo,
Altricis extra limen Apuliae,

Ludo

9. *sabulosae* coni. N. Heins. ap. Bentl. Male! v. Bentl. cf. I. 22. 7. *fabuloso*, ut ad Vulturem pertineat, coni. Torrent. & docte defendit I. F. Schmid. V. C. quia vix exstet mons, de quo non miracula narrentur: & credendum sit, Horatium, ambiguitatis vitandae gratia, positurum fuisse „fabulosi„ si ad palumbes referri voluisset. Hoc ultimum ego non urgeam. Certe bene habet *fabulosae*. — *litore in Appulo* quidam malebant Lambini aetate. 10. *Nutricis* Acr. Porphyr. Comment. Cr. tres Lamb. Pulm. 1. 2. 3. 5. duo Blandd. & Mart. Cruqu. Torrentii omnes praeter unum, unus Bersm. multi Bentl. Sax. Gott. Brod. Lips. 1. 3. 4. Helmst. Altt. Zar. Flor. 1482. Venett. 1478. 1486. 1492. Locher. Ascens. Baxt. Magis etiam probant, licet non ediderint, Lamb. Cruqu. Torr. Sed *Altricis* Bentl. 1. 2. 6. & multi alii, antiquiss. Bland. & (praeter tres) reliqui omnes Cruquii, unus Torrentii, Lambini omnes praeter tres, Pulm. 4. omnes Fabric. Mentel. Fran. Lips. 2. Dess. 2. Mediol. 1477. 1486. 1502. Venet. 1495. 1590. Basill. Lamb. Cruqu. Torr. Steph. Fab. Rutg. Fabr. Heins. Dacer. Bentl. Cun. San. Ion. Sivr. Est etiam doctior & nobilior lectio. Prior illa haud dubie ex interpretamento est, inductaque ab iis, qui de femina acciperent; licet vel sic „altricis„ bene habeat. v. Bentl. Probabilius est, „nutricis„ esse factum ex „altricis„ quam contra. — *Apulliae* Lamb. Torr. Brut. male timentes metro. In „Apulia„ secunda semper a poëtis producitur, cum in „Apulus„ corripiatur. Hoc tamen certissimum, corruptelam esse in *Apuliae*. Non, quo minus conveniant „Vulture in Appulo„ &: „extra limen Apuliae„ (nam v. Obss.): sed quia fieri non potuisse sentio, ut poëta tam elegans statim post „Appulus„ poneret iterum „Apuliae„. Bentl. qui mulierculam intelligit altricem, nec tamen putat „Apuliam„ esse posse nomen proprium, coni. *limina sedulae*. Audax sane emendatio! & v. Obss. — *limina villulae* coniect. ap. Iones. Credere possis, forte poëtam scripsisse: *Altr. e. limina patriae*; ut *altrix patria* (sicut Virg. Aen. III. 273. *terra altrix Vlixi*) sit vel Apulia, vel, quod magis placere possit, ager

sacri fontes, perflant *aurae amoenae*, Zephyri. Suavis imago! Cf. Vzii nostri II. 2. 7 sqq. Opp. T. I. p. 88.

9. Incipit ipse cantus numine plenus, Narrat miraculum, quo in pueritia e magno periculo incolumis esset

Ludo fatigatumque somno
Fronde nova puerum palumbes
Texere:

ager Venusinus (ubi natus & altus esset), extra cuius *limen* h. territorium (quale cuivis coloniae esset) exerrasset puer. Facile *a* ex *limina* voci sq. adhaerere & ex *apatriae*, *Apuliae* fieri potuit. Facile & potuit quis ad *patriae* adscribere scholion „Apuliae„ & hoc post in textum inferre librarius, cui etiam in oculis & animo esset praecedens *Appulo*. 12. *palambae* Cun. ex Venet. 1478. in qua est *palumbe*.

esset servatus, quod indicio ac prodigio fuisset; ipsum Diis carum esse, scilicet poëtam futurum; itaque se Musarum tutela salvum fuisse. V. Argum. Cf. I. 22. 9 sqq. — Ordo est: *Me puerum, in Vulture Appulo — ludo & s. aliquando fatigatum, fabulosae p. texere* cet. — 9. 10. Vexatissimi versus! *fabulosae* Scholiastae & primi Intpp. iungunt cum *altricis*, & accipiunt de nutrice Horatii, quia blandae nutrices fabulas narrare alumnis solent; quod sane risum movet. Alii ut Cruqu. & Brut. *fabulosae Apuliae*, ob vicinas insulas Diomedis, fabulis celebratas. Sed recte Lamb. *fabulosae palumbes*, de quibus multa mira narrantur; cf. I. 12. 7. Hoc non tam eo pertinet, quod currum Veneris traherent columbae, sed quod haud dubie de augurio a columbis dato multae exstarent fabulae, illique augurio, ut laeto & sancto, plurimum antiquitas tribueret. Nota res de oraculo Dodonaeo, per columbam ostenso (v. Serv. ad Virg. Aen. III. 466.); item de ostento Aeneae oblato, Virg. Aen. VI. 190. ubi v. Serv. & Ill. Heyn. Itaque praeclarum h. l. epitheton, ut in prodigio. — *Vultur*, Apuliae mons, s. potius montium & collium series, cui vicina Venusia. V. Lucan. IX. 185. *arva Vulturis*. — 10. Qui *altricem* nutricem Horatii intelligunt, *Apuliam* vel pro nomine illius nutricis habent, ut Land. Torr. vel accipiunt pro *Appula*, ut Scholl. it. Baxt. sicut dicatur *terra Graecia*. Sed illud omne de nutrice Horatii ineptum & humile. Sane etiam extra domum nutricis fuit, cum esset in Vulture. Nam quod Torrent. monet: „ne quis putet, nutricem finxisse„ id vix ferendum. Et cur memoretur *nutricis* domus, nec potius

Texere: mirum quod foret omnibus,
Quicumque celsae nidum Acherontiae,
Saltus-

13. *mirum quod -- Forenti* parenthesi inclusit San. v. Obss.
14. *Acherunciae*, *Acheruntiae*, aberratt.

potius patris? Sed omittimus haec. *Altrix Apulia* haud dubie docte designat *patriam*, ut *altrix Ida*, Ovid. M. IV. 293. *altrix Saetabis*, Sil. III. 372. Sed quomodo *Vultur Appulus* est idem *extra limen Apuliae?* Respondent, fuisse quidem Vulturem montem Apuliae, ad quam potior eius pars pertineret, sed parte sui aliqua procurrisse in Lucaniam, cuius in confinio situs esset; & in hac parte dormivisse puerum. Bene omnino! sed valde hoc exagitat Bentl. nil referre aiens, utra montis parte dormierit Horatius; nec credere se posse, cum fines Lucaniae & Apuliae in ipso Venusiae oppido incerti fuerint (Serm. II. 1. 34.), eos in saltu & monte accuratius constitutos fuisse. Respondet Gesn. designare h. l. poëtam, ut soleat, voluisse patriam suam, & corrigere dubitationem illam, quam aliquot annis ante posuisset Serm. II. 1. forte & decidere disceptationem aliquam de finibus Apuliae. Addunt alii, forte post scriptam illam satiram accuratius descriptos fuisse limites, & hoc voluisse poëtam posteritati tradere. Sed quis tandem, sensu lyrico praeditus, credere possit, in *carmine lyrico*, & in *hoc* carmine, talia omnia velle potuisse Horatium? Neque, cur in loco Serm. II. 1. sic haereant VV. DD. ego video. Si anceps esset, utro Venusiae oppidum pertineret, an ideo nulli fuerunt Apuliae & Lucaniae certi fines? Imo diserte Horat. *finem sub utrumque*. Itaque sic nobis rem informemus, declarare velle poëtam, se lusum exisse in *Vulturem Appulum*, ac ibi denique *extra limen*, fines, *Apuliae*, in eos montis clivos, qui in Lucaniam porrigerentur, *evagatum*, ad dormiendum ibi recubuisse. Cf. I. 22. 11. *ultra terminum vagor*. Igitur praeclare valet v. 10. ad augendam rem, audaciam infantis, periculum, miraculum; & sic nulla est, quae displiceat Klotzio, subtilitas geographica. Tum adsit talis subtilitas, si cum Massono (vit. Hor. p. 15.) explices *Vulture in Appulo extra Apuliam*

Saltùsque Bantinos, & arvum
Pingue tenent humilis Forenti;

Vt

15. *Batinos* quid. mſſ. ut Helmſt. Lipſ. 1 a m. pr. & ipſi Scholl. oppidum Batinam vocantes, ac derivantes a Bato (al. Batino) flumine, ut aiunt, Lucaniae. Sed Batum fl. eſt in Bruttiis, Batinum in Picenis; Plin. III. 5 & 13. Interim *Batinos* ſcribunt & Venett. Aſc. Locher. Baſill. Fabr. Rutg. cet. *Bathinos*, *Balthinos*, *Palthinos*, alii errores. Recte optimi *Bantinos*; v. Plin. III. 11. 16. *Ferenti* vulgo. Sed *Forenti* quid. mſſ. & edd. vett. ap. Cun. Mentel. Lipſ. 1, 2. 4. Deſſſ. & ſic Cun. San. Recte; nam Plin. III. 11. *Forentanos* dicit. — *Florenti* Fran.

liam ſito, & *Apuliam* accipias pro altera eius parte, Daunia (in qua Venuſia), extra quam, np. in altera parte, Peucetia, Vultur fuerit. Sed v. & V. L. — 11. Dicitur *ſomno fatigatus* is, qui eo obrepente vincitur, opprimitur, ei tandem ſuccumbit. Sic Tibull. I. 3. 88. *puella ſomno feſſa.* Eleganter ergo iungere potuit *ludo & ſ. f.* ex Homer. Il. κ. 98. καμάτῳ ἀδδηκότες ἠδὲ καὶ ὕπνῳ. Vt neſciam, cur Ill. Hom. c. 18. (T. II. p. 24.) locum obſcuritatis accuſet. — 12. *fronde nova*, viridi, ramis recentibus, non forte aridis; np. ut mox ſequitur, laureis & myrteis. Inventus puer placide dormiens, ramis, quocumque caſu congeſtis, tectus, & prope viſae palumbes; vides, quomodo effingi fabula potuerit.

13 — 16. *Quod*, in quo, *mirum eſſet omnibus*, admirarentur, obſtupeſcerent omnes in vicinia habitantes, *Vt tuto* cet. v. 17. Sed en! pulcherrimam picturam regionis! Memorantur ac veluti in tabula eleganter adumbrantur tria oppida, quae miraculum adſpexiſſent; quo & fides fit rei, & praeclare exornatur narratio. Non procul Venuſia & Vulture erant illa oppida, cum in confinio Apuliae & Lucaniae eſſent, nunc huc, nunc illuc, ut fit, relata. Iam mirare ἐνάργειαν & copioſum ornatum in iis deſignandis. — 14. *Acherontia* (hodie *Acerenza*) parva civitas Apuliae (ut Acr. Lucaniae; ut Porphyr.), in excelſo monte ſita; unde graphice *nidus Acherontiae:* ut Cic. Orat. I. 44. Ithacam vocat *nidulum in aſperrimis ſaxulis affixum.* Male huc vocant Acherontinos in Bruttiis. — 15. *Bantia*, oppidum Apuliae,

Vt tuto ab atris corpore viperis
Dormirem & urſis; vt premerer ſacra
Lauroque conlataque myrto,
Non ſine Dîs animoſus infans.

Veſter,

19. *Laurque* Cun. *collectaque* quid. ex interpr. 20. Poſt *myrto* punctum ponit Acr. & iungit: ego qui eram *non ſine* — *infans*, nunc *veſter* cet. — *Non ſine Dîs animoſus. Infans veſter* cet. Landin.

liae, (ut Scholl. Plin. III. 11. Lucaniae), memoratum Livio XXVII. 25. ſaltibus & paſcuis amoenum, unde ornate *ſaltus B.* — 16. *Forentum* (v. V. L.), Apuliae oppidum (ut Acr. & Plin. Lucaniae, ut Porph.), in valle fertiliſſima ſitum; unde praeclare *humile* (oppoſ. *celſae A.*), & *pingue arvum:* hodie *Forenza.* Nobiliſſimos & ab idea & ab ornatu verſus imitatus S. Raml. car. lyr. XXIX. 71 ſqq. & omnem hanc de Horatio puero fabulam divinus Klopſtock. Od. p. 93. *Ihn deckt' als Jüngling* cet.

17. Iungunt fere haec cum v. 13. *texere, ut tuto* cet. ſed quid tum hoc: *texere, ut premerer?* Itaque rectius: *quod mirum eſſet omnibus* — *ut*, uti, quomodo, *dormirem* cet. — *tuto corpore*, tutus. — *atris*, perpetuo epitheto; v. I. 37. 27. — *urſis*, Ovid. Halieut. 57. *Foedus Lucanis provolvitur urſus ab antris.* Venit quibusdam in mentem, allegoriam eſſe in his omnibus, *palumbes* eſſe gratiam Auguſti, *viperas* malas artes, *urſos* vim bellicam. — *premerer* docte pro, tegerer, np. ramis *incumbentibus* — *collata*, congeſta, *lauro ſacra*, np. Apollini, & *myrto.* Suavis idea! & omen inerat futuri poëtae. Cf. Virg. Ecl. II. 54 ſq. — 20. Verſus pulcherrimus! *Nicht ohne Götter ein kühner Jüngling*, Klopſt. l. l. *Non ſine Dîis*, Deorum vi ac numine, e Gr. *οὐ θεῶν ἄτερ* ſ. *ἄνευ*, *οὐκ ἀθεεὶ*, *οὐκ ἄτερ Ζηνός.* Divinitus datam eſſe apparebat eam audaciam ac ſecuritatem puero, quem ſibi carum eſſe, (np. ut *poëtam* futurum, cf. I. 17. 13. I. 22.), Dii prodigio declararent. — *animoſus*, qui, idque ſolus, non expaviſſet terrores nemoris, ut & ibi dormiret. — *infans* h. l. pro, puer.

Vester, Camenae, vester in arduos
Tollor Sabinos: seu mihi frigidum
Praeneste, seu Tibur supinum,
Seu liquidae placuere Baiae.
Vestris amicum fontibus & choris,
Non me Philippis versa acies retro,
Devota non exstinxit arbor,
Nec Sicula Palinurus unda.

Vtcum-

24. *placidae* Porphyr. 27. *arbos* omnes prope editt. inprimis recentt. invasit. Putare solent editores, se sic ornare poëtam. Sed *arbor* omnes Lamb. Bentl. Pulm. & nostri; haud dubie & ceteri inveniebant in suis. Item sic plurimae editt. vett. ut Venett. Locher. Asc. prima Ald. aliaeque ap. Cun. it. Lamb. Heins. Bentl. Ion. Cun. San. Sivr. Cf. V. L. ad II. 9. 28. *Non S.* Helmst. Lips. 4.

21. *Vester*, in tutela vestra sum, ubicumque sum. Praeclara est haec subita apostrophe. Commemorat ad ornatum loca, quae frequentare extra urbem soleret. — *Vester* sum, cum *tollor*, apte (ob sq. *arduos*) pro proficiscor, abeo, in *Sabinos* h. fundum meum in Sabinis. Sabinorum regio altius sita ac montuosa erat; unde *arduos*. Ap. Strab. V. p. 228. est ὀρεινὴ ἡ Σαβινή. — *placuit mihi*, variat *proficisci*. — 23. *Praeneste* (hod. *Palestrina*), Latii oppidum, in monte amoeno positum; v. Strab. V. p. 365. hinc *frigidum;* Virgil. Aen. VII. 682. *altum.* Solebat eo secedere per aestum Horatius; v. Epist. I. 2. 2. — *Tibur supinum*, in ascensu s. acclivi latere montis constitutum, ut inf. 29. 7. *declive arvum.* — *Baiae*, oppidum in amoenissima regione Campaniae, celebratum aquis nobilioribus calidis, ob quas docte h. l. *liquidae*, aquosae. Male alii. Ver fere ibi agebant Romani.

25 — 28. Quia, ut poëta, vestra in tutela sum, maxima pericula effugi. — 25. Me, qui e *fontibus vestris* bibere, inter *choros* vestros versari gaudeo; poëtae descriptio. — *versa retro* (v. IV. 8. 16.) *acies*, clades. Cf. II. 7. 13. — 27. *devota*, exsecrabilis, dira. V. II. 13. —

28. Pa-

Vtcumque mecum vos eritis, libens
Insanientem navita Bosporum
Tentabo, & arentis arenas
Litoris Assyrii viator.

Visam

30. *Bosphorum* multi, sollemni errore. *Bosporon* Cun. 31. *urentes* (viatoris vestigia, fervidas, ardentes) quid. Lamb. Pulm. 1. 2. 3. 4. unus Bland. & Mald. Cruqu. duo Bersm. Bentl. 2. 6. libri Fabr. Gott. Lipſ. 1. 2. 4. Helmst. Alt. 2. Deſſ. 1. Bentl. quidam, ut 2. 6. Locher. Fabr. & praefert Barth. Adverſ. XXXIX. 9. Sed *arentes* & auctoritate superat, & est gravius. v. Obſſ. *ardentes* coni. With.

28. *Palinurus*, i. promontorium Palinurum, in Lucaniae ora, non procul Velia, periculosum illud, & dictum a Palinuro, Aeneae gubernatore; & hoc iterum h. l. pro periculo ſ. tempestate ad illud. Nam *exſtinguere* poëtice dici possunt scopuli eum, qui ad illos alliso navigio perit. Non constat aliunde de hac tempestate, qua ibi conflictatus Horatius. Aiunt fere, ex Acrone, cum e Macedonia in Italiam rediret. Sed cum id adfirmari non possit (v. vit. H. ad a. DCCXIII.), tum non apparet, cur ad Palinurum, nec potius Brundisium appulerit ex *eo* itinere Horatius. Sanad. refert ad tempestatem, qua Octaviani, in Siciliam a. DCCXVI ituri, classis, in qua fuisse ait Horatium, ad Lucaniae litus reiecta sit; v. Dio XLVIII. p. 386. Id quis praestet? Sed quomodo in *Sicula unda* perit, qui perit ad Palinurum? cum ibi mare Tyrrhenum, fretum autem & mare Siculum prope Siciliam versus orientem sit. Varie hoc expediunt Intpp. Ego credam, partem Tyrrheni maris inter magnam Graeciam & Siciliam interiectam, ſ. versus Siciliam spectantem, Siculum mare prisco tempore dictam fuisse; vel certe, *ut poëtam*, sibi id sumsisse Horatium. I. F. Schmid. V. C. Palinurum esse putat gubernatorem navis Horatii, quod vereor ut multis placiturum sit.

29. *Vtcumque*, quandocumque, dum; v. I. 17. 10. — *libens*, laetus & sine timore, vel periculosissimas mundi partes mari ac terra (30-32.), gentesque remotissimas ac barbarissimas (33-36.) adibo. Hoc ornavit enumerandis

Visam Britannos hospitibus feros,
Et laetum equino sanguine Concanum;
Visam

34. *Conchanum*, error. *Caucasum* coni. Nic. Montan. ap. Lamb. ob difficultates in Concanis motas. Sed v. not.

randis ideis specialibus. Pro saevissimo mari est *Bosporus*, v. ad II. 13. 14. Pro, ingredi s. adire, cum vi *tentare* ad declarandum periculum & audaciam. — Eleganter *navita* & mox *viator* opposita, & ad copiam pertinent. — 31. *arentes arenas*, deserta arenosa. *Arens* magno dilectu & speciem talis deserti, ubi nullus humor, nullum arbustum, oculis subiicit, & exprimit simul aestum solis ipsiusque arenae. Sed haerent Intpp. quid sit *litus Assyrium*. Declarare haud dubie voluit *Syriae Palmyrenas solitudines*, hinc usque ad Euphratis origines, illinc ad regionem Arabiae felicis pertinentes, transitu periculosissimas; de quib. v. Plin. V. 24 extr. & 25. Iam pro Syria *Assyriam* saepe dici, notum; v. ad II. 11. 16. Nec vero sunt in ora maritima Syriae quaerendae eae solitudines; sed sunt intus, & maxima sui parte post Syriam sitae. Verum cum liceret, ut Plinio, sic poëtae, eas omnino ad Syriam referre, tum pro Syria universa, quatenus ea mare attingeret, *litus Assyrium* dicere ausus est. Nam *litus* cum Acrone, Bentl. & aliis, interpretari extremitatem camporum, oram s. terminum Assyriae, confinia Arabiae & Assyriae, cet. vel referre cum eodem Bentl. & Klotzio, ad similitudinem campi arenosi cum litore vel mari vasto (ex Curt. VI. 18. Sen H. f. 319.), id vero ita durum & arbitrarium est, ut ferri non possit.

33 sqq. Europae eius aetatis ferissimos populos memorat. — *hospitibus*, in hospites, *feros*, saevos; immolare enim hospites dicebantur, ut Acr. — 34. *Concani*, Cantabriae in Hispania Tarraconensi populus, ut docet Ptolem. lib. II. Sed de iis nil tale, quod h. l. dicatur, usquam diserte referri aiunt. Contra Thraces, Gelonos, Scythas, Sarmatas, sanguinem equorum cruribus subtractum, & lacti permixtum potasse. Plin. XVIII. 10. Virg. Ge. III. 460. Martial.

Visam pharetratos Gelonos
    Et Scythicum inviolatus amnem.
Vos Caesarem altum, militia simul
Fessas cohortis abdidit oppidis,

Finire

37. *Caesarem altum militia*, iungit Acron, & post eum Asc. Mancin. i. inclytum, sublimem triumphis. 38. *fessus* coni. Lamb. & recep. Cun. Eximie etiam placet Bentleio, ob sqq. „finire quaerentem„ &: „recreatis„. Sed, ut recte Gesn. liberalior sensus est, Caesarem Deum *fessas cohortes* otio tradere, quam ipsum esse *fessum* s. fatigatum. *reddidit* Iann. & Farn. Lamb. cod. Achill. Stat. Pulm. 1. 5. unus Bland. & Mald. Cruqu. quatuor Torr. Bentl. 10. 13. 18. 19. 23 pro var. lect. (cod. 1 a m. pr. *redditas*). Zar. Flor. Venet. 1486 & 1495. Probant Brut. & Barth. Adv. XXXIX. 9. & edidit Bentl. quem sequitur Sanad. *addidit* Sivr. & sic mei Alt. 1. Dess. 2. At non solum auctoritate codd. & editt. praestat *abdidit*, sed quoque & aptius & doctius est. v. Obss. Quod enim in *abdidit* ignaviam & metum militum inesse putant Bentl. & Sanad. id profecto risum exprimit.

tial. Spect. III. 3. Itaque Concanos Acron Thraciae, Porphyrion Scythiae gentem ponunt; quos alii secuti. Sed cum solum Horatii testimonium (ut recte Lamb.) sufficere hic possit; tum non solum Strabo III. p. 165. multa Cantabris cum Scythis & Thracibus communia fuisse tradit, verum & Sil. III. 361. de Hispania: *Nec, qui Massagetem monstrans feritate parentem, Cornipedis fusa satiaris, Concane, vena.* Ex quo apparet, fuisse coloniam Massagetarum, de quibus Claudian. Ruf. I. 312. *Et qui cornipedes in pocula vulnerat audax Massagetes.* — 35. *Geloni*, gens Sarmatica ad Borysthenem incolens; v. II. 9. 23. — *pharetratos*, ut bonos sagittarios. Cf. Virg. Ge. IV. 290. Virg. Aen. VIII. 725. *sagittiferi Geloni*. — 36. *Scythicus amnis*, Tanais, qui a Rhipaeis montibus veniens, multas Scytharum & Sarmatarum gentes alluit, & sic ornata varietate pro Scythis ponitur. Dacer. & San. intelligunt mare Hyrcanum s. sinum Scythicum; quia & Graecis ποταμός sit pro mari. Sed quorsum hoc?

37. Vid. Argum. Pingitur Augustus, Musis addictus.

Finire quaerentem labores
Pierio recreatis antro.
Vos lene consilium & datis, & dato
Gaudetis, almae. Scimus, ut inpios

Tita-

39. *laborem* Dess. 2. male.

ctus. — *altum*, magnum, excelsum; ut Ovid. Pont. II. 2. 63. Albinov. I. 453. v. Brouckhus. ad Prop. II. 1. 26. Argute Dacer. & Sanad. explicant: nutritum, alumnum. *simul* ac, cum. — *fessas militia*, eleganter! Beneficum principem, qui illis det requiem! — *abdidit*, ad hiemandum in oppidis collocavit. Suave verbum ad designandum *otium*, cui se dant e campo & conspectu summoti bellatores. Cf. Epist. I. 1. 5. *latet abditus agro*, de gladiatore, rude donato. Non de finitis bellis, Iano clauso, ac distributis per colonias veteranis cogitandum; sed declaratur quaevis armorum cessatio; sic & hiberna. Quodcumque datur otium, Augustus litteris reddit. — 39. 40. Dulcissimi versus, ipsum illud suave otium spirantes. — *finire labores*, animum ex iis reficere cupientem. Sic *finire curas*, I. 7. 17. Argutantur vero Intpp. — 40. *recreatis*, oblectatis eum studio litterarum; sed pro hoc quam prorsus delinit nos illud: in *Pierio antro*. *Pieria*, notus Macedoniae mons, Musis sacer, antra & amoenos recessus habens, ubi Deae requiescere crederentur. Hinc, qui litteris se dant, aut inpr. poësi vacant, poëtica imagine ibi versari cum Musis dicuntur; ad designandum, quo abditi sunt, otium suavemque secessum litterarium. V. & not. ad II. 1 extr. Cf. Pind. Pyth. 5. 48. *σοφίαν δρέπων ἐν μυχοῖσι Πιερίδων*, de Thrasybulo. Expressit nostrum l. a sententia etiam, Ill. Ramler. c. lyr. XXVIII. 29 sq. *Als Jüngling schlief er* cet. de HENRICO PRUSSICO.

41. Lyrica conversio, neglecto transitu, ut & mox v. sq. *Scimus ut* cet. — *lene consilium*, mitem ac placidam sapientiam; quae plus valet, quam virium immanium bruta temeritas. Claudian. Cons. Mall. 239. *Peragit*

tran-

Titanas inmanemque turmam
Fulmine sustulerit caduco,

Qui

43. *turbam* Pulm. 2. 3. 5. Mart. Cruqu. duo Bersm. Lipf. 1. 3. 4. Altt. Dess. 1. Brod. Venet. 1492. Locher. Asc. *turmam*, quod est in ceteris, aptius etiam est. 44. *corusco* emend. Bentl. quia nemo unquam dixerit fulmen „caducum„ (bellum vero argumentum!); neque omnino latine „caducum„ dicatur, nisi quod debile & infirmum sit. Splendide declamat has nugas, & appositis XVIII locis, ubi fulmen „coruscum„ dicitur, illud h. l. etiam „coruscum„ esse vult ac iubet. Sane *caduco* curiosa felicitate Horatii dignissimum, *corusco* vulgaris cuiusque poetae est. — *acuto* coni. Cun. *trisulco* coni. With. *caducos* coni. ap. Ion.

tranquilla potestas, *quod violenta nequit*. Comparentur duo loci pulcherrimi Pindari; unus Ol. ιδ. 7 sqq. ubi *reginis Gratiis*, quod hic Musis, tribuitur: σὺν ὑμῖν τὰ τερπνὰ καὶ τὰ γλυκέα γίνεται πάντα βροτοῖς· εἰ σοφὸς, εἰ καλὸς, εἴ τις ἀγλαὸς ἀνὴρ cet. Alter Pyth. η. pr. laus Ἡσυχίας s. Tranquillitatis, Iustitiae filiae, quae dicitur βουλᾶν τε καὶ πολέμων ἔχοισα κλαΐδας ὑπερτάτας, v. 3. Et v. 7. τὺ γὰρ τὸ μαλθακὸν ἔρξαι τε καὶ παθεῖν ὁμῶς ἐπίστασαι καιρῷ σὺν ἀτρεκεῖ· quod, plane ut h. l. gigantum exemplo illustratur. — *dato gaudetis*, ob felicem exitum, unde fructum voluptatis percipitis. Divinitatis character! — *almae*, sanctae, σεμναί. Perpetuum epith. — 42 sqq. Splendidissimus locus. *Scimus*, *ut is*, *qui terram — aequo*, *impios T.* cet. *Titanes*, h. l. Gigantes, Terrae filii, proprie ab illis diversi, ut notum, sed sollemni usu veterum cum iis permutati. V. Banier. T. III. p. 95. *impios*, qui Deos lacessferent. — *immanemque turmam*, explicative additum (v. ad II. 7. 9.), declarat cum horrendas vires, tum dementem furorem. Praeclare *turma*, vocab. bellicum — 44. *fulmen caducum*, cadens (v. ad II. 13. 11.), delapsum, desuper irruens. Felici audacia novatum verbum; cum fulmen dicatur *cadere* (Virg. Ge. I. 487. Ovid. F. III. 287.), quod ad impetum & celeritatis vim pertinet: hinc & maxime graphicum vocabulum. Forte in animo erat καταιβάτης κεραυνὸς, ap. Aeschyl. Prom. 359. in eadem

dem

Qui terram inertem, qui mare temperat
Ventoſum, & urbis, regnaque triſtia,
Divosque mortalisque turbas
Imperio regit unus aequo.

Magnum

46. *Ventorum* Lipſ. 4. *& umbras* emend. Bentl. & ſic Sanad. Sivr. probante L. Bos. anim. in Hor. p. 42. Tautologiam eſſe ait Bentl. in „urbes„ & „mortales turbas„. *orbes* emend. Cun. *Ventosque & imbres* coni. ap. Ion. *umbrarum regnaque* emend. Ion. Ohe! Optime habet vulgata. v. Obſſ. 47. *turmas* vulgata lectio tempore Lamb. Sic omnes Pulm. & Torr. it. Cruquii, praeter unum, Lipſſ. Alt. 1. Deſſ. 2. Bentl. 8. 13. Venet. 1478. Rutg. *turbas* Acr. omnes Lamb. Mart. Cruqu. Pulm. 2 pro var. lect. Bentl. 1. 2. 6. cet. Mentel. Fran. Deſſ. 1. Helmſt. duo Betsm. Venet. 1492. 1590. Aſc. Locher. Baſill. Fabr. Heinſ. Steph. Fab. Bentl. Cun. Baxt. San. Ion. Sivr. Sunt qui v. 43. *turmam*, hic etiam habeant *turmas*; item, qui ibi *turbam*, hic *turbas*, quod ſane non ferendum. Facilis erat in *turma* & *turba* permutatio. Praeſtat haud dubie v. 43. *turma* h. l. *turba*.

dem re, de occiſo Typhoeo. Intolerabiles ſunt Bentleii h. l. nugae. Vid. V. L.

45 — 48. Magnifica deſcriptio ſupremi Iovis, quae uberior, quam loci exigeret ratio, quibusdam eſt viſa. Sed annon ſentimus, illa augeri & maieſtatem Iovis (& ſic Auguſti; v. Argum.), & vero gigantum impietatem, dementiam, vanumque conatum? Vv. 45. 46. *omnipotentem* naturae dominum pingunt; vv. 47. 48. *ſapientiſſimum* & *iuſtiſſimum* Deorum & hominum regem. — *inertem*, immobilem, *brutam*, I. 34. Enumerantur *terrae* ſ. orbis terrarum tria magna regna: *mare*, *tellus* habitata, & *infernus*. — *ventoſum*, ventis agitatum, procelloſum. Pro terra habitata exquiſite *urbes*, plane ut II. 20. 5. Sed argutantur Intpp. v. V. L. Item ſubtilior eſt Geſn. — *regna triſtia*, Tartara, ſollemni epitheto. Male Cruqu. intell. regna humana, ſollicitudinis plena. — *mortales turbas*, praeclare pro, humanum genus. — *unus*, ingens ida! — *aequo*, h. & ſapienti & iuſto.

Magnum illa terrorem intulerat Iovi
Fidens, iuventus horrida, brachiis,
Fratresque tendentes opaco
Pelion inposuisse Olympo.
Sed quid Typhoëus, & validus Mimas,
Aut quid minaci Porphyrion statu,

Quid

50. *Fidens, iuventus horrida, br.* Sic recte distinguitur, non, ut multi, etiam Baxt. *fidens iuventus, horrida br.* 51. *intendentes* unus Bland. Cr. *contendentes* Lipf. 4. 53. *Sed quod* Deff. 1 a m. pr. Venet. 1492. *Typhaeus, Typheus, Typhoeeus* aberratt. Est *Typhoëus*, ut recte Lamb. Brut. Heinf. Fabric ut *eu* in diphthongum iungatur, non *oe*; est enim Τυφωεύς — *Minas, Menas* variett. 54. *Porphirion, Prophirion* aberrat.

49 — 52. Quamvis esset terribile agmen; tamen (v. 53 sqq.) nil contra Iovem valebat, a cuius partibus starent Pallas & Apollo. Hic progressus sententiarum. Illud: *Magnum terrorem intulerat*, accipiendum pro dignitate Iovis. Metuenda ipsi videbatur; nam sapientia hostem non spernit. Augetur & sic gigantum potentia. Cf. II. 12. 7. Claud. b. Get. 63 sqq. — *iuventus horrida*, immani corpore & adspectu. V. Ovid. Fast. V. 35 sqq. & cf. Apollod. I. p. 17 sqq. — *brachiis*, virium robore. Et erant inter eos centimani. Praeivit Homer. Il. μ. 135. Ὧς ἄρα τὼ χείρεσσι πεποιθότες ἠδὲ βίηφι. — *fratres* ob sqq. sunt Otus & Ephialtes, *Aloidae gemini*, Virg. Aen. VI. 580. Cf. Hom. Od. λ. 304 sqq. Virg. Ge. I. 280. *coniuratos caelum rescindere fratres.* — *tendentes*, Virg. l. l. *ter sunt conati.* Ap. Hom. l. l. it. Ovid. Am. II. 1. 13. Prop. II. 1. 19. Olympo Ossam, Ossae Pelion (qui sunt montes Thessaliae) imponunt; quod & naturale, cum Olympus maximus, Pelius minimus: sed ap. Virg. Pelio Ossam, Ossae Olympum. — *opaco* nemoroso, Homer. εἰνοσιφύλλῳ, Virg. *frondoso*. Graphicum epith. — *imposuisse*, ἀορίστως pro, imponere.

53. Enumerat quosdam de ferocissimis. *Quid possent*, quid posse eos s. valere modo credibile erat? *Typhoëus*, Manilio

Qui rore puro Castaliae lavit
Crinis solutos, qui Lyciae tenet
Dumeta natalemque silvam,
Delius & Patareus Apollo.
Vis consilî expers mole ruit sua:
Vim temperatam Dî quoque provehunt

In

61. *Quod* Lipſ. 3. 64. *Delios* Bentl. 20. cui arridet. Sic Cuning. *Pataraeus*, *Pacareus*, *Patereus*, *Patereius*, aberr. Est Παταρεὺς. 65. *consilii* quid. mſſ. & edd.

nassus, qui eum *tenet* s. incolit, suavi idea dicitur lavare in fonte Castalio; cum lavationem etiam ad Deorum vitam referret antiquitas. Accedit ornatus: *rore puro*, unda pura; v. sup. ad 3. 56. & pro generali *lavare*, s. *lavere*, v. ad II. 3. 18.) dicitur praeclare lavere *crines solutos*, promissos, humeris influentes; qui in eo laudari solent: v. ad I. 21. 2. Cf. IV. 6. 26. — 62. *qui tenet* Lyciam & Delum. Pro eo ornate *dumeta*, nemora, *Lyciae*, & *silvam natalem*, ubi natus (v. I. 21. 10.), np. in Cyntho monte. Erant ei Lycia & Delus inprimis sacrae; celeberrimum & Patarae in Lycia, & Deli templum ac oraculum habebat, sic ut per hiemem apud Pataram, per aestatem in Delo adesse & responsa dare crederetur. Cf. Virg. Aen. II. 143. & ibi Ill. Heyn. Hinc h. l. *Delius*, cum respectu ad *natalem silvam*, & *Patareus*, quod respondet *dumetis L.* Itaque Apollo Iovi auxilio fuit, *non solum* arcipotens, v. 60. sed inprimis etiam praeses Parnassi, v. 61. 62. & vates. 63. 64. Sentisne quorsum haec pertineant? Adhucne vv. 61-64. tibi pro digressione sunt? Denique hi vv. expressi videntur e Pind. Pyth. α. 74. Λύκιε καὶ Δάλοι' ἀνάσσων Φοῖβε, Παρνασῶ τε κράναν Κασαλιαν φιλέων.

65. Praeclare loco communi, quem facile gigantomachia suppeditaret, variatur & quasi sedatur oratio, simulque ad argumentum primarium molliter reflectitur. — 65. *Vis consilî expers*, ῥώμη ἀμαθής, Eurip. ἀλκὴ ἀνεμώ-

In maius: idem odere vires
Omne nefas animo moventis.
Testis mearum centimanus Gyges
Sententiarum, notus & integrae
Tentator

69. *Gyas*, *gigas*, *giges*, eadem varietas, quae sup. II. 17. 14. ubi vid. V. L. 70. *Sent. notus*, & Lamb. Cruqu. Fab. R. & H. Stephh. Heins. Fabr. Dacer. & I. F. Schmid. V. Cl. Sed si iungas cum *Gyges*, accipiat hic duo epitheta, quod non fert poësis latina: sin cum *Testis*, admodum frigeat. Rectius *Sententiarum*, *notus* & Bentl. 1. 6. 8. 13. Venet. 1478. 1492. Locher. Ascens. Bentl. Cun. San. Baxt. Ion. Sivr. V. Obss. Bentl. argutatur quidem, sed id tamen ex vero dicit, elegantiorem exiltere ordinem verborum, si *notus* ad sqq. sumatur. Similis res erat I. 37. 26.

ἀνεμώλιος, Oppian. — *mole r. s.* ipsa magnitudine sua perditur. Cf. ad sententiam Pind. Pyth. η. 19. *Βία δὲ καὶ μεγάλαυχον ἔσφαλεν ἐν χρόνῳ*· & Claudian. b. Get. 71. *Sed caret eventu nimius furor;* uterque l. in eodem de gigantibus argumento. It. aureus l. Homer. Il. ψ. 313 sqq. — 66. *temperatam*, quae leni consilio regitur. Ea Augustus ad summum imperium, Diis tuentibus, evectus erat. Praeclare Plutarch. vit. Mar. (p. 407. A. Frf.) Marium ait meliori exitu potentiae usurum fuisse, si *Musis & Gratiis litasset.* 68. *moventes*, agitantes, molientes; nam *vires* pro iis, qui viribus valent.

69. Observa, omnia haec exempla esse talium, quorum impietas *numen* aliquod laesisset. Languidior & quotidianus videbatur transitus Klotzio lect. Venus. p. 293. Sed in transitu ipso: *Testis* est cet. nil ego reprehendendum video; potius inest gravitas quaedam & simplicitas lyrica. At isto: *mearum sententiarum*, h. sententiae meae, fateor, facile offendi lectorem, illudque nimium vulgare ac protractum videri posse. — Ex Hesiodeis mythis (Θ. 149. 617 sqq. 654 sqq. 713 sqq. 713 sqq.) Titanes tres centimani, *Gyges*, *Cottus* & *Briareus*, a Saturno in vincula & Tartarum coniecti, a Iove inde liberati & benigne excepti, ab eius partibus steterunt in Titanum bello, attamen post ab eo, forte, quod imperio suo ab illis

Tentator Orion Dianae,
Virginea domitus sagitta.
Iniecta monstris Terra dolet suis,
Maeretque partus fulmine luridum
Missos ad Orcum: nec peredit
Inpositam celer ignis Aetnen:
Incon-

73. *Terra* maiusculo T recte Bentl. Cun. San. Sivr. 76. *Aetnen* unus Bersm. Lipſ. 1. Deſſ. 1. Cun. Placet exquiſitior forma. Vulgo *Aetnam*.

illis timeret, caelo etiam ipſi expulſi & in Tartarum relegati. Sed aperte ſequitur Horat. h. l. & II. 17. 14. aliam fabulam antiquam, qua illi centimani inter Gigantes, qui Iovem oppugnaſſent, referrentur. De Briareo v. Callim. H. Del. 143. Virg. Aen. X. 565. de Gyge Ovid. Am. II. 1. 12. Faſt. IV. 593. Vix enim cum Cl. Schmid. accipias monſtrum centimanum pro exemplo vis temperatae, v. 66. quod neque ex Heſiodea fabula *in maius provectum* ſit. — 70. *notus &* exponi poſſit: notus etiam eſt; ſed hoc nimium vulgare. Melius ſit: *& Orion notus* infamis eo quod *tentarit*, violare conatus ſit *integram*, caſtam, intactam *D.* ſed ab ea ſagitta confoſſus. Sic & Didym. ad Hom. Il. σ. 486. Hygin. f. 195. Alii aliter narrant. — 71. *domitus* e Gr. δαμεὶς. — *virginea* ornate pro, virginis ſ. *eius*.

73. *Terra dolet*, luget, quod ipſa cogatur eſſe ultrix filiorum, *Gigantum*. Notetur generoſa variatio orationis, etiam in ſqq. Pro filiis praeclare *monſtra* — *iniecta*, montibus ſuis & inſulis iniectis eos premens. Nam Aetna tegitur Typhoëus aut Enceladus, Creta Otus, Iapetus Inarime cet. — 74. *maeret*, maerore proſequitur; praeclare ad pathos maternum. Pertinet hoc ad *Titanas*, qui & ipſi Terrae filii (h. l. *partus*), ad imum Tartarum Iovis fulmine detruſos, ut notum. Virg. Aen. VI. 580. *luridum*, pallidum; perpetuum epitheton rerum infernarum. — *nec* adhuc *Aetnam impoſitam* Typhoëo (aut Encelado) *peredit*, conſumſit, *ignis celer*, velox, quem ille

Incontinentis nec Tityi iecur
Relinquit ales, nequitiae additus
Custos: amatorem trecentae
Pirithoum cohibent catenae.

CAR-

77. *Tytii, Ticii* errores. 78. *Reliquit* Lipſ. 1 (ex emendat.). 3. 4. Mentel. Venet. 1492. Locher. Aſc. Vulgarius hoc. 80. *Pyrithoum* error. *Perithoum* Aſcenſ. *Peirithoum* Torrent.

ille eiectat. Vid. ſup. ad v. 53. & cf. Virg. Aen. III. 578. ibique Ill. Heyn. Sil. XII. 140 ſqq. Corn. Sev. Aetna 70. Declaratur aeternitas poenae, qua numquam levatum ſe iri ſperare queunt. Sic & in exemplo ſq.

77. De *Tityo* v. ad II. 14. 8. *incontinentis*, cuius libido & Deam tentaret. — *non relinquit* eius *iecur*, exquiſite pro, ab eo exedendo non deſiſtit, non dat requiem renato. — *ales* pro vulture. — *nequitia*, laſcivia, intemperantia libidinis; ut III. 15. 2. — *nequitiae* eius, h. illi propter nequitiam *additus*, appoſitus, adfixus. Vocabulum proprium *addi* de cuſtode; v. Heyn. meus ad Virg. Aen. VI. 90. — *cuſtos*, quatenus neque recedit ab eo, & eius iecur continuo obſervat. Alii aliter. — *Pirithous*, Ixionis f. ſocio & adiutore Theſeo ad inferos deſcendit, Proſerpinam, quam amabat, inde abducturus (v. Virg. Aen. VI. 397.); quod crimen doctiſſime Horatius uno colore adumbrat: *amatorem*. Vterque a Plutone in vincula coniecti. Theſeus poſt ab Hercule liberatus; ſed Pirithous, quem ſecum trahere vellet, terrae motu ab eo reiectus, tantoque arctius vinctus. — *cohibent*, conſtringunt.

CARMEN V.

ARGVMENTVM.

Augusto a. V. c. DCCXXXIV in Asia versanti Phraates, Parthorum rex, veritus, ne bello ab illo peteretur, captivos & signa, cladibus Crassi & Antonii amissa, remisit. Nulla res magis celebrata & poëtarum laudibus, & inscriptionum numorumque testimoniis; nulla magis laetatus Augustus, quam pro gloriosissimo triumpho haberet, quod sola nominis & rerum gestarum fama, nullo sanguine effuso, recuperasset, quae alii magnis proeliis perdidissent; nulla magis gavisi ipsi Romani, qui iam dudum de Crassianae cladis ignominia solliciti, oculis quasi signassent Parthos, poenaque ut ab iis aliquando sumeretur, exoptassent. V. vit. Hor. ad a. DCCXXXIV. & ad I. 2 extr. it. Fabric. ad Dion. LIV. 8. Itaque illius communis laetitiae particeps est Horatius hoc nobilissimo carmine, confecto haud dubie, cum anno sq. ex Oriente Augustus redisset. Verum non vulgaris poëtae rationem in illo sequitur Flaccus. Postquam splendido exordio erupit gaudii publici affectus; depingere & augere instituit ignominiam, quae ex clade Crassi inde a triginta amplius annis inhaesisset Romano nomini; *quo augeretur gloria Augusti, qui abstersisset tantam labem, expiasset tantum piaculum (v. Argum. I. 2.), nominique Romano pristinam dignitatem reddidisset. Sed cupiebat etiam poëta, istius talis ignominiae sensu accensos Romanorum animos in ipso illo communi gaudio acui ad generosum propositum, semper & ubique fortiter tuendae in posterum maiestatis Romanae, neque umquam iterum posthac talis in se contumeliae admittendae; ut priscam in captivos milites severitatem (de qua v. ad v. 17.) in posterum servaret senatus, miles mori mallet, quam non vincere atque in turpi captivitatis servitute vivere, aut facere quidquam, quod Romano nomine indignum esset. Itaque post memoratum captivorum dedecus, generosa conversione* transit sensus Horatii ad venerandum exemplum sanctamque disciplinam M. Atilii Reguli, *qui imperator bello Punico primo cum exercitus parte, quae* similem ignominiam in se admiserat *(v. 17 sqq.), a Carthaginiensibus captus, cum de captivis commutandis Romam missus esset, iurassetque se rediturum, captivos redimendos in senatu non censuit, deinde ad exquisita supplicia reverti maluit, quam fidem hosti datam fallere. Vid. Cic. Offic. I. 13. III. 27 sqq. in Pis. 19. Liv. Epit. 18. Flor. II. 2. Dion. fragm. Vrs. 149. ubi v. Fabric. Cuius si disciplinam semper secuti essent Romani, non tantam turpitudinem reipublicae inflixissent Crassiani milites. Servarat eam sensu ac spiritu Reguleo animatus Augustus, cum non foeda ac humili commutationis aut redemtionis conditione liberasset captivos, sed armorum & nominis sui terrore extorsisset; neque hoc fecisset ipsorum caussa, sed ut ferociam hostium, erepta gloriandi caussa, domaret, iniuriamque & contumeliam acceptam ulciscendo deleret. Sic id erat consilii propositum populari poëtae,* ut

&

& Augusti imperium, magnitudinem, merita extolleret, & commendaret Romanis hac occasione priscorum hominum virtutem, morum severitatem, caritatem patriae. ---- *Carmen est e nobilissimis Horatii; cuius ipsa iam inventio ac dispositio, poëtae & ingenio & moribus maximo honori sit. Nil in illo graecum; omnia romana. Romanus in eo vivit regnatque ferox ille atque excelsus spiritus; apparet civilis illa & publica gentis superbia; cernitur prisca illa & invicta animi fortitudo. Generosissimi ubique sensus, pathos fortissimum, imagines gravissimae, elocutio in decentissimo ornatu maiestatis & masculi roboris plena. Inprimis ingens illa imago & quasi ab inferis revocata umbra Reguli, eiusque oratio, tanti viri & moribus & aetati aptissima, summa vi Romanos lectores percusserit necesse est. --- Denique quod v. 3. etiam Britanni imperio adiecti memorantur, id haud dubie eo pertinet, quod refert Strabo lib. IV. p. 200. „sua aetate principes quosdam Britanniae legatio„nibus & obsequiis Caesaris Augusti amicitiam consecutos, donaria „etiam dedicasse in Capitolio, & propriam paene fecisse Romanis „totam insulam.„ Non pertinere hoc putem ad a. DCCXXVII & XXVIII, quibus bis in Britannos iter paravit Augustus; quod mihi largietur, qui legerit Dion. LIII. 22 & 25. p. 512. 13. sed factum esse illud, quod narrat Strabo, ex hoc c. probabile est sub eumdem a. DCCXXXIV. Cum eadem Romanorum invidia prementur Britanni & Parthi (I. 21 extr. Epod. VII. 7.); cum simili modo domiti ac subacti essent; denique haberentur pro ultimis imperii gentibus (I. 35. 29.), ut universus terrarum orbis nunc parere videretur Augusto: apparet, quantam fuisse oporteat, quae in principio erumpit, Romanorum exultationem. Sed immoratur nunc poëta inprimis victoriae Parthicae, poscente sic suo consilio. ---- Male ante a. DCCXXVII. carmini tempus quidam assignant, quum hoc demum Octavianus Augustus appellatus sit. Neque audiendos esse facile sentimus, qui illud ante a. DCCXXXIV factum aiunt, & promitti modo Augusto Britannorum Parthorumque debellationem.*

METRVM XVI.

Caelo tonantem credidimus Iovem
Regnare: praesens Divus habebitur
Augustus, adiectis Britannis
Imperio, gravibusque Persis.
Milesne Crassi coniuge barbara
Tur-

AVGVSTI LAVDES: AVGVSTVM CELEBRAT: A. C. ET REGVLI VIRTVTEM.

1. Magnificum exordium! V. Argum. *Credidimus* olim & adhuc *credimus* (ἀορίστως enim h. l. dicitur), in *caelo regnare Iovem*, *tonantem* scilicet; e tonitru id agnoscimus. *Divus praesens*, in *terris*, cuius numen coram sentitur, oculisque mortalium cernitur; Φανερὸς Θεός, ut bene Heins. Summus in hoc verbo dilectus, cuius vim vix alia lingua assequi possit. — *habebitur*, agnoscetur per universum terrarum orbem. Praeclara oppositio in *credidimus* & *praesens*; dum illud ad famam & opinionem, hoc ad sensum pertinet: item in *credidimus*, & *habebitur*, illud de Deo prisco, hoc de novo. Cf. Curt. VIII. 10. *Patrem Liberum & Herculem fama cognitos esse, ipsum coram adesse cernique.* Ad notionem Iovis in caelo, Augusti in terra regnantis, &, quae in ea est, decoram maiestatem, cf. I. 12. 51 sqq. & ibi not. Subtilius Dac. illud *praesens D. h.* refert ad templa nunc in ipsa Vrbe Augusto exstruenda, quod hucusque illius modestia non tulerit, nunc non amplius impedire possit. — De *Britannis* primus Claudius triumphavit; sed v. Argum. — *gravibus Persis*, I. 2. 22. Nempe nunc demum *latum regebat orbem*, I. 12 extr. nunc *non sinebat* amplius *Medos equitare inultos*, I. 2 extr. Quae duo loca comparent studiosi cum nostro, & quanta vis huic inde accedat, sentiant.

5 sqq. Persequitur ignominiam, secutam Crassi cladem; v. Argum. Ergone miles Crassi cet. vel: Fierine potuit, ut m. Cr. Summa vis indignationis in interrogatione. Captivi acceperant uxores Parthicas ab Orode, ut

Turpis maritus vixit? & hostium –
Pro Curia, inversique mores! –
Consenuit socerorum in arvis,

Sub

6. *P. patria* vet. cod. ap. Ionef. quod receperunt Du Hamel, Sanad. & nuper Cl. Schmid. Vix opinor, iusta de caussa. – *P. tempora*, quaed. editt. teste Fabr. 7. *Pro*, non *proh*, ut hic & alias plurimi. Vid. Cellar. orth. lat. T. I. p. 324. ed. Harl. 8. *armis* vulgata omnium libb. lectio. Sed *arvis* emend. T. Fab. N. Heins. ap. Bentl. & recep. Bentl. Cun. San. Gesn. Et iam sic noster Alt. 1. Haud dubie (quod & Bentl. videt) prisca lectio est, quae ante oculos fuit Scholiastis. Nam Porph. „apud Parthos resedisse„ & Acr. „velut propriis in sedibus omnem aetatem agerent„. Nec quisquam docet, quomodo consenuerint in „armis socerorum„; at in *arvis*, optimum sensum praebet. V. Obss. Facile inde factum *armis*; cum & praecessisset *miles*.

ut vitam servarent. — *coniuge b.* (docte pro, coniugis b.) *turpis maritus vixit;* quam exquisitum hoc pro, turpe matrimonium iniit cum coniuge *barbara;* in quo ipso probrum. Cf. Virg. Aen. VIII. 688. *sequiturque, nefas! Aegyptia coniunx.* Praeclare etiam, *vixit*, ut qui honestius cecidisset. — 6. Crescit idearum & verborum vis ad miram ἐνέργειαν. — *Marsus & Appulus* graviter memorati pro Romanis s. civibus universis, ut fortissimi & clarissimi milites. II. 20. 18. Virg. Ge. II. 167. Quae αὔξησις in *vixit* & *consenuit!* item in *coniuge barbara* & *socerorum hostium.* — *in arvis*, v V. L. Arvis colendis, pascendo gregi, aliisque agrestibus servitiis adhiberi, communis olim captivorum sors; Epist. I. 16. 70. Eurip. Rhes. 74. Sen. Ep. 47. *alium ex illis pastorem, alium casae custodem fecit.* — 7. Gravis exclamatio, aptissimo loca inserta. — *Pro Curia inversa!* (utroque enim pertinet epitheton, more Horatii) h. o infractam tanto dedecore Senatus Romani maiestatem! qui non iam dudum armis ulciscendam illam ignominiam, ac vi liberandos captivos censuerit. Quam praeclara conversio! Quae item prudentia in accusando *Senatu!* quo gloria Augusti illustrior esset. — *inversi mores!* o depravatos atque a maiorum excelsa

Sub rege Medo, Marsus & Appulus,
Anciliorum & nominis & togae
Oblitus, aeternaeque Vestae,
Incolumi Iove, & urbe Roma?
Hoc caverat mens provida Reguli,
Dissentientis conditionibus

Foedis,

10. *Auxiliorum* Helmst. a m. pr. Post *Anciliorum* abest *&* in Lipf. 1 à m. pr. & 4. Mentel. Fran. Pulm. 2. uno Bersm. Venet. 1590. Basill. Steph. Fabr. Heins. Fab. Dacer. Burm. Ion. Sed *Anciliorum & n.* cum auctoritate, tum vi polysyntheti praestat.

excelsa virtute sanctaque disciplina turpiter delapsos mores Romanorum militum! Comp. l. aureus Vzii nostri, c. lyr. I. 16. 25 sqq. (Opp. T. I. p. 39.): *O Schande! sind wir euch verwandt* cet. — 9. atque id *sub rege Medo*, Parthico, hoste Romanis odiosissimo.

10 — 12. Nobilissimi & fortissimi versus! *Ancilia*, XII scuta brevia, in aede Martis servata a Saliis, quorum unum (alii, omnia) caelo decidisse credebant; quaeque erant pignus aeternitatis imperii. — *nomen* Romanum. — *toga*, civium R. propria vestis, pro civitate Romana. — *aeterna Vesta*, docte, ob aeternum ignem in eius templo, qui & ipse pignus imperii. Horum omnium illi *obliti*, virtutis antiquae, gentis, dignitatis, patriae, quam aeternam esse fata vellent. Expressit hunc l. Flor. IV. 11. *patriae*, *nominis*, *togae*, *fascium oblitus*; de Antonio. 12. *Iove*, docte pro Capitolio, Iovis sede, arce imperii. Sic ap. Cic. ad Div. XIV. 7. *Vesta* pro eius templo. Graecis poëtis saepius θεὸς pro templo alicuius Dei; ut Callim. H. Cer. 130. Aristoph. Plut. 653. Pind. Ol. ζ. 56. V. Burm. ad Lucan. VII. 165. Augetur infamia, quod *salva Vrbe & Arce* sic fecissent.

13. *caverat*, cavere voluerat, ne, spe redemtionis, talem umquam turpitudinem in se admitterent Romani milites. — *mens Reguli*, eleganti periphrasi pro, Regulus; ut Gr. Φρὴν, e. g. Pind. Pyth. ς. 3. Μεσσανίας γέροντος δοναθεῖσα φρὴν

βοάσε

Foedis, & exemplo trahenti
Perniciem veniens in aevum,
Si non periret inmiserabilis
Captiva

15. *ut ex.* var. lect. Ion. *trahentis* omnes codd. & editt. vett. quod forte quis explicet: „trahi s. derivari dicentis ex eo exemplo perniciem cet.„ ¡Sed durum hoc! Nec felicius Best. de rat. emend. legg. c. 10. p. 169. Regulum ipsum trahentem dici posse perniciem contendit: quod quomodo fieri possit, non assequor. Itaque recte Guil. Canter. nov. lect. VII. 30. emend. *trahenti*, unde recep. Lamb. Cruqu. T. Fab. Steph. Heins. Baxt. Bentl. Cun. Maitt. Talb. San. Ion. Sivr. Facile librarii scripserunt *trahentis*, dum putarent referri ad „Reguli„. Favet etiam huic lectioni Comment. Cr. „adferenti in futurum perniciem reipublicae.„ — *exempli trahentis* coni. Bentl. h. quae condit. essent perniciosi exempli. Non opus erat, tot loca cumulari, ut constaret, dici posse „rem mali s. pessimi exempli.„ 17. *perirent* emend. Glarean. quia in hac versus Alcaici caesura religiose servet Horatius syllabam longam. Vnde porro Bentl. coni. *perirent immiserabiles.* Forte: *Si non perirent immiserabile.* Cf. Virg. Aen. XII. 338.

βόασε παῖδα ὄν. Alias similiter σθένος, ἶς, βίη cet. Item ap. Lucret. *Democriti sententia sancta;* ap. nostrum *Catonis virtus*, *sapientia Laeli*, *sententia dia Catonis* cet. — 14. *conditionibus* (dat.) pro, a cond. (ut II. 2. 18. *dissidens plebi*), quas Romae proponi ab ipso vellent Poeni, a quibus ipse primus *dissensit.* Magnus homo! — *foedis*, quia turpe putabat, captivos Romanos redimi. — *exemplo* quod *in veniens aevum*, posteram aetatem, *perniciem tracturum* s. illaturum esset, *si non* cet. Vulgare fuisset: nolentis fieri rem exempli ad posteritatem perniciosi; inpr. quia ignavius tunc pugnaturi essent milites, seque vivos potius tradituri, se redemtum iri sperantes. — 17. *si non* iam *perire* in servitute sinerentur potius, quam redimerentur capti milites; pro quibus ornate *captiva pubes*, ut alias *iuventus* saepius — *immiserabilis* pro adverbio est, & iungendum cum *periret*, sine miseratione, quae hîc intempestiva. Omnino prisca aetate severior erat Roma in captivos, inpr. si armati capti essent; v. Eutrop. II. 7. III. 6. Liv. XXII. 59. 60.

Captiva pubes. Signa ego Punicis
Adfixa delubris, & arma
Militibus sine caede, dixit,
Derepta vidi: vidi ego civium
Retorta tergo brachia libero:

Por-

18. *pubes?* Best. rat. emend. legg. c. 10. p. 168. ut iam incipiat oratio Reguli, & sit: „annon periret cet.„ --- *is non* f. *sit non* coni. id. ibid. 21. *Direpta* omnes Cruqu. Torr. Lamb. cet. Pulm. 1. 2. 4. 5. Lips. 1. 3. Fran. Mentel. tres Bersm. Dessl. Helmst. & editt. ante Lamb. item Fabr. Steph. Rutg. Sivr. Sed recte Lamb. emend. *Derepta*, & sic T. Fab. Dacer. Heins. Burm. Bentl. Cun. San. Gesn. Ion. Et iam ita codd. Pulm. 3. Lips. 2. 4. Altt. --- *erepta* coni. Lamb. *arrepta* Iann. Lamb. unde Torr. coni. *arepta* pro, abrepta.

18. Subito poëta ipsum Regulum loquentem facit; quod & enthusiasmum, quo ipse accensus est, declarat, & magnam vim ad percellendos lectores habet. In oratione Reguli veneranda gravitas & excelsum in simplicitate πάθος facile sentitur. Primum v. 18 - 24. persequitur ignominiam, ignavia militum captorum Romano nomini adspersam; ut non mereri eos miserationem (v. 17.), Senatui persuadeat. — *Vidi signa* militaria, aquilas R. (quas amittere turpissimum), *& arma m. derepta* — *affixa d.* ex more omnium prope gentium. Cf. IV. 15. 7. In *Punicis* indignationis affectus! — 20. *sine caede*, nulla caede vel illata vel accepta, h. vivis & salvis impune *derepta*, detracta. Turpissimum flagitium in Romano homine! Magnam ἐνάργειαν habet illud *Vidi*, quae ex anadiplosi augetur. — 22. *brachia retorta*, revincta, *tergo*, in tergum; captivorum pictura. Cf. Epist. II. 1. 191. Invidiae summum πάθος in *civium*, & *libero;* ornate ad tergum translato epitheto. Cives Romani, brachiis restrictis, turpi servitute morti gloriosae praelata! Oportebat Romanam gentem despectam Poenis, hos feroces ac *securos* fieri. Hinc

v. 23.

Portasque non clusas, & arva
Marte coli populata nostro.
Auro repensus scilicet acrior
Miles redibit. Flagitio additis
Damnum. Neque amissos colores
Lana refert medicata fuco,

Nec

23. *clusas* antiquiss. Bland. Cruqu. Alt. 1. Cun. Eam antiquam doctamque formam, pro vulgari *clausas*, in contextu praetuli; quae & mire decet venerabilem Regulum. 26. *redibit?* Asc. Rutg. Fab. Bentl. Dacer. Ion. San. Sed male, puto, interrogatio consulit ironiae & gravitati. 27. *nec* unus Bersm. Fran. *non* Lips. 4. 28. *succo* Mentel. *suco* Lips. 1.

v. 23. *portas non clausas;* cf. A. P. 199. *apertis otia portis.* — 24. *vidi arva* in otio *coli*, quae erant modo *populata Marte nostro*, a nostro exercitu. Summum haec spirat pictura indignationis ac doloris affectum, ex ultima clade, qua tam securum otium Poenis factum esset, & ipse Regulus, imminens iam Carthaginis muris, militum suorum ignavia omnem victoriarum fructum amisisset. V. Eutrop. II. 11. Simillima horum vv. imagini erat Crassianae cladis ignominia.

25—38. Ne *utile* quidem esse, captivos redimi. Neque enim frugi porro fore militem, qui post talem ignominiam vivere se posse viderit. *Scilicet*, gravis ironia! — *auro repensus* docte pro, auro penso redemtus. — 26. *flagitio*, infamiae, quam fert nomen Romanum, *additis* etiam *damnum*, dum aurum perditis. Forti brevitate expressum ex Eurip. Rhes. 12. Ἀισχρὸν γὰρ ἡμῖν, καὶ πρὸς αἰσχύνῃ κακόν. — 17. Pulcherrima similitudo. *Neque-nec*, pro, non magis, quam, s. uti non, ita neque; ut I. 6. 5. — *medicata*, tincta, infecta. Sic *medicamen* & *medicamentum* de colore illato. — *fucus*, φῦκος, herba marina, glaucum colorem lanae tribuens (v. Plin. XXVI. 10.), pro quovis colore alieno; sed ignobiliorem posuit, non forte purpuram. — *refert*, recuperat, *colores*, candorem amis-

Nec vera virtus, quum semel excidit,
Curat reponi deterioribus.
Si pugnat extricata densis
Cerva plagis: erit ille fortis,
Qui perfidis se credidit hostibus;
Et Marte Poenos proteret altero,

Qui

31. *Sic* quid. Lamb. Pulm. 5. Venet. 1492. Locher. Basill. Male. Idem error invaserat locum, I. 17. 8. ubi v. V. L. 32. *illa* Lips. 4. 33. *reddidit* Brod. *dedidit* emend. Bentl. affusa diluvie locorum, ubi dicitur „dedere se hostibus„; tamquam, sic dici posse, quisquam dubitet. Neminem umquam dixisse ait: „credere se hostibus„. Sed non sentiebat vir doctus elegantiam verbi. Vid. Obss. & Bos. anim. in Horat. p. 43. Post *hostibus* & mox v. 36. *mortem* interrogandi signum posuerunt Basill. Fabric. Steph. Cun. Burm. Prorsus alienum id a sensu.

amissum. — 29. *Virtus* h. l. fortitudo bellica. — *excidit* animo, tamquam sede; nobile verbum, pro vulgari, amissa est, vel tali. Praeclare respondet *reponi*, restitui in sedem, pro, reverti. *curat*, solet, e Gr. φιλεῖ (alias *amat*); sed & ornate inest notio contemtus: non dignatur reponi in *deterioribus* h. ignavis. Bene notat Acron: „*deteriores* fieri e *bonis*, peiores e malis.„ — 31. Alia similitudo; ubi observetur praeclare variata conversio orationis. *Si cerva*, timidissimum animal, *pugnat*, fortior, pugnacior est, postquam *extricata*, expedita, elapsa est e *plagis*: tum etiam *ille fortis erit* cet. *Plagae* propr. retinacula s. funes retium; h. l. pro retibus ipsis. — 33. *credidit*, tradidit se in potestatem hostium. Sic Cic. ad Div. IV. 7. *victori sese crediderunt*, ubi perperam emendat Bentl. it. VII. 3. ad Marium: *victori sese committere.* Notum & est, dici, *tradere se in* fidem *ac deditionem.* Vt male argutetur Bentl. v. V. L. Praeterea, quam venusta & gravis antithesis in *credidit* & *perfidis!* — 34. *Marte altero*, altera pugna. Pro, fortiter pugnabit adversus Poenos, cum vi insigni est *proteret*, con-

Qui lora restrictis lacertis
Sensit iners, timuitque mortem.
Hic, unde vitam sumeret, inscius,
Pacem duello miscuit. O pudor!

O ma-

37. *Hinc* Sax. Venet. 1590. *aptius* (pro *inscius*) unus Bersm. vet. cod. Anton. Contii ap. Steph. diatr. III. p. 67. (cui valde arridet) Bentl. 1. 6. 7. 8. 18. it. 9 a m. pr. 13. & 23 pro varia lect. & e nostris Lips. 3. Dess. 2. (Alt. 1. habebat *actius*). Suspicatur Bentl. etiam in aliorum codd. passim sic fuisse. Esset id ita explicandum: „miscuit bello pacem, tamquam inde aptius „salutem petere posset.„ Sed ulterius progreditur Bentl. illud, *timuitque mortem*, languere, nec verum quidem esse; quod magno nugarum strepitu asserere studet. Emendat itaque: *timuitque mortem Hinc* (i. a pugna, ferro), *unde vitam sumeret aptius*, quam a deditione, *Pacem & duello m.* Sic & Sanad. Sivr. *timuitque mortem His*, *unde vitam sumeret*, *amplius* coni. ap. Ionesi. — *anscius*, pro *inscius*, coni. vir doct. ap. Ion. sed ubi quaeso exstat id verbum? Omnino lectio vulgata, adeo superior ab auctoritate, etiam optime habet ad sensum; in Bentleiana & verborum ordo & ipse sensus duritiae notam fert. Cum tamen mirari possis, unde lectio *aptius* in tot libros venerit; suspiceris forte, vel poëtam scripsisse *anxius*, unde per corruptelas facile utraque lectio, *aptius* & *inscius*, oriri posset; vel, quod malim, adscripsisse grammaticum τῷ *inscius* interpretamentum „anxius„ & inde post *aptius* factum. 38. *Pacem & duellum* coniect. ap. Ion.

conculcabit, *P.* — 35. *qui in restrictis l.* (v. sup. v. 22.) *lora*, vincula, semel *sensit*; quam egregie pro, qui se semel vinciri passus est. — *iners*, quod supra *sine caede*. — *timuitque m.* graviter adiectum ad declarandam caussam. Vulgare fuisset: *quia timuit m.* s. *timore mortis*. Summum crimen Romani militis!

37. 38. Acerrima invectio in captivos milites, ex vehementissimo indignationis impetu profecta. *Hic* talis indignus miles *inscius*, oblitus, s. tamquam nesciret, *unde vitam sumeret*, peteret, unde salus sibi petenda ac speranda esset, np. a virtute, manu, gladio suo, non ab hostis beneficio ac dedecore. Cf. Homer. Il. o. 741. Sallust.

O magna Carthago, probrosis
Altior Italiae ruinis!
Fertur pudicae coniugis osculum,
Parvosque natos, ut capitis minor,

Ab

lust. Iug. 39. *quod armatus dedecore potius quam manu salutem quaesiverat.* — *pacem*, pactionem cum hostibus de vita concedenda, *duello* (bello) *miscuit*, pugnae interposuit; in media pugna, armatus, turpe servitutis foedus iniit. Solet tamen in illo, *pacem duello m.* mihi quidem subtilitas quaedam inesse videri, aliena a Graecorum simplicitate. — *O pudor*, turpissimum Romae opprobrium! Maxime pathetica exclamatio; & mox fortissima ad feriendos Romanorum animos vis in *apostrophe* ad Carthaginem, qua nullus gravior exitus esse poterat. — *magna* ex hoc dedecore nostro! Quae invidia in epitheto! Insulse magnam Carthaginem minori illi in Hispania opponi putant. Cladem & ignominiam, quam acceperant Romani graviter vocat *probrosas*, cum probro coniunctas *ruinas Italiae* (cf. I. 37. 7. II. 1. 32.), quibus superinsistens quasi Carthago *altior*, potentior ac superbior, emineat.

41 sqq. Cum consummatissima excelsissimaque atrocis virtutis & constantiae pictura, comparetur splendide & copiose (nimium forte!) tractata tota de Regulo narratio ap. Sil. VI. 343 - 550. 41 - 44. *minor* respectu *capitis* (ut *integer vitae* cet.), pro vulgari, *capite deminutus*. *Caput* ICtis Romanis pro statu, ut notum; quo referunt libertatem, civitatem, familiam. Capite *deminuitur*; qui vel unum horum, vel omnia amittit. Hoc inprimis cadebat in captivos; v. L. 2. D. de capite minutis. Regulus, cum Carthaginem esset rediturus, numquam ista recuperaturum se sperare poterat. Vnde teste Cic. Offic. III. 27. *in senatum venit, mandata exposuit, sententiam ne diceret, recusavit; quamdiu iureiurando hostium teneretur, non esse se senatorem.* Eutrop. II. 14. *inductus in Senatum, nihil quasi Romanus egit; dixitque, se ex illa die, qua in potestatem Afrorum venisset, Romanum esse desiisse.* Cf. Sil. l. l. 459 sqq.

Ita

Ab se removisse, & virilem
Torvus humi posuisse voltum:
Donec labantis consilio patres
Firmaret auctor numquam alias dato,
Inter-

43. *Ab se* Pulm. 2. 3. 4. Bentl. 1. 2. 3. 6. 13 cet. quinque codd. ap. Cun. unus Bersm. nostri omnes, Venet. 1478. Haud dubie & aliorum exhibebant codd. Sic Heins. Bentl. Cun. San. Gesn. Ion. Sivr. Vulgo *A se.* — *viriles - vultus* Lips. 4.

Itaque, cum inter effectus civiles, quos amisisset, etiam esset *matrimonium* & *patria potestas*, nec nuptiae, nisi inter cives, valerent: Regulus *ab se removit* coniugem (*Marciam* vocat Sil.) & liberos. Bene Schol. „Indecorum duxit, matronam Romanam servum osculo dignum putare." Eutrop. l. l. *uxorem a complexu removit.* v. Sil. l. l. 413. — *pudica*, honorificentissimus matronae Romanae titulus. In *osculum* quam tenerum πάθος! & mox in *parvos;* quod ad miserationem valet. — 43. *& virilem - vultum*, doctissima imago, summa ἐνάργεια Reguli speciem oculis nostris subiiciens. Stantem videmus, taciteque exspectantem senatus deliberantis sententiam, cuius ipse, ut servus, non particeps est. *Humi ponit* h. deiicit, demittit, defixum tenet, *vultum:* cum, quod magnas animo volvit curas, fortiter intus colluctans cum saevo fortunae suae sensu, variisque affectibus; tum quod, ob id ipsum, non vult adspicere circumstantes & lugentes suos. — *virilem*, prorsus praeclare! qui praeferebat immotam inter illa omnia & invictam viri constantiam. — *torvus*, cuius vultus terribile aliquid ac ferociam generosam ostendit; ὑπόδρα ἰδών. v. I. 28. 17. Egregie convenit talis vultus animo & sensui Reguli. Sil. l. l. 430. *fronte sedebat terribilis decor atque animi venerabile pondus.* Constat, proprie de tauris dici; unde Graeci ταυρηδὸν βλέπειν· ut ap. Platon. Phaed. p. 68. E. Frf. dicitur Socrates ταυρηδὸν ὑποβλέψας πρὸς τὸν ἄνθρωπον, qui venenum bibendum adferret. - Simillimus autem nostro locus Aristoph. Βατρ. 816. Ἔβλεψεν ἂν ταυρηδὸν ἐγκύψας κάτω.

45. Pulchre respondent *labantes* pro, incertos, dubios, & *firmaret*, confirmaret in senten-

Interque maerentis amicos
Egregius properaret exſul.
Atqui ſciebat, quae ſibi barbarus
Tortor pararet: non aliter tamen
Dimovit obſtantis propinquos,
Et populum reditus morantem,
Quam

51. *Demovit* Lipſ. 4. *amicos* Farn. Lamb. omnes Pulm. unus Bland. & Mald. Cruqu. duo Berſm. Fran. Alt. 1. Lipſ. 2 a m. pr. & 4. Venet. 1492. Locher. Aſc. E v. 47. irrepſit.

ſententia, *conſilio numquam a. d.* inaudito. Cic. Off. III. 31. *Ex tota hac laude Reguli illud unum eſt admiratione dignum, quod captivos retinendos cenſuerit.* — *auctor*, ornat. — 47 48. *Inter m. a.* Cf. Sil. l. l. 395 ſqq. Quae figurarum complexio! — *properaret*, iret ad navim, qua reverti vellet; ſed pro eo quam vere & praeclare *properaret!* laetus, alacris, timens, ne ſententiam mutaret ſenatus, quique quamprimum cuperet maerentem hunc comitatum effugere. Deinde excellens plane eſt illud *exul*, qui, cum poſſet ſervari, praeferret exilium; isque *egregius*, unicus, cuius exemplo nullum ſimile exſtat. Elegans nota Porphyrionis: „*Eſt occultum antitheton*; maerentibus amicis egregium exulem *oppoſuit*, *quae figura eam vim habet*, *ut oſtendat*, *ingens miraculum fuiſſe in hoc*, *quod cum amici pro eo maeſti eſſent*, *ipſe tamen laetus ad hoſtes redierit.*„

49. *Atqui*, at vero, ut I. 23. 9. Cic. Off. III. 27. *Nec vero ignorabat*, *ſe ad crudeliſſimum hoſtem*, *&* *ad exquiſita ſupplicia proficiſci.* Pro ſuppliciis ſ. *tormentis*, quae ipſi Carthagine pararentur, doctius *tortor*, isque *barbarus.* De ſupplicio Reguli non conſentiunt ſcriptores vett. Vulgo eum aiunt reſectis palpebris, incluſum arca ſ. machina, undique acutis ſtimulis intus munita, necatum eſſe. Valer. M. IX. 2. Sen. provid. 3. Sil. l. l. 539 ſqq. Aliter Gell. VI. 4. Sed Regulum fato ſuo Carthagine mortuum, & illud de eius ſupplicio Romae confictum fuiſſe ad excuſandam

Quam ſi clientum longa negotia
Diiudicata lite relinqueret,
Tendens Venafranos in agros,
Aut Lacedaemonium Tarentum.

CAR-

54. *Diſiudicata* Mentel. Lipſ. 2. *reliquerat* Brod. 55. *Venefranos* error.

dam Romanorum & coniugis Reguli in Poenos captivos crudelitatem, docte aſſerit Palmerius exercitatt. in optim. auct. Gr. (Trai. 1694.) p. 147 ſqq. adſentientibus Weſſeling. & Geſnero. — 51. *Dimovit*, graphice! dum per *obſtantes* (quam praeclarum & hoc!) & orantes, ne abiret, *vi* tranſiit. Cf. Sil. l. l. 495 ſqq. — 52. & *populi* multitudinem, *morari* ſ. impedire conantem *reditus*, reditum eius ad naves. Quae imago! — *non aliter*, eo animo, eo ore, vultu, habitu, quaſi, ſenatorum & principum Romae ſuoque ipſius olim more, feriis iudiciorum indictis, animi a forenſi ſtrepitu ac taedio tandem aliquando recreandi gratia, ad amoenum praedium ruſticum ex Vrbe ſecederet. Hîc quis non delinitum ſe, quis non attonitum ac defixum ſentit? — 53. *relinquere clientium negotia* exquiſite patronus dicitur, cum Vrbem relinquit, ubi illorum cura hucusque diſtractus fuit. — *longa*, praeclare! ad taedium, tantoque dulciorem remiſſionem declarandam. — 54. *diiudicata*, transacta, finita. — 55. *Tendens* in fundum Venafranum, vel Tarentinum. Eleganti dilectu memorat amoeniſſimas Italiae regiones, ubi praedia haberent principes Romani, forte & habuiſſet Regulus; & quo navibus fere iretur. Cf. ad II. 6. 11 & 16.

CARMEN VI.

ARGVMENTVM.

Denuo maxime venerabilem hoc nobilissimo carmine se nobis impertit Horatius vates. Omnium calamitatum, quae hucusque imperium Rom. adflixerint, fontes esse duo *graviter ostendit*, religionis contemtum & morum corruptelam. *Itaque, si ad veterem gloriam & magnitudinem cupiat Roma reverti, & novas, forte maiores etiam, calamitates effugere,* frenum vult iniici evaganti licentiae, instaurarique priscam in Deos pietatem ac severam castamque disciplinam; *quibus solis artibus ad summum potentiae fastigium patria evaserit. Sed ex quo religionis contemtus, & naturali continuatione inde nata vitiorum licentia ac luxuria, civitatem invaserint, Romanique a maiorum, fortissimorum & sanctissimorum hominum, moribus ad impietatem & flagitium defecerint, omnia in peius ruere coepisse. --- Igitur* incipit a religione cultuque Deorum; *occasione haud dubie carminis sumta ab eo, quod Octavianus a. V. DCCXXVI urbi ornandae ac templis reficiendis multam curam impenderet, idemque a Romanis fieri cuperet (v. Dio LIII pr. Vell. II. 89. Sueton. Aug. 29. 30.); quo gratius illi esse oportebat tale exordium. Facilis erat inde ad primariam sententiam transitus. Sed ubi delatus est poëta ad* corruptos saeculi sui mores, *vehementissimo πάθει corripitur; acerrimeque inpr. inde a v. 21. insectatur* foedam libidinis & adulterii regnantem Romae infamiam; *qua non solum domi corrumpi videret familiarum decus, sed etiam enervari ac effeminari cives, ut non possent non cum ipsi molles esse, imbelles, inepti consilio ac rebus gerendis; tum prolem & procreare & educare ignavam, debilem, bello magnisque factis inutilem. --- Vix ullum aliud Horatii carmen a magnificentia ac vi tam sententiarum, quam imaginum & elocutionis, huic anteferendum. Tum illud, plane ut proxime antecedens,* prorsus romanum *esse apparet, totumque ingenio Horatii deberi. --- Comparari denique cum illo cupio nostri II. 15. cuius v. Argum. item Iuvenal. VI. & Germanorum Horatii, Vzii, lyr. IV. 9. Opp. poët. T. I. p. 156.*

AD

AD ROMANOS.

METRVM XVI.

Delicta maiorum inmeritus lues,
Romane, donec templa refeceris,
Aedisque labentis Deorum, &
Foeda nigro simulacra fumo.

Dis

AD POPVLVM ROMANVM:
IN ROMANORVM VITIA:
HORTATVR ROMANOS AD RELIGIONEM (AD RECTE VIVENDVM):
Vel tale quid.

3. *labantes* Basill. Male.

1. *Delicta maiorum*, h. impietatem in Diis ac templis vel violandis vel negligendis (cf. I. 35. 34.), *lues*, poenas eorum tu quoque feres. Vulgaris opinio, poenas maioribus debitas etiam ad posteros insontes pertinere; cf. I. 28. 30 & ibi not. — *immeritus*, insons, np. cum respectu ad delicta ista maiorum. Propriis enim flagitiis non erant Romani liberi. — *Romane*, pro, Romani! at quanto gravior individuus numerus! Male ad Augustum solum referunt quidam. — *templa*, quaevis loca inaugurata; unde explicative (v. ad II. 7. 9.) additur *aedesque D.* — *labentes*, quae labefiunt, ruinam minantur. Exhausta enim caedibus urbe multa templa deserta ac neglecta, multa per civilis belli licentiam direpta & combusta iacebant. Cf. Sueton. Aug. 30. *Aedes sacras, vetustate collapsas, aut incendio absumtas, refecit.* Id. cap. 29. *Sed & ceteros principes viros saepe hortatus est, ut monumentis vel novis, vel refectis & excultis, Vrbem adornarent.* Praeclare itaque exordium hoc valebat ad commendandum Augustum, eiusque consilium. V. Argum. & II. 15 extr. — 4. Versus fortis ac nobilis! *simulacra* sancta Deorum, *foeda*, sordida, *fumo nigro.* Fere hoc ad incendia templorum referunt; sed poëtam, si id voluisset, putem gravius locuturum fuisse. Neque cogitem de fumo a sacrificiis. *Fumus* omnino, ut recte Schol. exqui-

Dîs te minorem quod geris, imperas:
Hinc omne principium, huc refer exitum.
Dî multa neglecti dederunt
Hesperiae mala luctuosae.
Iam bis Monaeses & Pacori manus
Non

5. *quo* Mentel. 6. *Huc omne* mallet Torrent. *Hinc exitum omnem huc pr. refer* quidam edidere inepti correctores. 7. *dedere* Cun. 8. *luctuosa* var. lect. Ion. 9. *Monaesis* Lamb. ex Iann., Fa. 2 Vatt. Pulm. 1. 4. unus Bland. Div. Mald. Sil. Cruqu. Torr. e suis, libri Bersm. Lipss. Altt. Dess. 2. Venett. Locher. Vascos. Heins. Sed recte *Manaeses* ceteri codd. Asc. Basill. Fabr. Steph. Fab. Dacer. Bentl. Baxt. Est enim ap. Dion. & Plutarch. Μοναίσης. *Moneses* Cun. San. forte, quod in Appiani codd. scribitur etiam Μονέσσης (v. Fabric. ad Dion. XLIX. n. 116.). Aliae variett. sunt *Monessis*, *Monessi*, *Monesis*, *Monensis*, *Monaesus*, *Munaeses*. --- *Pachori*, *Pecori* aberr.

exquisite h. l. pro squalore s. situ vetustatis; quod neglectas religiones declarat: & *reficere*, ad simulacra relatum, pro purgare, nitori restituere. Denique eleganter hos vv. expressit Sarbiev. lyr. IV. 1. 4 sqq.

5. 6. Excellentissima sententia. *Quod* conditionem designat: eo quod s. dum *te minorem Dîs geris*, h. illos te superiores agnoscis teque agnoscere facto ostendis, i. e. eos pie colis ac veneraris, *imperas*, regnum orbis terrarum tenes. Cf. I. 12. 57. Apte laudatur Cic. Har. resp. 9 extr. *tamen nec numero Hispanos* cet. *sed pietate ac religione — omnes gentes nationesque superavimus*; item oratio Camilli ap. Liv. V. 51. — 6. *Hinc*, a Diis eorumque cultu, omnium rerum gerendarum *principium pete* (hoc enim eliciendum ex communi *refer*); *huc*, ad eosdem Deos, & adversus eos pietatem, *refer*, ab illis pendere, eorumque cultui respondere tibi persuade omnium rerum *exitum*. Alii aliter. — 7. Nam *Dii neglecti*, spreti, non rite culti (v. sup. 2 extr.) *multa mala dederunt*, immiserunt, *Hesperiae*, Italiae, *luctuosae*, quae magnum inde luctum suscepit. *Invenietis, omnia prospera evenisse* (nobis) *sequentibus Deos*, *adversa spernentibus*, Liv. l. l.

9 sqq. Commemorat primum illud impietatis genus, cum signa, prodigia, auguria,

Non auſpicatos contudit inpetus
Noſtros, & adieciſſe praedam
Torquibus exiguis renidet.

Paene

10. *Inauſpicatos* quid. Lamb. Lipſ. I. 3. Canter. N. L. V. 20. Maſſon. vit. H. p. 194. Vaicoſ. 11. *Noſtris* Priſcian. p. 891. quamquam ibi variant codd. mſſ. Sed admodum placet Bentleio: *noſtris*, h. Romanis, *contudit impetus*, quod minus vulgare ſit; & laudat (at quam inepte!) Serm. II. 7. 15. At melius etiam illi videtur *Noſtrorum*. Quando denique deſinent critici corrigere, ubi nil opus eſt? --- *impetus*, *Noſtros &* (ſc. torques) *adieciſſe* cet. diſtinguunt Scheffer. de torquib. p. 56. & Cun. qui laudat Epod. I. 15. Durius ſane hoc!

ria, ſpreviſſent duces Romani, & contra illa bellum vel proelium feciſſent; quod pro contemtu divini numinis, ſummoque piaculo, & ſic pro funeſtiſſimarum cladium cauſſa habitum; v. Valer. M. I. 1. I. 4. I. 6. Cuius rei triſtiſſimo iam Romanis & graviſſimo exemplo erant binae clades nuper a Parthis acceptae. — *Bis*, ſemel imperatore M. Craſſo, qui, plurimis prodigiis & exſecrationibus fruſtra monitus, contra Parthos profectus, cum maiore exercitus parte periit (v. Dio XL. 17-27. p. 128 ſqq. Flor. III. 11. Valer. M. I. 6. 11.): iterum M. Antonio, cuius primum legatus, Didius Saxa, cum legionibus interemtus a Parthis a. DCCXIV, duce *Pacoro*, Orodis regis filio, Phraatis fratre natu maiore, fortiſſimo & laudatiſſimo principe (Dio XLVIII. 24-26. p. 371 ſqq.); tum & ipſe a. DCCXVIII exercitum adverſus illos ductum perdidit (Dio XLIX. 24-31. p. 406 ſqq.); licet paullo ante eius legatus Ventidius Pacorum inſidiis circumventum viciſſet ac interfeciſſet (Dio l. l. 20. p. 404.). Itaque *Pacori manus* haud dubie ad cladem Antonii pertinet. At quis *Monaeſes?* Commemoratur quidem a Plut: vit. Anton. p. 932. D. Frf. *Μοναίσης, ἀνὴρ ἐπιφανὴς καὶ δυνατὸς*, qui, Phraatis ſaevitiam cum multis aliis fugiens, ad M. Antonium ſe contulit, ab illo magno honore habitus, ſed mox ad Phraaten invitatus rediit (v. Dio XLIX. 23. 24. p. 406.). Sed cum ab *hoc* Monaeſe nihil contra Romanos

Paene occupatam seditionibus
Delevit Vrbem Dacus & Aethiops:
Hic

14. *Deiecit* Mentel.

nos gestum memoret historia, maxime probabilis est opinio eorum, qui *Monaesen* Horatii eumdem esse aiunt cum *Surena* illo historicorum, qui Crassum delevit; *Monaesen* illum dictum esse nomine proprio, *Surenam*, ex Orientis more, nomen magistratus s. dignitatis fuisse, & designasse eum, qui apud Parthos domi militiaeque proximum a rege locum obtineret, summus eius legatus esset, regi novo diadema imponeret, summaque floreret auctoritate, potestate, magnificentia. V. Plutarch. l. l. p. 556. A. Tacit. A. VI. 42. Ammian. XXIV. 2. XXX. 2. & cf. Brisson. de regno Pers. lib. I. p. 174. Itaque *Monaeses*, eiusque exercitus, ad cladem Crassi pertinet, quam cum certe non omissurus erat Horatius, tum vix alii ac Surenae tribuere poterat. *Monaeses* nomen apud Parthos sollemne ac nobile (ut *Vologaeses*), forte & illustri alicui familiae proprium fuisse videtur. Certe alius Monaeses est ille Antonii amicus; nam Monaeses Surena paullo post cladem Crassianam a rege interfectus. — 10. *impetus* pro expeditione in Parthos. — *non auspicatos*, contra auspicia factos; quod inpr. ad Crassum pertinet. — *contudit*, fregit; IV. 3. 8. — 11. 12. En elegantissimam picturam, sed eamdem invidiae plenam! *Torques* gestasse apparet Parthos bello bene meritos, quemadmodum Gallos ac Germanos. Itaque Parthus *adiecit praedam torquibus*, docte pro, auxit s. maiores & ornatiores fecit torques suos ex praeda nobis detracta, ex auro, argento, gemmis equitum Rom. cet. Sed pro simpl. *adiecit* quam graviter, *adiecisse* se *renidet*, μειδιᾷ, subdole ridet, hiscente ore ostensisque dentibus (v. Burm. ad Val. Fl. IV. 234.); quod irridentis & arrogantis est. — *exiguis* antea, ad augendam invidiam.

13 — 16. Gravi cum dilectu iam etiam poëta summum periculum & capitalem calamitatem, quae imperio R. a M. Antonio & Cleopatra ante pugnam Actiacam impendisset, tribuit Romanorum impietati; np. sce-

Hic classe formidatus, ille
  Missilibus melior sagittis.
Fecunda culpae saecula nuptias
Primum inquinavere, & genus, & domos:
Hoc

18. *domus* Helmst.

sceleri bellorum civilium (v. Arg. I. 2. vit. H. ad a. 731. cet.), quibus irasci Deos monuissent tot prodigia, sed a Romanis essent neglecta. Verum, ut solet, Antonio hîc etiam parcit (v. Arg. I. 37.): &, cum ille, praeter legiones Romanas, haberet in exercitu suo multa gentium barbararum auxilia (v. Virg. Aen. VIII. 685.); commemorantur ex his docte & cum invidia *Daci* & *Aethiopes*. *Dacos*, bellicosum ac timendum Romanis populum (I. 35. 9. Virg. Ge. II. 497.), fecisse cum Antonio, constat e Dion. LI. 22. p. 460. Item teste Plut. Ant. p. 945. B. rex Getarum, Dicomes, magna illi auxilia promiserat. *Aethiopia* parebat etiam Antonio, Plut. Ant. p. 944. C. Sed simul h. l. eo nomine docte contineri *Aegyptus* videtur; cum *Aethiopes* prisco tempore omnes australes ad Oceanum populi dicerentur; Strab. I. p. 33. Cf. Virg. Aen. VIII. 704. — *paene delevit Vrbem*, Imperium; cf. I. 37. 6-8. — *seditionibus*, bellis civilibus, *occupatam*, impeditam, laborantem. In *hoc* erat scelus. — 15. *Hic*, Aethiops, *classe formidatus*, potens. Erat Antonii & Cleopatrae classis D, vel ut alii, DCCC navium, earumque horrendae magnitudinis. — 16. *melior*, magis timendus, *κρείττων*, ut I. 15. 28. Populi trans Istrum inter optimos sagittarios erant. Docte autem his duobus vv. declaratur duplex periculum Romae imminens, & *mari* & *terra*.

17. Vid. Argum. *Culpa*, flagitium, verecunde pro stupro. Vulgare erat: flagitia, quibus aetas nostra fecunda est — *inquinavere*, polluerunt denique etiam *nuptias*, matrimonii sanctum foedus; & sic *generi* ac ortui prolis Romanae turpitudinem, *domibus* s. familiis infamiam attulerunt. — *primum* designat principium, ex quo deinceps, tamquam *fonte* cet. Cf. ad rem Catull. CIX. *Consule Pompeio* cet. —
19. Or-

Hoc fonte derivata clades
In patriam populumque fluxit.

Motus

20. *populum patriamque* Helmst. Insolens multis visa haec iunctura *In patriam populumque*, quia inter *patriam* & *populum* nil intersit, & sic tautologia oriatur non ferenda. Itaque *Inque patres populumque* emend: & ed. Bentl. & densis, ut ipse ait, phalangibus locorum ostendit, quod sane sciebamus, *patres & populum* dici posse, & dici in scriptoribus. Sed nihilominus *hoc loco*, ut recte vidit Gesn. neque opus, neque aptum, neque aulicum erat, memorare *patres*. Non alienum fuisse a consuetudine veterum iungere „ patriam & populum „ e locis Ovidii & Iuvenalis apparet, quas in Obss. dedimus; nam quod in his etiam Bentl. contra omnes codd. legi vult *patribus*, id summae temeritatis est. Denique nil usquam interesse inter patriam & populum, illud videant unde defendant VV. DD. v. Obss. — *In patriam populosque* coni. Cun. & recepit San. qui „ patriam „ explicat Vrbem, comparans I. 2. 4 sq. *terruit Vrbem, terruit gentes;* it. Martial. XII. 3. *Ad populos mitti qui nuper ab Vrbe solebas.* — *In proceres populumque* emend. Du Hamel. — *In patriam procul ampla* coni. With. His omnibus non opus.

19. Ornate respondent inter se *fonte*, *derivata* & *fluxit*. — *clades*, h. ultima pernicies. 20. Vehementer offensi sunt VV. DD. tautologia, quam in *patria* & *populo* inesse crederent, & inprimis arguatur Bentl. Sed neutiquam simpliciter synonyma sunt *patria* & *populus*. *Patria*, quatenus est ipsa respublica, cum partibus suis, maiestate, dignitate, securitate & salute publica, annon distingui & potest & debet a *populo* s. civibus? Sic discernuntur sup. I. 2 25. *ruentis Imperi res* a *populo*, & ap. Virg. Aen. II. 191. *Priami imperium* a *Phrygibus* s. Troianis. Item diserte iungunt *patriam* & *populum* Ovid. Met. XV. 572. (omen) *patriae laetum populoque Quirini;* & Iuvenal. XIV. 70. *Gratum est quod patriae civem populoque dedisti.* Neque igitur opus h. l. vel emendare (v. V. L.) vel *patriam* explicare Vrbem s. Romam, vel, quod multo peius, Senatum, ex Gronov. ad Liv. XXV. 6. v. Bentl. — Ceterum ad sententiam cf. Iuven. VI. 292. *saevior armis luxuria incubuit — Nullum crimen abest facinusve libidinis, ex quo paupertas Romana perit* cet. Ceterum illam adulteriorum pestem post id tempus Augustus gravibus multis severisque legibus latis coërcuit.

Motus doceri gaudet Ionicos
Matura virgo, & fingitur artibus:

Iam

21. *Ionios* Cun. 22. *M. virgo, fingitur a.* omisso & Cun. Ion. *fingitur artubus* (artus s. membra eius finguntur ad molles motus & gestus) legerunt iam Acr. & Porphyr. qui diserte: „*artubus* legendum, quia non venit a nominativo *artes*, sed *artus*.„ Item sic duo Blandd. Div. Mald. Cruqu. quidam Lamb. omnes Torr. praeter unum, plurimi Bentl. duo Bersm. Pulm. 1. Mentel. Fran. Lips. 2 a m. pr. 3. 4. Dess. 2. Venett. Locher. Ascens. Basill. Torr. Cruqu. Steph. Fabr. Fab. Rutg. Burm. Dacer. Baxt. Sivr. Vid. & Burm. ad Ovid. A. A. III. 351. *frangitur artubus* quid. Lamb. unus Torr. Pulm. 5. quid. Bentl. & defendit inpr. Heins. ad Claud. Eutr. I. 262. quatenus „fractum„ est molle, flexibile, resolutum. — *fungitur artubus* Mart. Cruqu. — *fingitur artibus* Iann. unus Vat. & quidam alii Lamb. Pulm. 2. 3. 4. unus Bland. & Sil. Cruqu. unus Bersm. Lips. 1. 2 (pro var. lect.). Alt. 1. Helmst. Heins. Lamb. Bentl. Ion. Cun. San. Subtilis iudicii esse videtur, veram lectionem in hac varietate dignoscere. Illud facile intellectu, *fingitur* tam praestare auctoritate, quam huic l. aptius esse. Sed utrum *artubus* praestat, an *artibus?* Mihi *artibus* magis placet, quod & iam Porphyrionis aetate in plurimis codd. fuisse, illius nota prodit. Nam primum rectissime viderunt Lambin. & Bentl. poëtae scribendum fuisse *fingitur artus*, non *artubus*. Quod enim laudant Virg. Aen. VIII. 634. *corpora fingere lingua*, id plane ineptum. Deinde „fingitur artubus„ nil amplius declarat, quam, quod iam ante dictum erat; cum *fingitur artibus* novam sententiam det, iis, quae sequuntur, praeclare convenientem. V. Obss.

21 sqq. Acerrime persequitur nobilis poëtae indignatio perversam iuventutis Romanae, inpr. filiarum, educationem, qua ad omnem mollitiam ac nequitiam instituerentur; quae ipsa origo esset illius adulteriorum infamiae ac dissolutae morum licentiae. Cf. sup. Argum. c. 2. — *Motus* & *moveri* elegantior usus, etiam pedestris, dicebat pro saltatione & saltare. Serm. I. 9. 24. A. P. 232. Virg. Ge. I. 350. Similiter Graeca elegantia ponit κινεῖν & κίνησις. — *Iones* prae ceteris infames opprobrio mollitiae Asiaticae, quam etiam eorum musica, saltatio & poësis spirabant. Inprimis saltationes eorum admo-

Iam nunc & incestos amores
De tenero meditatur ungui.

Mox

23. *Iam nunc* iungendum cum sqq. & distinguendum post *artibus*, ut recte Locher. Bentl. cet. Alii post *nunc* inciderunt. — *Iam tunc* & emend. San. Et sic Sivr. Nescio cur?

admodum delicatae & lascivae, libidinosa gestuum petulantia insignes. Vnde διακινεῖν Ἰωνικῶς, Aristoph. Θεσμ. 170. ubi Schol. ἁβρῶς, τρυφερῶς· τοιοῦτοι γὰρ οἱ Ἴωνες. — *gaudet doceri* pro, docetur; sed quam praeclarum illud *gaudet!* — 22. Eo & turpius & periculosius ei est, tales motus addiscere, quod *matura* est. Nam antiquo illo tempore, quod fuit optimis moribus, Romae non nisi puerilis aetas, exercendi corporis caussa, in ludum saltatorium commeabat. Omnino, licet ista aetate saltare, per festos inprimis dies, per se non indignum aut turpe esset ingenuis pueris & virginibus, adultis quoque, ipsisque matronis & summis viris: at erat illa saltatio simplex, decens, non curiosa usque ad artis perfectionem ac mollem elegantiam, quae, feminis praesertim, turpitudini adeo erat, relinquendaque putabatur histrionibus & pantomimis. Tum filiae adultae summa cura custodiebantur, nec nisi ad oeconomiam, operasque muliebres caste instituebantur. Sed post in corrupta civitate saltationis etiam delicatior elegantia invaluit, illique virgines omne studium tribuerunt. Quam mutata facies! — Comparentur vero cum his Macrob. Sat. III. 14. Sallust. Catil. 23. *saltare elegantius, quam necesse est probae*; de Sempronia. It. Sen. tranqu. 15. *Scipio triumphale illud & militare corpus movit ad numeros, non molliter se infringens, ut nunc mos est* cet. — *fingitur artibus* (dat.) pro, ad artes, h. lenocinia & omnes illas illecebras, quibus pelliciant in amorem viros; quo v. c. pertinent incessus, vox, cantus, vultus, gestus, protervitas cet. Sic *artes* ap. Ovid. Am. II. 10. 6. Propert. I. 4. 13. item v. inf. IV. 13. 21. — 23. *& iam nunc de tenero ungui*, inde a prima iuventute (notum Gr. ἐξ ἁπαλῶν

Mox iuniores quaerit adulteros
Inter mariti vina: neque elegit,
Cui donet inpermiſſa raptim
Gaudia, luminibus remotis;
Sed iuſſa coram non ſine conſcio
Surgit marito, ſeu vocat inſtitor,

Seu

26. *nec* Lipſ. 4. 27. *intermiſſa* Acr. (dum expl. „interlaſſata„) Pulm. 1. Bentl. 10. Lipſ. 1. *improviſa* lib. vet. Ach. Stat. teſte Muret. Pulm. 5. Sax. h. prorſus ignoto homini, nec ſperanti quidem. Vulgata multo aptior quoque. 28. *Oſcula* duo Lamb. 30. *cum vocat* unus Bland. Cr. Alt. 2.

ἁπαλῶν ὀνύχων), *meditatur*, in animo & votis habet, parat ſe ad *amores inceſtos*, flagitioſos. Forte epitheton!

25—32. Summae turpitudinis & impudentiae imago! in qua vide ut creſcant probra. *Mox*, ubi nupta eſt, *iuniores* marito ſuo *adulteros*, amatores (ut inf. 16. 4.), *quaerit*. Non opus eſt, ut urgeatur eius caſtitas: ipſa adulteros allicit & invitat. — 26. idque *inter vina*, coenam *mariti*. Cf. Ovid. A. A. I. 565 ſqq. — *neque eligit* forte amatorem, ſed ſine dilectu obvium quemque rapit, dum ab eo lucrum ſit. — 27. *gaudia*, de re Venerea verecundum & honeſtum verbum, quo in tam gravi carmine uti decebat. Sic *gaudia* ſaepiſſime ap. Ovid. & Tibull. — *impermiſſa*, nove, ſed praeclare, cum reſpectu ad cenſorem. Alias *inconceſſi ignes*, Ovid. M. X. 153. *inconceſſa voluptas*, id. Am. III. 4. 31. *inconceſſi Hymenaei*, Virg. Aen. I. 651. — *raptim*, furtim & celeriter, item *luminibus remotis*, aliquid ſaltim pudoris declarant; at neque hoc ſervat Romana, *ſed coram*, in conſpectu convivarum, *iuſſa*, evocata ab adultero, *ſurgit* de lecto, illumque ſequitur, *conſcio* ipſo *marito*; o infamiam! ipſe maritus leno! Cf. Iuvenal. I. 55 ſqq. *Cum leno accipiat moechi bona — doctus ſpectare lacunar, doctus & ad calicem vigilanti ſtertere naſo.* Vid. & Suet. Aug. 69. 2. — 30. *Inſtitor* dictus antiquis, qui eſſet praefectus (*inſtaret*)

 nego-

Seu navis Hispanae magister,
Dedecorum pretiosus emtor.

Non

32. *Dedecoris* Ment. Dess. 2. minus poëtice.

negotio, gerendo, h. negotiationem quamcumque & mercaturam vel domi vel peregre, *domini nomine*, exerceret (Gall. *facteur*, *commis*). Cf. L. 3. L. 5. L. 15. D. de institor. act. Plerumque servi erant tales, aut libertini, interdum & ingenui, de plebe. Erant itaque & institores, qui Romae nomine patroni singulatim venderent in taberna merces, vel circumferrent etiam. Solebant hi quidem, inprimis, quos Plaut. Aulul. III. 5. 51. *nugivendos* dicit, quo placerent matronis & puellis, elegantes esse, molles, discincti: & cum omnino institores multum sibi ipsis etiam & uberem quaestum comparare possent, essentque, ut fit, prodigi, facile tales, in illa morum corruptela, in amicitiam nobilium Romanorum, inque amorem feminarum rapacium sese insinuabant. Vid. Ovid. A. A. I. 421. Remed. 305. Propert. IV. 2. 38. & ibi Broukhus. Talis institor cogitandus; & facile sentitur, quae inest, ignominia. — 31. *magister navis* possit esse mercator s. dominus navis; numquam enim, etiam, cum maxime florebat, in magno honore Romae mercatura fuit. Sed rectius & gravius h. l. intelligitur is, cui vel dominus navis, vel eius vicarius exercitor, totius navis, qua merces exportantur & importantur, curam mandavit (hodie *Schiffskapitaen*); ex L. 1. pr. D. de exercitor. act. Cf. Burm. ad Petron. 101. *Hispana* autem navis arguit mercatorem Hispanum, qui navim cum mercibus Romam misisset: nam erant multi in provinciis quoque mercatores; atque inprimis etiam inter Italiam & Hispaniam frequens mercatus erat. Cf. I. 31. 14. Iam, cogitemus, quam vile fuerit ap. Romanos omne nautarum genus, & h. l. designari praeterea exterum ac barbarum. Comp. autem similis l. Epod. XVII. 20. — 32. *pretiosus emtor*, exquisite pro, qui magno pretio emit *dedecus*, flagitium.

Non his iuventus orta parentibus
Infecit aequor sanguine Punico,
Pyrrhumque & ingentem cecidit
Antiochum, Hannibalemque dirum:
Sed

35. *Pirrum*, *Pyrrum* errores. 36. *durum* 4 Torrent. Pulm. 4. 5. Sax. Brod. Lips. 2. a m. s. Locher. Flor. Zar. & quid. alii mss. & edd. Sed *dirum* Comm. Cruqu. plurimi Bentl. omnes Lamb. Cruqu. Bersm. & nostri, Venet. Asc. Basill. Steph. Fabr. T. Fab. Heins. Bentl. Baxt. Cun. Ion. San. Probatur etiam e Quinctil. VIII. 2. & h. l. vim maiorem habet, cum sup. II. 12. 2. diceretur „Hannibal durus.„ V. Victor. varr. lect. II. 24. — *Hannibalem*, non *Annibalem*, scribendum esse, iam monitum ad. II. 12. 2.

33 sqq. Picturae morum saeculi sui praeclare adnectit contrariam morum priscorum imaginem; quod & summam ad pathos vim habet & artem poëtae maximam declarat. De sententiarum nexu vid. Argum. Comp. Vzii carm. I. 43 sqq. & I. 16. 39 sqq. Opp. T. I. p. 39. — *Non his*, talibus, *parentibus orta*, nata erat *iuventus* (v. sup. 5. 18.), quae *infecit* cet. Generale erat: quae olim atrocissimos Romae hostes terra marique devicit, & maxima bella gessit. Sed, ut decebat poëtam, docte enumerat quatuor bella, quibus antiqua virtus Romana inprimis eluxisset; sed vide, quomodo singulum exornarit. — 34. Bellum Punicum primum. — *infecit*, tinxit; cf. II. 12. 2. *Siculum mare Poeno purpureum sanguine*. — 35. Bellum Tarentinum, quod designat *Pyrrhus*, Epiri R. Tarentinorum socius, a Curio & Fabricio victus. Flor. I. 18. — 36. Bellum Syriacum declarat *Antiochus*, Syriae R. Magnus vulgo dictus, ab Hannibale in Romanos concitatus, sed mari ab Aemilio Regillo, terra ab Acilio Glabrione & Cornelio Scipione devictus. Flor. II. 8. *Ingens* neque esse putem pro cognomine Magni, nec pertinere ad ipsius regis virtutem (erat enim, teste Floro, ignavus, qui proelium nec spectare posset), sed ad ingentes ac terribiles eius opes, quas idem Florus describit. Bellum Punicum II designat *Hannibal*, ut II. 12. 2. *dirus*, quatenus ipsum eius nomen horrorem moveret. Sic IV. 4. 42. *dirus Afer*.

Sed rusticorum mascula militum
Proles, Sabellis docta ligonibus
Versare glebas, & severae
Matris ad arbitrium recisos

Portare

38. *Pubes* Fran. 39. *severi Patris* Dess. 2.

37 sqq. Inter consummatissimos ex tota antiquitate locos numeranda haec veteris disciplinae imago. — *proles*, iuventus, *mascula*, robusta, dura, non infracta vel parentum mollitie, vel sua; praeclare! — *rusticorum militum*, procreata a fortibus militibus, qui, quod a militia vacuum esset, omne tempus agro suo colendo impendebant. Veneranda idea! — *docta*, assueta improbis ruris laboribus. Hoc praeclare exornavit. — *ligo*, μάκελλα, instrumentum rusticum ferreum, cuius ictu terra eruitur (nobis *Hacke*); cui apte convenit *versare*, invertere, *glebas*. Cf. V. 5. 30. Docte hoc pro generali *agrum colere:* cum & multis Italiae locis ager ita bonus ac pinguis sit, ut arari non debeat, sed tantum ligone aperiri; v. Grosley Memoires & Observations sur l'Italie, Vol. II. p. 215. Cf. Lucan. I. 169. *rura antiquos Curiorum passa ligones.* — *Sabelli* docta inversione dicuntur ipsi *ligones*, quibus *Sabelli* s. Sabini utuntur, s. quibus ager Sabinus colitur. Cf. not. ad I. 20. 9. Rustici Italiae populi frugalissimi & laboriosissimi, ut Ligures, Marsi, Appuli, Sabini, Samnites, erant iidem fortissimi milites. Cf. Virg. Ge. II. 167. *genus acre virum, pubemque Sabellam, assuetumque malo Ligurem.* Et v. 472. *patiens operum, exiguoque assueta iuventus.* Nec piget adscribere nobilissimum locum Veget. I. 3. *Aptior armis rustica plebs, quae sub dio & in labore nutritur, solis patiens, umbrae negligens, balnearum nescia, deliciarum ignara, simplex animi, parvo contenta, duratis ad omnium laborum tolerantiam membris; cui gestare ferrum, fossam ducere, onus ferre, consuetudo de rure est.* — 40. Illud *severae m. ad a.* meo sensu habendum in pulcherrimis ad ἦθος coloribus, qui umquam imagini

Portare fustis, sol ubi montium
Mutaret umbras, & iuga demeret
Bobus fatigatis, amicum
Tempus agens abeunte curru.

Damno-

43. *Bubus*, sollemni varietate, quid. mss. & edd.

gini poëticae adficti sunt. Quod iam olim Scholiastae perceperunt. Praeclare (bene & moraliter, ait Acr.) pingitur cum patientia laboris & frugalitas, tum vero pietas & simplicitas rusticorum hominum, qui, quamquam adulti iam essent (& vel milites), tamen matrem revererentur, eius parerent imperiis, iram timerent. Vnde divinum epitheton *severae!* Tam sancta auctoritas & potestas patrum non solum sed & matrum apud simplices & incorruptos homines! tam bene constitutae ac ordinatae familiae! — *ad arbitrium*, cum vi pro, iussu. — 41. *fustes* exquisite pro lignis ad alendum in foco ignem, quae iussit mater *recidi*, caedi, & domum portari. En in his picturam! Erant Sabinae matres familias laboriosae & ad rem attentae; v. Epod. II. 41. — *ubi*, cum s. quando *sol abeunte curru*, h. occidens (ut Epist. I. 16. 7.), *umbras montium mutaret*, longiores faceret. Cf. Virg. Ecl. I extr. II. 67. *sol crescentes decedens duplicat umbras.* Suavissima & venustissima in his vv. descriptio ingruentis noctis otiique vespertini, eademque prorsus rustica, & sic huic l. aptissima. Simul eo augetur idea, quod filii, peracto iam diurno opere (nos dicimus, *zum Feierabend*), non prius, ne quid illi detrahatur, ligna adhuc praeterea caedere iubentur. — 42. *iuga demere*, detrahere, ornate dicitur sol discedens. Eleganter Graecis vespertinum tempus vocatur βούλυσις s. βουλυτός, cum boves aratro solvuntur. Cf. Epod. II. 63. Virg. Ecl. II. 66. ubi eaedem ideae sociatae. — *amicum*, gratum, φίλον, ob requiem. — 44. *abeunte curru* non iungendum cum *agit* s. adfert, sed absolute accipiendum, ut iam dictum.

Damnosa quid non inminuit dies?
Aetas parentum, peior avis, tulit
Nos nequiores, mox daturos
Progeniem vitiosiorem.

.CAR.

45. *Annosa* emend. & ed. Cun. ingeniose! at nulla necessitate. *imminuis* lib. vet. memoratus Klotzio, lectt. Venus. praef. p. 15. Maiorem vigorem ego non video.

45. Generosus ac gravis exitus! in quem abripitur poëta tam aureae aetatis desiderio atque ad sua tempora comparatione. — *dies* pro tempore. — *damnosa*, damnum afferens, quatenus *imminuit*, h. corrumpit, in peius mutat omnia. In vv. 46 - 48 cui non observatus climax? Sed quanto admirabilior & brevitas, qua quatuor hominum aetates tribus versibus includuntur, & vero in compositione concinnitas! ut vix perfectius exemplum periodi poëticae exstare putem. — *avis*, avorum aetate. — *tulit*, protulit s. procreavit *nos nequiores*, deteriores. — *daturos*, edituros. — *mox*, quam vere! si cogites aetatem Tiberii.

CARMEN VII.

ARGVMENTVM.

Dulce & venustum odarion, sed idem Horatii animo valde honorificum. Gyges (fictum haud dubie nomen, quemadmodum Asterie & Enipeus), videtur fuisse nobilis Romanus, forte eques, Horatii idem familiaris, qui negotiationis vel mercaturae gratia in Asiam profectus, in reditu tempestate coactus esset ad Epirum appellere, ibique hiemem transigere. Maesta erat ac sollicita absentis desiderio tenera coniux, forte nuper demum nupta, ac praecipue verebatur, ne alieno amore maritus per absentiam caperetur. Inprimis hac parte timebat Chloën quamdam Oriciam, cuius cum marito Gygi hospitium erat, cuiusque mores Romae notos fuisse oportet. Interea Romae ipsam Asterien tentabat eques quidam Romanus, multis virtutibus insignis. Favebat ei solitudo & maeror feminae, neque ipsa satis cavere ab eius insidiis videbatur. Muliebrem animum non norit necesse est, qui haec non possit inter se conciliare. — Itaque Horatius consolatur Asterien de mariti absentia, illique, nullis Chloës artibus labefactari Gygis fidem aut minui amorem in ipsam tenerrimum posse, non modo, quia norat amicum, spondet ac in se recipit, sed etiam certis nunc documentis compertum habuisse videtur. Deinde hoc ipso momento utitur ad hortandam Asterien, ut mariti tam fidelis gratia & exemplo ipsa quoque a peccandi illecebris studiose caveat. — *Quod I. F. Schmid. V. C. putat, Horatio propositum fuisse, delicato artificio tentare Asteries fidem, &, si posset, in sui amorem pellicere, id mihi quidem ut sic videretur, nondum a meo sensu, ubi intento animo carmen perlegi, impetrare potui. Totus carminis habitus ad nil minus, quam ad nequitiam compositus est. Cur quaeso in Horatium ita iniusti simus, ut eum semper aliquid monstri alere suspicemur? — At Cl. Sivry e nominibus Asteries, Chloës cet. ut solet, non modo, esse hanc oden versionem graeci carminis, sed alia etiam multa admirabilia derivat, quae nunc non vacat excutere. — Ipsum carmen multas & magnas virtutes habet; sive sensus teneros, simplices, suaves, eosdemque veros ac nobiles, sive consolandi & hortandi urbanitatem, sive denique elocutionis venustatem, ornatum, versuumque mollem structuram spectaris. Comparari autem cum eo a studiosis cupio Summi Ramleri plane aureum car. lyr. XXIV. ad Deliam.*

AD ASTERIEN.

METRVM XIX.

Quid fles, Asterie, quem tibi candidi
Primo restituent vere Favonii,
Thyna merce beatum,
Constantis iuvenem fide,
Gygen?

ASTERIEN HORTATVR AD SPEM ET HONESTATEM Edd. vett. AD ASTERIEN MERETRICEM in mss. reperit Lamb. unde eam negat matronam fuisse. Sed e librarii iudicio quid tandem sequitur?

3. *Thynna* Land. Asc. Vid. Obss. 4. *constantis* omnes, quotquot exstant, codd. mss. *fidei* (disyll.) 2 Vatt. Cler. unus Russard. & unus Nicot. Lamb. omnes Torrent. & Pulm. codd. Blandd. Mald. Sil. Cruqu. Bentl. plerique, duo Bersm. Mentel. Fran. Lipss. Dess. 2. Alt. 1. Helmst. Sax. Gott. Zar. Flor. Et sic Cruqu. Torrent. Heins. *fidi* Torn. Lamb. Div. Cruqu. Bentl. 3. *fide* Iann. 2 Vatt. Vrs. Lamb. Mart. Cruqu. codd. Fabr. Alt. 2 (cum nota: „pro fidei„). Sic Asc. Mancin. Land. Basil. 1531. Venet. 1590. Fabr. Bentl. Cun. San. Ion. Baxt. Sivr. Scilicet *fidei* contracte olim pronuntiatum nunc *fidi*, nunc *fide*. Vid. Gell. IX. 14. Prisc. VII extr. Voss. Anal. II. 19. Sic casu secundo antique *die*, Virg. Ge. I. 208. *fide*, Ovid. M. III. 341 (ubi v. N. Heins.). VI. 506. VII. 728 cet. Et *fide* casu tertio noster Serm. I. 3. 95. Itaque forma antiqua, ut doctior, recte h. l. praefertur; pro qua facile ex interpretamento irrepsit *fidei*. Denique *constanti* — *fide* Venett. 1478. 1492., Locher. Ro. & H. Stephh. Fab. Dacer. Haud dubie ob *fide*, quod pro ablativo habitum, inductum *constanti*.

1. *Quid fles*, elegans principium, ex miseratione & leni increpatione, demulcendo animo muliebri aptissimum. Sic Prop. II. 20 pr. — *Quid fles Gygen*, Gygis absentiam. Desiderii impatientiam consolatur a temporis & brevitate & amoenitate. — *candidi*, sereni, h. qui caelum serenant; ut *clarus Aquilo*, Virg. Ge. I. 460. Contra *nigri venti*. — 2. *Favonii* proprie adversum tenent e Graecia in Italiam navigantibus; itaque h. l. *restituunt* s. reddunt

Gygen? Ille Notis actus ad Oricum
Post insana Caprae sidera, frigidas

Noctis

5. *iactus* Lipf. 4. *vectus* Helmst. *Oricon* Cun.

reddunt Gygen, quatenus sunt veris comites, caelum mitigant, mare aperiunt. Sic Epist. I. 7. 13. — *primo*, egregie ad consolandum. — 3. Novum solatium! — *beatum*, divitem, redeuntem cum navibus onustis *merce*, mercibus. — *Thyna*, docte pro, Bithyna. *Thyni* & *Bithyni*, proprie diversi, sed cognati & finitimi populi, e Thracia oriundi, unde in Bithyniam commigrarunt; Strab. XII. p. 541. ubi vid. Casaub. In Bithynia quidem ita consederant, ut oram omnem, quae esset beatissima provinciae pars, Thyni, interiora Bythini tenerent; Plin. V. 32. Sed vulgo communi nomine universa gens Bithyni appellati; v. Claud. Eutr. II. 246. *Thyni Thraces erant, quae nunc Bithynia fertur.* Florebat autem Bithynia mercatura copiosa & nobili, tam ob situm opportunum, quam ob merces varias ac pretiosas, quae & in ipsa vel provenirent, vel fabricarentur, & e cetera Asia eo confluerent. Vid. Voss. ad Catull. XXIII. 7. p. 63 sq. Vnde frequenter eo commeasse mercatores Romanos notum; v. I. 35. 7. Epist. I. 6. 33. Ibi ergo & Gyges fuit. Male cogitant quidam de *Thyno*, Ciliciae civitate (Plin. V. 27.); alii de *thynnis* piscibus, quorum captura inprimis ad Byzantium in Bosporo. — *constantis fide*, fidelem recipies; praeclare! v. V. L.

5. *Notis*, cf. I. 3. 14 sqq. — *actus*, compulsus, delatus. — *Oricum* s. *Oricus* (hodie *Orso*), oppidum & portus Epiri, colonia Colchorum; Plin. III. 23. Non procul erat Dyrrhachium, unde solebat e Graecia in Italiam ad Brundisium traiici; sed non poterat illuc venire Gyges. — 6 *sidera* poëtice pro, sidus. *Capra* stella magna & lucida in humero sinistro Erichthonii s. Aurigae; subter quam, in eius manu, *Haedi*. Iam, quemadmodum hi, sic & illa ortu suo tempestates excitare credebatur; unde *insana*, ut sup. 1. 27. *saevus impetus*; & *post* h. post ortum. Oriri autem Plin. XVIII. 13. dicit Capram, IV Cal. Oct. Haedos

Noctis non ſine multis
Inſomnis lacrimis agit.
Atqui ſollicitae nuntius hoſpitae,
Suſpirare Chloën, & miſeram tuis
Dicens ignibus uri,
Tentat mille vafer modis.

Vt

8. *Inſanis* Lipſ. 4. 9. *Atquin* omnes fere libros vett. exhibere ait Lamb. & ſic edidit. Sed nil tale repererunt alii. 10. *Cloën* error.

dos poſtridie. V. Colum. XI. 2. 94. In ſqq. ſingula exquiſitum ac tenerum πάθος habent. Quid uxori ſuavius dici, quid ad eam molliter movendam, atque in amoris mutui fide confirmandam efficacius eſſe poterat? *frigidas*, ſolas, docte pro, ipſe frigidus ſ. ſolus; nam ſollemnia *frigus* & *frigidus* de eo, qui ſolus cubat, μονοκοιτεῖ. Tibull. I. 8. 39. *quae frigore ſola dormiat.* Ovid. Her. I. 7. *deſerto iacuiſſem frigida lecto.* — 7. *non ſine*, cum *m. l.* & *inſomnis* praeclare ad exprimendum amoris deſiderium. Cf. Tib. I. 2. 76. *cum fletu nox vigilanda venit.* it. Virg. Aen. IV. 529. — 8. *agit*, exigit ibi.

9. *Atqui*, at vero, ſervit h. l. *occupationi*, dum id, quod maxime angebat Aſterien (v. Argum.), proponit poëta, quo magis eluceſcat Gygis fides, tantoque fortius ſit illud *fruſtra*, v. 21. *nuntius*, internuntius, leno. Cf. Terent. Eun. II. 2. 56. Feſtive Cl. Sivry expl. *un courier*, quia Chloë in Thracia fuerit (inf. 9. 9.), Gyges Orici. — *ſollicitae h.* amantis, amore aegrae. Sic Ovid. Her. XVIII. 196. *ſollicitus amor.* *Hoſpita*, ipſa Chloë, cuius domi hoſpitabatur. Pro ratione vulgari: *nuntius Chloës hoſpitae dicit* illam *uri*, venuſtiſſima converſione: *nuntius hoſpitae* (generale praemittitur) *dicit*, Chloën *uri.* — *tentat*, ſollicitat eum ad amorem, πειρᾷ, *mille modis*, artibus, lenociniis, dum nunc *dicit*, *ſuſpirare* eam cet. nunc *refert*, *ut Proetum* cet. Sic continuantur ſenſus. Nunc blanditiis eum capere, nunc minis terrere ſtudet. — *vafer* pro vafre, callide, aſtute. — *ſuſpirare*

rare

Vt Proetum mulier perfida credulum
Falsis inpulerit criminibus, nimis
Casto Bellerophonti
Maturare necem, refert.
Narrat paene datum Pelea Tartaro,
Magnessam Hippolyten dum fugit abstinens:
Et

13. *Praetum*, *Pretum*, *Proethum*, *Protheum* aberratt. *Proeton* Cun. 15. *Bellorophonti*, *Bellorofonti* errores. 18. *Magnesam* quidam.

rare (etiam *aliquem*, *in aliquo*) sollemne de amantium desiderio, ut Gallorum *soupirer*; velut Lucret. IV. 1185. Catull. LXI. 97. Tibull. I. 6. 35. Ovid. F. I. 417. — *miseram* pro *eam*; sed quam exquisite & molliter! — *ignibus tuis*, amore, qui *tibi* convenit; h. eam Gygen amare, quod tuum est. Hoc ultimum poëta ad Asterien, non ita locutus putandus nuntius. Aliter alii.

13 sqq. *Refert*, quibus eum terreat, exempla ultionis muliebris ob spretum amorem; quae quidem sub illo caelo saevissima esse soleret. *Bellerophon* cum exul in hospitio esset apud *Proetum*, Argivorum regem, huiusque uxor, Antéa ab Homero, ab aliis Sthenoboea dicta, illius amore capta, sed ab eo repudiata esset; *perfida mulier* Bellerophontem sibi stuprum intentasse, apud maritum questa est. Is, re credita (unde *credulus*), Bellerophontem, quem nollet ipse interficere, misit in Lyciam ad Iobatem, socerum suum, cum litteris perniciosis; quibus lectis Iobates illum, ut periret, adversus Chimaeram & in alia pericula immisit. Locus class. Hom. Il. ζ. 155 sqq. — *criminibus*, criminationibus. — *nimis casto*, praeclare! — *impulerit maturare* pro, ut maturaret, pararet.

17. 18. Similis historia. *Hippolyta*, Acasti, Magnesiae regis, uxor (unde *Magnessa*), *Peleum*, quem adamatum in stuprum sollicitare non posset, vim sibi inferre conatum esse marito persuasit. Ille dissimulans eum in Pelii montis solitudines, feris frequentes, deduxit, ibique inermem reliquit; sed ob inno-

Et peccare docentis
Fallax historias movet:
Frustra: nam scopulis surdior Icarî
Voces audit adhuc integer. At, tibi

Ne

20. *monet* vulgo; quod explicatur: memorat, proponit, in memoriam revocat. Sed *movet* coniiciebat iam Marcil. & habent tres Torrent. Bentl. 18. Sax. ac e nostris Alt. 1. Dess. 2. Et sic Bentl. Cun. San. Sivr. Et aptior lectio, & magis poëtica. V. Obss. Frequenter a librariis permutantur *movere* & *monere*, v. c. in locis Virgilianis, ubi v. Ill. Heyn. --- Pro *fallax* pulcherrime Bentl. coni. *pellax*, per blanditias decipiens s. in fraudem impellens. Receperunt San. Sivr. Omnino significantius est verbum, & alibi etiam pro eo *fallax*, ex interpretamento haud dubie, irrepsit, ut Virg. Aen. II. 90. ubi v. Ill. Heyn. Sed tamen & *fallax* bene habet. 21. *Icariis* Dess. 2, praeclare! Nam quod hodie legitur „scopulis (maris) Icarii„ id mihi quidem ita vulgare & prosaicum videtur, ut facile indulgeam suspicioni, Horatium scripsisse *Icarîs*, contracte pro *Icariis*; ut I. 1. 15. *Icariis fluctibus*. Quomodo ibi placerent „fluctus maris Icarii„? 22. *V. spernit* Pulm. 4. 5. unus Torrent. unus Bersm. Sax. Dess. 2. Vascos. Est haud dubie a grammatico, qui non caperet, quomodo quis surdior sc. L. posset *audire*.

innocentiam eum e summo vitae periculo Dii eripuerunt. Vid. Pind. Nem. δ. 92 sqq. & ibi Schol. item ε. 48 sqq. Apollod. III. 12. Schol. ad Aristoph. Νεφ. 1059. Ceterum illa Hippolyta a Pindaro Cretheïs, a Schol. Arist. Astydamia vocatur. — *dari Tartaro*, mori, perire. Notum ἄϊδι προΐαψεν. — *abstinens*, castus. Sic & Chloë falso crimine mariti sui iram & zelotypiam erat accensura, nisi Gyges morem sibi gerere vellet. — 19. 20. *Et*, tum, ubi his nil profici videt. — *movet*, (v. V. L.), eleganti usu poëtico, pro, orditur, promit, profert; ut Virg. Aen. I. 262. ubi v. Ill. Heyn. it. Aen. VII. 641. Ovid. Met. XIV. 20. — *fallax*, ut supra *vafer*. — *historias docentes*, quae doceant eum *peccare*, fidem tibi datam fallere, vel simpl. amare; cf. ad I. 27. 17. Declarantur narrationes lubricae, molles, voluptariae.

21. Sollemnis ap. poëtas eius, qui non flectitur aut move-

Ne vicinus Enipeus
Plus iusto placeat, cave:
Quamvis non alius flectere equum sciens
Aeque conspicitur gramine Martio,
Nec quisquam citus aeque
Tusco denatat alveo.

Prima

23. *Nec* Zar. Flor. Pulchre! ait Gesn. Recte, si elegantiam prosaicam spectes. Sed hanc non ideo poësis semper amplectitur. *Enipheus* multi.

movetur, comparatio cum *scopulo*, cum, quatenus *stat* immobilis inter fluctus ferientes, tum, quatenus *surdus* est ad naufragorum fletus ac preces. Vid. Epod. XVII. 54. Virg. Aen. VI. 471. & inpr. Eurip. Med. 28. ὡς δὲ πέτρος ἢ θαλάσσιος κλύδων ἀκούει. item cf. Virg. Aen. IV. 438. 39. Sed male laudant ex Hom. κῦμα κωφόν. — *audit* docte pro, accipit; & *surdior audit* venustissimo oxymoro pro, surdior *est* ad v. — *Icari* pro *Icarii*, sc. maris; ut dicitur *Aegaeum*, *Ionium*, v. V. L. Erat illud maxime periculosum unde eius *scopuli* ornate pro quibusvis. — *voces* pro sermonibus nuntii; sed pulchro dilectu: nam *voces* latina elegantia cum illecebras, blanditias, preces, tum minas dicit. — *integer*, qui nondum corrumpi potuit, innocens; v II. 4. 22. Praeclarum illud *adhuc*; nam eleganter ducit ad sententiam sequentem. — 23. *Enipeus*, haud dubie eques R. ut apparet e sqq. — *plus iusto*, nimium.

25 — 28. Προκατάληψις. Licet is multis virtutibus eluceat. Commemorantur virtutes. Exercitationibus gymnasticis adolescentes Romani (non exteri), idque nobiles, inprimis de equestri ordine, vacabant. In iis principatum tenebat Enipeus; quod multum apud feminas valere solet. Cf. autem ad I. 8. 3 sqq. — 25. 26. Equitatio. Nemo *aeque* ac ille *sciens flectere*, domare, *equum*, *conspicitur* (*est*) in *gramine* h. campo *Martio* (qui continuo virebat); ut *gramina Martii* campi,

Prima nocte domum claude: neque in vias
Sub cantu querulae despice tibiae:
Et te saepe vocanti
Duram difficilis mane.

CAR-

30. *cantum* unus Bersm. Heins. Cun. Perperam.

campi, IV. 1 extr. Ovid. P. I. 8. 37. — 27. 28. Natatio. Cf. ad I. 8. 8. *Tuscus alveus*, amnis s. fluvius, Tiberis, e Tuscia s. Hetruria veniens. — *denatat*, secundo flumine natat. Apparet, celeritatem fuisse maximam natandi virtutem.

29. Cogitandum de cantu παρακλαυσιθύρῳ, de quo v. Argum. I. 25. In eo *tibiae* inprimis usum fuisse, ex h. l. intelligitur. — *querulae*, sonorae, ut expl. iam Serv. ad Virg. Ge. III. 328. Sed saepius *queri*, *querulus*, *querela*, de suavi & molli cantu, ut avium, V. 2. 26. item tibiae, Lucret. IV. 585. V. 1383. *dulces querelas, tibia uas fundit*. — *sub cantu*, h. inter cantum. — *despicere* est Gr. παρακύπτειν, deorsum prospicere de fenestra leviter aperta, tamquam latere velis. Erat hoc protervarum, quo vel accenderent amatores, vel ostenderent illorum studium sibi non displicere, certe curiosas se proderent. Laudat Dacer. elegantem l. Aristoph. Ἐκκλ. 981 sqq. — 31. 32. *mane difficilis*, χαλεπὴ, saeva, aspera Enipeo, *te* tali in carmine *saepe vocanti duram*, crudelem, sensus expertem. Gallulorum hominum nugae sunt, cum T. Faber & post eum Dacer. reprehendunt Horatium, quod non scripserit: *duram dura mane*.

CARMEN VIII.

ARGVMENTVM.

Cum omnes Calendae Iunoni sacrae essent, tum inprimis Martiae, sub Matronalium quidem nomine, admodum & festae & religiosae. Vid. Tibull. III. 1. 1. Ovid. Fast. III. 170 sqq. Variae erant eius festivitatis partes. Veluti, uxoribus mariti, puellis amatores munera mittebant; matronae servabus, quemadmodum Saturnalibus domini servis, coenas ministrabant. Sed inprimis publice privatimque sacra fiebant Iunoni pro matrimonii felicitate, cum a matronis, tum a maritis, quos pro coniugii conservatione supplicasse, Acron etiam tradit. Iam cum iisdem Calendis Martiis Horatius, licet caelebs esset, tamen domi suae & rem sacram & epulas pararet *(cf. Argum. I. 36.)*; ad Maecenatem, quem ad eam festam laetitiam invitasset, hoc carmen composuit: quo *et*, quid caussae sit, cur hunc diem ipse etiam celebret, exponit *(v. 1-12.)*, *et* illum, ut omnibus curis, in hanc certe noctem, solutus, cum nil nunc sit imperio R. metuendum, hilariter secum genio indulgeat, hortatur *(v. 13-26.). Ita autem poëta scenam, ut sic loquar, instituit, tamquam Maecenas intret ipsius domum, stupeatque visis sacrificii & convivii apparatibus, eumque ipse hoc carmine alloquatur; quae sane ratio conversioque plurimum & suavitatis & ἐναργείας habet. Forte Maecenati, cum iam invitatus adesset, domi suae oden a poëta oblatam putes. Est autem carmen venustissimum, quod sensus suaves ac molles, quid? ipsos grandiores illos, vv. 18 sqq. elegantissima simplicitate, qua* nunc, *ut in leniori genere, decebat uti, ornatuque lyrico quidem, sed decoro & modesto, exponit. Compositum illud esse a. V. DCCXXXIV, paullo ante conscriptum carmen II. 9. e notis ad vv. 17 sqq. intelligitur. Denique Cl. Sivry, more suo, nostram oden in duas dissecuit, quarum altera incipit a v. 17.*

AD MAECENATEM.

METRVM XVII.

Martiis caelebs quid agam Kalendis,
Quid velint flores, & acerra turis
Plena, miraris, positusque carbo
Cespite vivo,
Docte sermones utriusque linguae.

Vove-

1. *Kalendis* in contextu dedi, ut antiquiorem scripturam, exemplo Cuning. 3. *carbo in* vulgo legitur; sed rectius & elegantius (ut iam vidit Ge. Fabric.) deest *in;* & sic Pulm. 2. 4. Mentel. Lips. 1. 3. 4. Venett. Asc. Locher. Videtur *in* e scholio grammatici irrepsisse. 5. *sermonis* omnes codd. Glareani & Pulm. omnes fere Bentl. & Acron ms. ap. eumd. item multi Lamb. & Cruqu. tres Bersm. Mentel. Helmst. Dessss. Lips. 2. 3. 4. Venett. Locher. Asc. Basill. Id multi inepte pro genitivo acceperunt. Sed est haud dubie pro *sermones*, antiqua scriptura; hanc enim ex h. l. probant Victorin. & Donat. ap. Fabric. quia in hoc vocabulo insolitum, terminari accusativum pl. in *eis* s. *is*. Porro codd. Blandd. Cr. habebant *sermonIs*, per I longum. Denique *sermones*, accus. pl. confirmatur auctoritate non solum sat multorum aliorum codd. sed inpr. etiam Donati ad Terent. Eun. III. 2. 25. v. Bentl.

1. *Miraris*, Maecenas, *docte* cet. *quid agam*, agere instituam *caelebs* ego *Cal. M.* Memorabilis nota Porphyr. *Calendae Martiae hodieque matronarum dies festus est.* — 2. Vt poëta eleganter & graphice enumerat quaedam de apparatu. — *flores*, serta florea, quibus & sacrificantes & epulantes coronabantur. Cf. Ovid. l. l. 253 sqq. — *acerra* non tam turibulum fuisse videtur, h. vasculum, in quo tus adoleretur (cuius quidem nulla in monumm. imago occurrit), quam arcula turaria (ut Festus), quadrata ac de aere eleganter elaborata, unde tus promeretur ac in ignem iniiceretur. Eius speciem v. in Causei mus. Rom. T. II. p. 6. tab. VIII. it. in Epitome antt. Montefalc. tab. 53. n. 1-5. *carbo*, ignis. — *cespes*, ara de cespite, qualis in privato inprimis etiam sacrificio usitata.

Cf.

Voveram dulcis epulas & album
Libero caprum, prope funeratus
Arboris ictu.
Hic dies anno redeunte festus
Corticem adstrictum picė dimovebit

Ampho-

10. *demovebit* tres Lamb. & ipse sic, it. Heins. Omnes ceteri & mss. & edd. *dimovebit.*

Cf. I. 19. 13. — 5. *Sermones*, λόγοι, *litterae*, proprie notiones, quae lectione comparantur, oppositae iis, quas experientiae & rationis usu adquirimus; hinc omnino pro *eruditione*, ut quae ap. Romanos in lectione Graecorum consisteret. Cf. III. 21. 9 sq. Itaque bene Porphyr. „docte & graecae & latinae chartae.„ Tu, qui litteris *utriusque linguae* s. gentis, h. & graecis & latinis doctus es, qui ex multa & accurata lectione (ut optime Bentl.), utriusque gentis historias, ritus, sacra, probe intelligis, iure miraris, cur ego caelebs hodie sacra faciam; cum nil sit in monumentis aut graecis aut patriis, quod Calendas Martias ad caelibes quidquam pertinere significet. Sed male vulgo Intpp.

6. Sed scito, me non publico instituto, verum privatim rem divinam facere, quia hoc ipso die ex arboris ruina conservatus sum; v. II. 13. — Conservationem illam II. 17. 28. tribuit *Fauno*, h. l. *Libero*, ut poëtarum Deo; vid. ibi not. & ad I. 32. 9. — *voveram*, voto promiseram ei *epulas* & sacrificium; v. Arg. I. 36. *Voveram* autem (non *vovi*), quia iam solverat semel hoc votum, sc. statim post casum. — *dulces*, laetas, lautas. — *caprum*, v. Virg. II. 380. & ibi Ill. Heyn. — *album*, quia Deus superus. — 7. 8. tum, cum *prope funeratus*, occisus, exstinctus sum.

9. *Hic dies* mihi ex illo tempore *anno redeunte*, vertente, *festus*, h. hoc festum anniversarium. Cf. Serm. II. 2. 83. Probabile autem, hunc primum post istum casum annum fuisse, inprimis etiam, quia *miratur* Maecenas festivitatem, ut insolitam, sibique ignotam. — 10. *corticem*, suber, *pice adstrictum*, alligatum; vid. I. 20. 2.

 dimo-

Amphorae fumum bibere institutae
Consule Tullo.

Sume

12. *Tullio* emend. Bonfin. annotat. XXXVII. unde sic Ascens. 1519. tamquam pertineat ad Ciceronis consulatum; ut *Tullio* per synaeresin pro dissyllabo sit. Sed bene depexum illum dedit Glarean.

dimovebit amphorae, pro, ab amphora; quod est cadum *relinere* s. aperire. Tibull. II. 1. 8. *solvite vincla cado.* Raml. lyr. XX. 1. *laß mich ihn entsiegeln.* *Amphora* autem s. cadus magnum vas figlinum, ore angusto, quo vinum conderetur. Vulgare fuisset: hoc die dimovebitur cortex, s. ego dimovebo corticem. — 11. *institutae*, quae didicit, docta est (cf. sup. 6. 38.), h. adsuefacta, & hoc pro, quae coepit *fumum bibere*, imbibere. Vini condendi, fervefaciendi & conservandi artem cum ignorarent veteres, cados reponebant in superiore aedium parte, super iis locis, unde plurimum fumi exiret (ut super culina, balneo), quae dicta fumaria s. apothecae vini, ibi ut fumo & vetustescerent vina maturitatemque contraherent, & conservarentur diutius, & gratam amaritudinem ducerent. Vid. Colum. I. 6. & cf. inf. 21. 7. & 28. 7. Tibull. II. 1. 27. Ovid. F. V. 517. Martial. III. 82. 23. X. 36. 1. Sed insaluberrimum fuisse vinum ita tractatum, docet Plin. XXIII. 1. Fiebat illud etiam ita spissum ac tenax, ut aqua diluendum & percolandum esset; v. ad I. 11. 6. — 8. Annum vini conditi in cado inscriptis consulibus designatum fuisse, notum; v. ad I. 20. 3. De modo inscribendi huius tituli docte disserit Passer. gemmar. astrifer. T. III. diss. 3. p. 133. Sed quis ille *Tullus?* Post Lambinum fere intelligunt L. Volcatium Tullum, qui fuit Cos. cum M. Aemilio Lepido a. DCLXXXVIII, & sic anno ante natum Horatium; itaque fuisset vinum XLVI annorum. Sed obiiciunt alii, primum, non potuisse apud veteres tam diu conservari vina, & alias iam quadrima pro antiquis laudari (ut I. 9. 7.): tum ne gratam quidem fuisse nimiam vetustatem (Plin. XIV. 4. Cic. Brut. 83.). Itaque ad a. V. DCCXXI descendunt, quo Coss. fuere Caesar

Sume, Maecenas, cyathos amici
Sospitis centum: & vigiles lucernas

Perfer

14. *Hospitis* Mentel. Lipf. 1. Bentl. 1. 23. Male. Mox *et* eiecit Cun. quia aptior laetitiae sit oratio dissoluta. Eum secuti San. Sivr. Et iam abest a meo Lipf. 4. Sed bene habet *et*, cum non sit adeo effrenata laetitia.

sar Octavianus II. L. Volcatius Tullus (v. Masson. v. H. p. 128 sqq.). Sed infirmiora sunt ista: nam cum haud dubie non eadem fuerit omnibus vinis maturescendi, veterascendi ac durandi ratio; tum ad insignem etiam vetustatem conservari potuisse vina quaedam, constat. V. Plin. XIV. 4. Colum. I. 8. item inf. III. 14. 18. & inpr. 21. 1. Itaque vix expediri possit res de hoc Tullo. Probabilius tamen intelligatur prior ille, quia aperte laudare vult poëta vetustatem.

13. *Cyathus* capiebat sextarii (*eines Noesels*) partem duodecimam, habuitque haud dubie (ut recte Baxt.) cochlearis speciem; nam illi simile fuisse ait Festus simpuvium s. simpulum, cuius figuram exhibet Causeus muf. rom. T. II. p. 3. tab. 2. Iam in abaco triclinii posita duo vasa, unum vino, alterum aqua plenum, e quibus puer hauriret cyathorum certum numerum, misceretque s. temperaret utrumque in cratere, i. magna patera, unde denuo pocula eodem cyatho impleta. Cf. inf. 19. 11 sqq. — *sume*, bibe. *Centum*, numerus infinitus, declarat, acriter hodie potandum esse; nil amplius. — *amici*, propter amicum *sospitem*, servatum. Dicitur enim Graecis merum s. poculum *eius*, cuius caussa, cuius in gratiam, honorem, salutem, bibitur; v. c. Theocr. idyll. ιδ. 18. ἔδοξ' ἐπιχεῖσθαι ἄκρατον, ᾧτινος ἤθελ' ἕκαστος cet. Sic inf. 19. 9. *Da, puer, auguris Murenae* — *lucernarum* sollemnis mentio de compotatione per noctem, Romanorum more, ducta, ut I. 27. 5. — *vigiles*, lucentes, ardentes; ut inf. 21. 23. *vivae:* contra *sopitus* ignis. Suavem ornatum habent talia epitheta, ab animatis rebus ad inanimas translata. — 15. *perfer* docte pro, profer, produc, i. fac, ut lucere continuent usque ad *ipsam omnino*

Perfer in lucem: procul omnis esto
Clamor & ira.
Mitte civilis super Vrbe curas:
Occidit

15. *Profer*, h. protrahe, produc, continua, volebant Ge. Fabric. & N. Heinf. ap. Bentl. item sic Bentl. 6. 9. Pulm. 2. 3. pro var. lect. & e nostris Lipf. 2 a m. pr. Bonum esset aptumque verbum, & vocabulum hac in re proprium. Sed ob id ipsum etiam praestat ceterorum codd. & editt. lectio *perfer*, quod exquisitior est. Quod autem Bentl. & San. movent, ambiguum esse *proferre in lucem*, id nolim meum facere.

omnino lucem (id enim inest in *perfer*); h. ut compotationem ad lucem hilariter producamus. Gratum hoc Maecenati; tamquam ab ipso pendeat festivitas. Cf. inf. 21 extr. Virg. Aen. IX. 338. *procul omnis* cet. Non vacat enumerare super h. l. ineptias Intptum. Melius hodie expediunt rem, qui vel accipiunt *clamorem & iram* de bello ac proeliis, ex I. 2. 38. IV. 15. 19. de quibus tristes sermones abesse velit a convivio; ut Klotz. lectt. Ven. p. 307. vel de rerum civilium ac forensium strepitu, de quibus saepius *clamor*, *clamare*, *ira*, *furor*, qualium curarum nunc Maecenatem, Vrbis praefectum, cupiat oblivisci. v. Medebach Wakker V. Cl. Amoen. litt. p. 14. Sed, fateor, mihi utraque haec ratio paullo subtilior altiusque repetita videtur; nec video, quid relinquere nos cogat antiquam Scholiastarum & simplicissimam explicationem: *procul esto*, h. ERIT a convivio meo *omnis cl. & i.* eo sensu, quo I. 27. 7. *impius clamor*. Cum Maecenas, placidissimi vir ingenii, in conviviis hilaritatem amaret, at odisset ac timeret nimium tumultum furoremque bacchicum, compotationes per noctem ductas facile invadere solitum, ideoque aegre perduci posset, ut ad lucem biberet; Horatius ei spondet, in seque recipit, moderatum fore convivium. *Esto* autem pro *erit*, ut saepe imperativus pro futuro; veluti inf. 27. 69. *abstineto*.

17 sqq. Erat Maecenas *praefectus Vrbi*, h. vicarius absentis Caesaris in Vrbe & per totam Italiam; v. Tacit. Ann. VI. 11. Dio XLIX. 16. p. 401. quo amplissimo magistratu Maecenas & saepius

Occidit Daci Cotisonis agmen:
Medus infestis sibi luctuosus.
Dissidet armis.

Servit

18. *Cotisontis* Torrent. ait esse in plurimis & optimis suis. Sed non hoc credit Bentl. Certe reliqui omnes omnium codd. mss. recte exhibent *Cotisonis*. Interim *Cotisontis* legebatur in editt. tempore Lambini, & defenditur a Broukhus. ad Prop. IV. 10. 7. Errores sunt *Contisonis*, *Cathisonis*, *Codisonis* cet. 19. *Medus*, *infestus sibi*, *luct.* distinguunt multi; sed iungendum „sibi dissidet„. *infestus - luctuosis* vulgata lectio; non illa quidem prorsus spernenda; sed nullum mihi dubium, quin vera lectio sit *infestis - luctuosus*, quam, post coniecturam N. Heinsii, Bentl. in suo cod. 10 reperit, & in contextum recepit. Item *luctuosus* exhibent Bentl. 7 a m. pr. ac e nostris Lips. 1. & 3 a m. pr. & quartus sine litura. Accedit primum, quod sic elegantior usuique Horatiano convenientior exoritur epithetorum collocatio; deinde, quod exquisitius multo & doctius dicuntur *arma infesta* & *luctuosus Medus*, quam contra. 20. *Desidet* Lips. 4.

pius functus, & nunc a. DCCXXXIV, cum in Oriente adhuc Augustus abesset. Videtur autem Maecenas in isto munere admodum providus fuisse ac subtimidus, ut statim Italiae & Romae metueret, ubi etiam in remotis partibus aliquid turbaretur; vid. inf. 29. 25 sqq. Itaque h. l. *mitte*, omitte hanc in noctem, *curas civiles*, publicas; explicative additur *super Vrbe*, h. urbanas, quas ut Vrbi praefectus geris. — 18. Quid enim? nil est, cur sollicitus sis; undique tuta omnia. *Dacos* duce *Cotisone* rege, continuo in fines Romanos incurrentes a. DCCXXXIV Lentulus coercuit, tribus eorum ducibus cum magna copia caesis (unde h. l. *occidit*); Flor. IV. 12. 18. Sueton. Aug. 21. *Cotisonem* idem Sueton. Aug. 63. Getarum regem dicit, quod Getae Romanis Daci dicti; Plin. IV. 12. — 19. *Medus*, Parthi, *armis infestis dissident sibi*, graece pro, inter se; civili discordia inter se divisi, non vacant bello Romae inferendo. — *luctuosus*: docte, ut sup. 6. 8. Sed v. V. L. Nota Phraatis ac Teridatis de regno Parthico contentio; v. Argum. I. 26. & ad II. 2. 17. Iam licet Phraates rerum potitus esset, tamen continuae erant in eius regno factiones, turbae, sedi-

Servit Hispanae vetus hostis orae,
Cantaber, sera domitus catena:
Iam Scythae laxo meditantur arcu
Cedere campis.
Neglegens, ne qua populus laboret,
Parce privatus nimium cavere:

Dona

23. *lapso* Lipſ. 4. perpetuo lapſu. 25 ſqq. Totum hoc tetraſtichon Guieti temeritas reſecuit. 26. *parte* emend. Bonfin. annot. XXXVIII. probante ipſo acerrimo ipſius hoſte, Glareano; ut ſit: „tu privatus negligens nimium cavere, ne qua parte cet.„ Item ſic vult D. Heinſ. qui autem iungit „populus privatus„ & expl. *οἱ πολλοί* prorſus inſolenter! *parte* etiam Bentl. 13. 23 (pro var. lect.). Lipſ. 3. Sed quam vulgare etiam eſſet illud „ne qua parte„! --- *privatis* emend. Cun. haud dubie de rebus privatis accipiens. Item ſic dedere Ion. & Sanad. qui autem intelligit „privatos„ (*les particuliers*), quos „populo„ opponi putat. --- *privatim*, i. ſolus, emend. Withof. Sed medentur viri docti, ubi nullum vulnus. --- *et* in fine verſus habent omnes codd. praeter Bentl. 6. & omnes editt. praeter Lambini alteram; item omittunt Bentl. Cun. San. Sivr. Contra *ac*, quod in fine v. 27. vulgo exhibent editt. abeſt ab omnibus codd. Torrent. Pulm. & Bentl. tribus Bersm. Lipſſ. Deſſ. 1. Helmſt. haud dubie & a codd. Cruqu. & aliorum. Omittunt etiam Venett. Locher. Lamb. edit. poſter. Cun. San. Sivr. Sed acute vidit Bentl. *et* reponendum in extremo v. 27. unde librariorum negligentia, ut fit, ad v. 26. reiecerit; quo factum, ut poſtea editores verſui 27 aſſuerent *ac*. D. Heinſ. v. 26 dedit *ac*, v. 27. *et*.

ſeditiones; ſaepius rebellabant Teridatis partes; neque illi, plurimis civium inviſo, umquam erat ſatis tutum imperium. Cf. Dio LV. 23. p. 555. Quae fuit ratio, cur hoc ipſo a. DCCXXXIV ſigna redderet, ut diſerte Strabo XVI. p. 748.

21. 22. *Cantabri*, ultimi Hiſpanorum victi a. DCCXXXIV. v. ad II. 6. 2. IV. 14. 41. & cf. Epiſt. I. 12. 26 ſqq. — *ſera domitus catena*, ſero in ditionem redactus. Praeclare: *ſervit* & *catena*. — 23. Cf. omnino ad II. 9. 23. Qui ibi *Geloni*, Floro *Sarmatae*, iidem h. l. *Scythae*. — *arcu laxo*, laxato, remiſſo, praeclare de iis, qui pugnare deſinunt, victi fugiunt; ut Virg. Aen. XI. 874 — *cedere campis*, finibus Romanis,

Dona praesentis cape laetus horae, &
Linque severa.

CAR-

27. *rape* 4 Lamb. Pulm. 5. quid. Torr. Mald. Cruqu. Bentl. 1 13. 18. 23 pro var. lect. Sax. Lipf. 1 (a m. f.). 2. Deff. 2. Lamb. Steph. Heinf. Fab. Dacer. Burm. Cun. San. Ion. Sivr. Avide rapuerunt, inquit Bentl. hanc lectionem Intpp. post Lambinum, laudantes Epod. XIII. 4. & locum Ennianum ap. Cic. de Orat. III. 40. Sed *cape* multo plures Torrent. & Bentl. omnes Cruqu. praeter unum, duo Bersm. Altt. Deff. 1. Lipf. 1 a m. pr. 3. 4. Helmst. Mentel. Fran. Venett. 1478. 1492. Locher. Asc. Basill. Rutg. Fabr. Bentl. Baxt. Gesn. Multo etiam aptior h. l. lectio; nam non tam pingitur hora fugiens, quam amice praebens f. offerens *dona*, quae modo *capere*, sumere, accipere oportet.

nis, in quos excurrerunt; vel simpl. *cedere campo* de eo, qui vincitur. — *meditantur*, accingunt se, in eo sunt. Post id tempus, eodem anno, cum scribebat Horatius carmen II. 9. iam acceperant conditiones, & *exiguis campis equitabant*.

25. 26. Itaque *parce*, noli (ut I. 28. 23.) *nimium cavere*, metuere, sollicitus esse, *ne qua* sc. parte, *populus* Rom. *laboret*, aliquid adversi experiatur, ne quid detrimenti capiat salus ac securitas publica. Valde urbanum illud *nimium*, h. plus, quam opus est, nunc inprimis, tam prosperis in rebus, & sic, ut ne noctem quidem laetitiae dare velis. — *negligens* nove & eleganter, pro, securus (ut bene Acr.), f. curis solutus; copioso ornatu additum τῷ *parce cavere*. — *privatus*, cum sis f. qui es privatus, ut recte Porphyr. *Privati* illa & sequenti aetate dicti omnes praeter Principem, licet vel summis magistratibus fungerentur; v. Gesn. Thes. Inest delicatissima adulatio adversus Augustum, cui permitti vult caetera, in uno reponi, abiecto de republica metu, cuiusque civis privati fiduciam; quod iam praeclare vidit Baxt. Similis sensus inf. 14. 15. *tenente Caesare terras*, & IV. 15. 17. *custode rerum Caesare*. Sed quas hic turbas faciant Intpp. dici vix potest; ut vel dicant, praefecturam Vrbis non fuisse magistratum, sed officium. T. Faber, Rutgers. & Dacer. expli-

CARMEN IX.

ARGVMENTVM.

Quid quaeso est, cur hoc odarion animum nostrum sic prorsus deliniat, dulcissimaque voluptate perfundat? cur numquam illud possimus legere, quin novam ex illo miramque suavitatem percipiamus? cur sit, ad omnium sensum, mellitissimum & venustissimum ipsarum Charitum caelestium opus? cur omnis illud aetas edidicerit, certatimque imitata sit? cur denique ipse Iulius Scaliger, frigidus alias homo, neque acutissimo pulchri sensu praeditus, hanc oden & tertiam libri IV ambrosia & nectare dulciores dixerit, quarum similes mallet se composuisse, quam Pythionicarum multas Pindari & Nemeonicarum, quam esse totius Tarraconensis regem (Poët. VI. 7. p. 812.)? --- Meo quidem iudicio maxime placet sensuum illa veritas & naturalis simplicitas (*Gallis* naïveté), *sed eadem tamen cum* mira urbanitate ac venustate *coniuncta. Tum & sensus per se ipsi delectant, ad communem hominum adfectum inprimis comparati:* amantium irae, amoris redintegratio, *ut est apud Terent. Andr. III. 3. 23.* Nempe Horatius & Lydia ortum inter se dissidiolum cupiunt ambo excutere, veteremque amorem renovare. *Itaque* initio suaviter laudant pristinum illum amorem, cum tenera exprobratione mutua; tum, accepta utrimque exprobratione, novis amoribus suis magnifice commemorandis urunt & pungunt invicem: *quo non melius pingi poterat zelotypiae, amoris ac in gratiam redeundi cupiditatis intimus affectus. Denique* fit pax iterum, sed sic, ut neque hinc absint aculei & morsiunculae. *Quos omnes sensus Horatium sic prorsus ex natura & veritate concipere potuisse (quod sane primarium ingenium prodit), maximae non potest non voluptati esse legentibus. Accedit* admirabilis elocutionis suavitas, nativus orationis lepor & facilis elegantia, mireque elaborati & fluentes molliter versuum numeri; *atque in his omnibus* decora *tamen* dignitas quaedam *servata. Denique magnam etiam dulcedinis partem sibi vindicat* forma ipsa & structura carminis dramatica, *dum respondent sibi invicem Horatius & Lydia alternis versibus, s.* carmine amoebaeo, *quod dialogi genus eam legem habet, ut is, qui respondeat, iisdem versibus ac numeris, eademque orationis conversione, & sic imitando priorem, vel contrarium, vel maius ac pulchrius quid*

explicant: *tamquam privatus*, s. quasi pr. esses, np. oblitus curarum publicarum. Similiter Cruqu. & Cl. Schmid. Sed id ne paullo durius esset, timebam. Bentl. autem: „noli de privatis tuis ac domesticis rebus nimium anxius esse „ quod plane abhorret. Denique v. V. L. — 27. *cape dona*, dulcis idea! v. V. L. & cf. I. 9. 14. — *laetus*, II. 16. 25. — *linque severa*, seria nunc omitte.

quid dicat: quod quam praeclare in nostro carmine servatum sit, facile est observare, & breviter passim a nobis monebitur. In quo illud etiam suave & elegans, quod respondentis partes, & sic principatum quemdam, habet Lydia; & quod huius, si recte sentio, oratio tenerior ac simplicior etiam est, quam Horatii. — Consulto longior fui in virtutibus huius carminis explicandis, quod plerosque video exclamare tantum, esse illud pulcherrimum, venustissimum, sed non declarare, qua tandem in re ista pulchritudo sit spectanda. — Elegantissime inter nostrates imitando illud expresserunt Hagedorn. Opp. poët. T. III. p. 77. (Zemes & Zulima), Kleist. Opp. T. I. p. 47. (Du liebtest mich *cet.*), *& dulcissimus Weissius. — Denique magnam etiam ad nostram oden doctrinam adfert Cl. Sivry, quam qui aspernentur, ac perperam conficta esse a viro doctissimo ista omnia dicant, ne futuri sint, metuo.*

CARMEN AMOEBAEVM.

METRVM V.

HOR. Donec gratus eram tibi,
Nec quisquam potior brachia candidae
Cervici iuvenis dabat:
Persarum vigui rege beatior.

LYD

AD LYDIAM vulgaris inscriptio:
AMOEBAEVM CARMEN unus Torrent.
ANTAPODOTICE alii.

2. *melior* Alt. I. e glossa.

1—4. *gratus eram*, acceptus; suaviter! — 2. *Nec quisquam* a te plus amabatur. Sed hoc quam praeclare elatum! — *potior* eleganti & perpetuo poëtarum usu, is, qui praefertur rivali; ut V. 15. 13. Serm. II. 5. 76. Tibull. I. 5. 69. — *brachia dabat*, circumdabat. — 5. Nemo erat me felicior. — *vigui*, florui, exquisite pro, vixi s. *fui*. — *Persarum*, Parthorum; vid. II. 2. 17. & ib not. De Cyro vel Dario non cogitem. Cum soleant, qui amore

LYD. Donec non alia magis
Arſiſti, neque erat Lydia poſt Chloën:
Multi Lydia nominis
Romana vigui clarior Ilia.

HOR.

5. *alias* Alt. 1. *aliam* quid. Lamb. Mald. Cruqu. meliores Torrent. Bentl. 2. 6. 10. 18. 19. Lipſ. 3. 4. Alt. 2. Mancin. Baſill. Fabr. Torrent. Bentl. Cun. Sivr. Sic ap. Virgil. *Corydon ardebat Alexin.* --- *alia* Fa. Vrſ. Torn. duo Vatt. Ruſſ. unus, Cler. & Nicott. ap. Lamb. omnes Cruqu. praeter unum, omnes Pulm. duo Bersm. plerique Bentl. Mentel. Fran. Deſſil. Lipſ. 1. 2. Helmſt. Venett. 1478. 1492. Locher. Aic. Muret. Lamb. Cruqu. Steph. Heinſ. Rutg. Fab. Dacer. Baxt. Magis etiam Horatiana lectio. Et quod Bentleio *alia* potius, quam *aliam*, a librariis eſſe videtur, τῇ *m* a ſequenti ſimili abſorpta, id facile poſſit converti, τὴν *m* e ſequenti adhaeſiſſe. 6. *Lidia* & *Cloë* ſollemnes varietates. 8. *viguit* Deſſ. 2. male.

amore beati ſunt, *reges eſſe*, & maximi reges eſſent ea aetate Perſarum ſ. Parthorum, ut & *reges* κατ᾽ ἐξοχὴν dicerentur, ut notum, hinc nata huius v. idea.

5 — 9. *alia*, propter aliam, *arſiſti*, aliam amaſti; ut II. 4. 7. IV. 11. 33. V. 14. 9. Maius eſt hoc *arſiſti*, quam *gratus eram*. — 6. *Chloën* (forte illam I. 23.) amari ab Horatio vel verum erat, vel Lydia ſuſpicabatur. — *neque erat L. poſt C.* pro vulg. ei poſthabebatur. Quam ſuave & ſimplex hoc! At quam praeclare etiam Lydia nominat novos poëtae amores, quod ille non auſus erat. Summa vero & venuſtas & vis facile ſentitur in eo, quod pro, *neque ego eram*, ipſum nomen ſuum ponit iuxta & contra illud inimicae ſuae: neque erat *Lydia* illa tua poſt *Chloën*. Acrius ſane hoc pungit & mollius movet, quam quod ante poëta. — 7. Iterum nomen *Lydia* pro *ego*, prorſus praeclare! Additur ſententiae pondus, & ineſt arrogantia quaedam. — *multi nominis*, magna fama & exiſtimatione fui, np. carminibus tuis celebrata. — 8. *Ilia*, Rhea Sylvia, mater Romani nominis, inter Deas relata; v. ad I. 2. 17. Vides, vincere & hîc Lydiam; & praeclare opponi Iliam *Romanam* regi *Perſarum*.

HOR. Me nunc Threffa Chloë regit,
Dulcis docta modos, & citharae fciens:
Pro qua non metuam mori
Si parcent animae fata fuperftiti.
LYD. Me torret face mutua
Thurini Calais filius Ornyti:
Pro

9. *Creffa* duo Torrent. Pulm. 5. Bentl. 8. Alt. 1. (alter *Chreffa*), Venet. 1492. Locher. Afc. & inpr. Ge. Fabric. quia fit citharae fciens, mufica autem ars praecipue a Cretenfibus culta fit. Cui addi potuiffe ait Bentl. nomen Chloës Graecum potius quam Thracium effe. Sed recte idem Bentl. reponit, libertinas Romae dominorum fumtibus muficam aliasque artes didiciffe, iisque nova nomina indita. Facilis erat lapfus a *Treffa* (ut folent librarii fcribere) ad *Creffa*, vel a *Threffa* ad *Chreffa* — *riget* Bentl. 1 a m. pr. 2. 23. Lipf. 2 a m. pr. Fran. Inepte! 12. *Sic* Mentel. *parcant* Lipf. 3. Afc. Cun. Sivr. Sed hoc profaicum & vulgare; exquifitius vulgatum *parcent*. 13 – 16. deerant in Lipf. 4. obvia de cauffa. 14. *Thyrini* & *Chalais* aberratt. *Ornithi* vulgo fcribitur, & dicitur effe ἀπὸ τῆς ὄρνιθος. Sed tum non poterat, ut iam Bentl. vidit, corripi media. Recte *Ornyti* Bentl. Cun. Baxt. Ion. Nam cum ita, vel *Orniti*, omnes Bentl. ac e noftris Lipf. 1. 2. 3. Deff. 2. Helmft. tum *Ornytus*, Ὄρνυτος, notum nomen Graecum; ut ap. Apollon. II. 65. Virg. Aen. XI. 677.

9. *Me regit*, amatorium verbum: fub eius imperio fum, ut *dominae* — *Threffa*, v. V. L. Ita non infitiatur de Chloë, ut & defignet eam a patria, ne forte erret Lydia. — 10. *modos*, cantus. — *citharae fciens*, graece, κιθάρας εὖ εἰδυῖα. Erat igitur cantrix & fidicina; Lydia forte non item, certe illi non par. — 11. 12. *non metuam*, non detrectabo, libenter moriar. — *fi parcent*, exquifite pro, fi eo efficiam, ut parcant *fata* i. mors. — *anima* pro puella, inprimis fuaviter, nam *anima* vocab. amoris; ut Serm. I. 5. 41. Notum Ciceronis: *vos o cariffimae animae*. — *fuperftiti*, ut fit mihi fuperftes. Cogitandum de opinione veterum, poffe aliquem vitam alterius fua morte redimere, f. pro illo *fe devovere*; ut Alceftis pro marito.

13 — 16. *torret*, pro, urit, accendit. Cf. IV. 1. 12. I. 19. 5. *face*,

Pro quo bis patiar mori,
Si parcent puero fata superstiti.
HOR. Quid? si prisca redit Venus,
Diductosque iugo cogit aëneo?
Si flava excutitur Chloë,
Reiectaeque patet ianua Lydiae?

LYD.

16. *parcant* Lipf. 3. Locher. Venet. 1492. Asc. Cun. Sivr. V. ad v. 12. 17. *prisca V. redit* Dess. 2. 18. *Deductosque* Lipf. 4. *cogerit aeneo* Venet. 1492. Locher. 20. *Eiectaeque* Cun. *Revectaeque* coniect. ap. Ion.

face, flamma, igne, amore *mutuo*. Fortius hoc, quam: *me regit*. — 14. *Thurium* s. *Thurii*, Lucaniae oppidum opulentum, ad sinum Tarentinum, haud procul antiqua Sybari, post, cum Romani coloniam eo deduxissent, *Copiae* appellatum; v. Strab. VI. p. 263. Constat, divites ex Italiae oppidis, aliisque provinciis, Romam commigrare solitos, ibique de fructibus fortunarum suarum splendide vivere. Sic *Ormytus* Thurio Romam concesserat. Venustissima haec accuratior amatoris designatio, cum conveniens amori ingenioque muliebri, tum apta invicem pungendo Horatio ob illud, *Thressa* Chloë; ne forte, cum supra non nominasset Calaim, ignoraret, quis esset, aut erraret in eo, aut putaret, esse erubescendum eius amorem. — 15. *bis*, δὶς θανεῖν οὐ χάζομαι, Eurip. Orest. 1118. — *puero*, iuveni.

17 — 20. Aequum erat, primum Horatium dare manus. Praeclarum illud subtimidum *Quid? si*. — *prisca Venus*, antiquus s. pristinus amor. — *redit*, prosa: redeat. De *iugo* v. ad I. 33. 11. *diductos*, np. de iugo; a bobus, qui se abruperunt iugo, & diversi abierunt. — *cogit iugo* (dat.), in iugum, sub iugum iterum mittit nos. — *aëneum* ad firmitatem pertinet amoris, nullo dissidio posthac rumpendi. Cf. I. 13 extr. Argutatur h. l. si umquam, Dacer. — 19. *excutitur*, eiicitur, excluditur, sc. domo mea. Nil amplius. Non multis utebantur ambagibus Romani cum puella libertina aut Graeca, quam vellent repudiare.

LYD. Quamquam sidere pulchrior
Ille est, tu levior cortice, & inprobo
Iracundior Hadria:
Tecum vivere amem, tecum obeam libens.

CAR-

21. *Quamvis* Lips. 4.

pudiare. — *flava*, de crine. Pulchra est puella, cuius amorem condonare vult Lydiae. Male Cruqu. de bile flava s. iracundia. — 20. *reiectae*, exclusae, non admissae per hoc tempus dissidii. Venustissima hoc etiam loco posita nomina propria *Chloës* & *Lydiae*.

21 — 24. *Sidere pulchrior*, v. sup. ad 1. 42. & cf. Virg. Aen. VIII. 589-91. Vult & ulcisci laudationem *flavae* Chloës, & declarare, quantum sit illud, quod ipsa Horatio, amore victa, condonet ac remittat. Itaque & impense laudat Calaim, & Horatio contra vitia sua candide obiicit. — *levis*, qui facile suspicionem concipit, mutabilis est in amore. — *levior cortice*, subere, κυφότερος φέλλυ, elegans & usitatum antiquis proverbium, de homine facile mobili, quod lingua nostra vix ferret. — *iracundior*; cf. Ep. I. 20. 25. *Improbus* frequentissime poëtis pro *nimio* dicitur, uti *probus* pro *modico*. Itaque cum *mare* dicitur *improbum*, est tempestuosum. Ad rem cf. I. 33. 15. Eurip. Hippol. 304. αὐθαδεστέρα θαλάσσης. — 24. tamen *tecum* (cum respectu ad *illum*, v. 22.) *vivere amem*, cupiam cet. Quam simplex hoc! quam dulce & amabile! In repetito *tecum* quam tenerum πάθος! Cf. Tibull. III. 3. 7 sq. Virg. Ecl. X. 43. Sed suavior noster. Ipse sensus sexcenties, a recentioribus inprimis, repetitus.

CARMEN X.

ARGVMENTVM.

Perfectissimum exemplum carminis paraclausithyri, *de quo v. Argum. I. 25. ubi etiam talis carminis fragmentum erat v. 7. E poësi graeca ad nos pervenerunt integra talia carmina tria, Theocr. III. & XXIII. & Aristoph.* ἐκκλησ. *954 -- 67. ex hebraica poësi venustissimum fragmentum, Salomon. Cantic. V. 2 sq. E Romana antiquitate huius generis cantilenam unicam & solam esse hanc oden affirmant Dacer. & nuper I. F. Schmid. V. C. Sed exstant omnino praeter eam tres aliae, Plaut. Curcul. I. 2. 60 sqq. Ovid. Am. I. 6. Propert. I. 16. 17 sqq. Item cf. Tibull. I. 2. Argumentum talium carminum tam* querelae & preces, *quam* minae & convicia, *eorumque character* quaedam in illis omnibus & sensuum & verborum affectatio. *Nostri carminis summa laus inest in orationis poëticae virtutibus, insignique tractatione argumenti, quod per se, e nostrae inprimis aetatis sensu, leve iudicatur. Memorabile, Sivrium, V. C. in hoc c. concedere, illud non esse versionem, & Lyces nomen pro ficto habendum. Illud tamen non dubium, in singulis partibus passim ante oculos Horatio graecum poëtam fuisse.*

PARACLAVSITHYRON.

METRVM XVIII.

Extremum Tanain si biberes, Lyce,
Saevo nupta viro: me tamen asperas
Porre-

AD LYCEN SVPERBAM IN AMANTES libb. Torrent.
AD LYCEN vulgo.

1. *Tanaim* vulgo. Sed *Tanain* Pulm. 2. 3. 4. Lips. 1. 2. Bentl. 1. 2. 6 aliique; tum Fab. Bentl. Cun. Dacer. Sivr. Et est exquisitius. *Thanaim* error.

1. Populi versus Boream in frigidis partibus habitantes, inprimis *Scythae* & *Sauromatae*, immanitate ac feritate infames ap. antiquos; unde sollemnis cum iis comparatio saevorum ac durorum hominum; ut Virgil. Aen IV. 366 sq. Sed vide, qualem illa comparatio h. l. conver-

Porrectum ante fores obiicere incolis
Plorares Aquilonibus.
Audis, quo strepitu ianua, quo nemus
Inter

3. *proiectum* emend. Bentl. & sic etiam Cun. Cur quaeso? Sane in *porrectum* ita nil reprehendendum, ut & exquisitius sit. — *obiacere* Helmst. 5. *Audi* cod. Ge. Fabr. *Audin* emend. Cun. *At Di! quo — remugiunt ventis? at p. — glaciat* coni. ap. Ion. — *quid? nemus* Helmst. *queis nemus* emend. T. Fab. festive exclamans: „mendum turpe, turpe, *quo ventis*.„ Ante illum omnes pueri videbant, repetendum, esse *strepitu*.

conversionem & exornationem habeat. — *Tanais*, Scythiae notus fluvius; cf. sup. 4. 36. & ibi not. — *extremum*, in extremis terrae regionibus fluentem. Post Cruqu. & Torrent. quidam *extremum T.* expl. illius ipsos fontes in Caucaso aut Rhipaeis montibus. Non multum interest; at prior ratio simplicior. — *biberes*, v. ad II. 20. 20. — *Lyce* haec iam vetula erat, cum scribebat Horatius. IV. 13. — 2. praetereaque *nupta* esses *saevo viro*, Scythae aspero, cuius timenda tibi esset ferocia. Sic pro vulgari *tu asperior es, quam Scythissa*, quam exquisita conversio: „si tu esses Scythissa, misertura mei, lenior in me futura esses„. — *plorares*, οἰμώζοις, docte pro, nolles, misereret te, non sustineres. Similis ratio ap. Plaut. Aul. II. 4. 29. *aquam plorat effundere* — *obiicere me*, exponere, expositum pati, *Aquilonibus incolis*, excellenter, qui Scythiam incolunt, ibi dominantur, domi & in patria sunt. Alias *venti Thracii*. Cf. Prop. I. 18. 2. *Zephyri* possidet *aura nemus*. *porrectum* (v. V. L.) ex more amantium, qui vel canerent prostrati, vel cantu finito se prosternerent. Theocr. γ extr. κεισεῦμαι πεσὼν, καὶ τοὶ λύκοι ὧδέ μ' ἔδοντι. — *asperas* ornate pro, puellae asperae. In *porrectum* & *asperas* argutatur Baxt.

5 sqq. *mugire* & *remugire* de sono s. strepitu graviori; ut III. 29. 57. V. 10. 19. Similiter Gr. μυκάω, ut Hes. ἔργ. 506. μέμυκε δὲ γαῖα καὶ ὕλη. Iam *quo strepitu remugiat* copia poëtica pro, quomodo strepat *ventis*, a ventis. Male alii pro dativo accipiunt: *remugiat*, respondeat quasi, *ventis*. — *nemus*, viridarium, *inter p. a.* in implu-

Inter pulchra satum tecta remugiat
Ventis? & positas ut glaciet nivis
Puro numine Iuppiter?

Ingra-

6. *situm* multi codd. item editt. antt. & est vulgaris lectio. Sed *satum* Acr. (etiam mſ. ap. Bentl.) Comment. Cr. antiquiſſ. & duo alii Blandd. Cruq. unus Torr. (in marg.), duo Bersm. Pulm. 1. 2. 3. 4. quid. Lamb. Bentl. 1 (a m. ſ.). 2. 10. 23. Gott. Mentel. Lipſ. 1 a m. pr. (tertius: *sacrum*) Deſſ. 2. Bentl. Cun. Baxt. Item vindicant Heinſ. ad Sil. X. 533. Broukhuſ. ad Propert. I. 14. 5. Apparet etiam, esse aptius & doctius vocabulum. 7. Post *remugiat* incidit Bentl. & emend. *Sentis & p.* cet. cum, quia ferre non potest duo ablativos, *strepitu & ventis*; at boni hi sunt & exquisiti (v. Obſſ.): tum, quia non putat *audiri* gelu & frigus, sed *sentiri*. Possis sane negare in aedibus & lecto Lycen *sensisse* gelu; aut cum Geſn. cogitare de acuto sono nivis induratae, cum a praetereuntibus calcatur. Sed ne his quidem opus; v. Obſſ. Bentleium secutus Sivr. --- *ventorum* Cun. eodem de duobus abl. metu. Consulto videntur VV. DD. corrumpere voluisse loci elegantiam. --- *en pos.* coni. Bentl. si quis velit retinere *ventis*. Denique post *remugiat* incidit & *Ventis* trahit ad ſqq. Venet. 1492. & sic vult With. Sed facile sentitur, quam abhorrens sit: „Iuppiter puro numine ventis glaciat nivem.„ 8. *Duro* emend. Bentl. Nam noctem tetram declarari, cui obsit caelum serenum. Non opus est, quidquam respondere. --- *nomine* cod. ver. Turneb. Adversar. XXVII. 9. --- *limine* lib. vet. ap. Canter. Nov. lectt. IV. 2. qui inde emendat *lumine*, quod ipsum habet unus Bersm. & ex aliorum codd. laudat Lamb. recepitque Chabot. & defendit Ioſ. Scaliger Auſon. lectt. p. 64. Sed, ut recte Bentl. nil illo *lumine* h. l. ineptius.

pluvio *satum*, plantatum. Impluvium enim ſ. aream subdialem, quatuor aedium lateribus inclusam, luxus illorum temporum porticibus cingebat, statuis ornabat, & conserebat amoeno arboreto, cum ambulationibus & xystis: v. Epist. I. 10. 22. *inter varias nutritur silva columnas.* Tibull. III. 3. 15. *nemora in domibus sacros imitantia lucos.* Cf. Nep. XXV. 13. Virg. Aen. VII. 171. Senec. Thyest. 652. Hodieque non procul Vaticano Romae tale aedificium antiquum cum impluvio & porticibus cerni, me legere memini. Ceterum splendidas aedes (*pulchra tecta*) habitasse Lycen, ipsamque non infimae conditionis fuisse apparet.

Ingratam Veneri pone superbiam:
Ne currente rota funis eat retro.

Non

10. *Nec* unus Bersm. Dess. 2. Lips. 1 a m. pr. *currente retro f. e. rota*, vulgaris verborum ordo; sed Bentl. e codd. suis 8 & 10 dedit *currente rota f. e. retro:* item sic Baxt. & Cun. ex edit. 1477 (haud dubie Mediolan.) & Sivr. Ad sensum certe nil interest, utro ordine legas; id Bentleio largiendum, suaviorem esse ordinem ab ipso constitutum.

paret. — 7. *positus*, Gr. κείμενος, eleganter de pruina, rore, nive, quae decidit, iacet; ut Prop. I. 8. 7. *positas pruinas.* — *glaciare* poëtice pro, indurare, in glaciem mutare. — *Iuppiter* pro aëre, ut notum; hinc porro docto copiosoque ornatu poëtico *Iuppiter puro numine*, pro, Iuppiter purus, h. aër serenus; nam quo purior hieme aër, eo acutius frigus. Sed quaerunt, quomodo id possit *audiri?* (v. V. L.) Respondet Klotz. (lectt. Venus. p. 308.), verba sensuum saepe inter se permutari: cf. Drackenborch. ad Sil. VI. 179. & inpr. Cl. Schrader. ad Musaei v. 5. p. 5 sqq. Sed simplicius dicamus, sollemni figura ex communi verbo *audis* ad vv. 7. 8. revocandam esse notionem generalem intelligendi, videndi.

9. *I. Veneri*, quae ulciscitur contemtum numinis & imperii sui. Cf. inf. 26 extr. — 10. Vexatissimus versus, neque satis dum expeditus. Cruqu. & Gesn. cogitant de curru in arduum tracto, qui ruptis funibus retro labitur; Turneb. de equo funali, σειραφόρῳ, retro currente; Torrentius de sufflamine, h. fune s. catena, qua in declivi rotae retardantur, quod plane abhorret. Acron & Baxt. advocant rotam Fortunae, quacum & amor convertitur. Cf. Tibull. I. 5. 70. Fortunae πάρεδρος Amor ap. Pausan. Achaic. 26. & in monumm. Klotzius e duabus gemmis, una, in qua Nemesis cum rota, ut solet, cui circumdatum funem Amor trahit, altera, in qua Amor insistit rotae, locum illustrari putat: lectt. Venus. p. 310. & libell. *vom N. u. G. der alten geschn. St.* p. 174. Equidem agnosco in illis gemmis Nemesin amantium Deam, eiusque πάρεδρον Amorem

 (v.

Non te Penelopen difficilem procis
Tyrrhenus genuit parens.
O, quamvis neque te munera, nec preces,
Nec tinctus viola pallor amantium,

Nec

13. *quamquam* Cun.

(v. Pausan. Att. 37.): sed neque hanc, neque ullam ceterarum explicationum, ad illud *currente rota* intelligendum, & ad universam imaginem plane declarandam, sufficere sentio. Optime & simplicissime fingamus nobis machinam, compositam *rota* & traiecto super hanc *fune* ductario, qua moles aliqua in altum evehitur. Iam spem, opes, felicitatem labefactatam comparare moli in altum sublatae, ruptoque fune retro ruenti, usitatum & proverbiale Graecis fuit. Iam Lamb. laudat Aristid. Panath. p. 118. ἐντεῦθεν ἤδη πάντα, ὥσπερ κάλω ῥαγέντος, ἐχώρησεν ὀπίσω, καὶ διελέλυτο Ἀμαζόσιν ἥτε ἀρχὴ καὶ ὁ δρόμος. Plane eadem similitudine usus Virg. Ge. I. 200. & Aen. II. 169. ubi v. Ill. Heyn. Itaque h. l. proprie: *ne*, dum *rota currit*, velocissime volvitur & circumagitur (cf. A. P. 22.), & ad summum enititur moles, nimium intentus *funis* aliquando *retro eat*, rumpatur & relabatur cum ipsa mole: i. e. ne felicitas tua amatoria, elata ad illud fastigium, irata nimiae tuae superbiae Venere, praeceps eat, & vertatur in fortunam contrariam. Cf. I. 25: 9 sqq. — 11. *Te Tyrrhenus*, Hetruscus *parens non g. Penelopen*, ut esses Penelope; *difficilis*, saeva, *procis*, amatoribus; exquisite pro: te Hetruscam non decet, imitari velle Penelopen, sed esse venustam, tractabilem. Nam Hetruscos molles, & voluptati deditos, magnamque apud illos morum licentiam fuisse constat. Cf. Cael. Rhodig. lectt. antt. XV. 11. *Penelope* autem, Vlyssis uxor, ut pudicitiam fidemque in absentem maritum servarit, procosque tela texta & retexta eluserit, notum.

13 sqq. *pallor*, cf. Ovid. A. A. I. 729. — *viola*, docte pro colore violae; *tinctus v.* habens colorem violaceum. *Pallentes* enim *violae* sunt flavae, Virg. Ecl. II. 47. & flavescunt sub illo calido caelo

Nec vir Pieria pellice saucius
Curvat: supplicibus tuis
Parcas, nec rigida mollior aesculo,
Nec Mauris animum mitior anguibus.
Non hoc semper erit liminis aut aquae
Caelestis patiens latus.

CAR-

15. *pelice*, antique, multi, ut omnes Torrent. Mentel. Lipſ. 1. 2. cet. 16. *curvet* Asc. 18. *animo* multo plures codd. ut Bentl. omnes praeter unum, Pulm. tres, duo Bersm. Altt. Deſſ. 2. Lipſſ. Helmſt. Fran. Venett. 1478. 1492. Locher. Asc. Tacent de suis codd. Lambinus, Cruqu. Torrent. Attamen vulgata lectio *animum* cum est in bonis codd. ut Bentl. 1 a m. pr. Pulm. 2. 3. uno Bersm. Mentel. & post Lambin. in omnibus editt. tum doctior est, magisque & poëtica & Horatiana.

caelo homines, cum pallent. Vnde & Epod. X. 16. *pallor luteus*. — 15. neque hoc, quod *vir*, maritus tuus, *saucius* est, amat (v. I. 27. 12.) *pellicem*. Nil magis uxorem urit, magisve ad amandos alios, ulciscendi caussa, incitat. Igitur admiremur artem, qua hoc intulit Horatius. *Pieria* nunc pro nomine proprio puellae, nunc pro *fidicina* accipi solet, a Piero, Musarum monte. Hoc certe subtilius. Potius est pro, Thessala, a Pieria, Thessaliae regione. — *curvat*, movet, ad amorem flectit. — 16. at *tuis*, h. amatoribus tuis (ut I. 25. 7. *me tuo*) *parcas supplicibus*, cum sunt supplices tibi, h. certe tum miserere illorum, cum ante fores tuas prostrati misere iacent. Ita iubet exponi exitus; & sic nil in sententia nos male habere debet. — 17. 18. o *dura* & *saeva* Lyce! id ut exornatum sit, vide. O tu, quae *nec mollior*, durior es, *rigida*, inflexibili *aesculo* (argutatur Dacer.), *nec mitior animum*, h. saevior, *anguibus Mauris*; nam in Mauretania serpentes & plurimi & acerrimi. Memorabile est, *anguibus* crudelitatem h. l. tribui; quam sane nos hodie ideam non habemus. — 19. 20. Nam *non semper* cet. Pro *ego*, quam ornate *latus*, corpus; sed v. ad II. 7. 18. & cf. Epod. X. 32 sqq. — *aqua caelestis*, i. pluvia (v. Epist. II. 1. 135.), h. l. tantum, ut specialis notio, ad noctem intempestam exprimendam valet.

CARMEN XI.

ARGVMENTVM.

En denuo carmen, in cuius descriptione laborent Intpp. & vel satis bonum in eo nexum esse negent; ut Ill. Hom. el. crit. c. 1. T. I. p. 34. Alii, post Torrentium, poëtam aiunt more Pindarico ad fabulam de Danaidibus, obiecta occasione, esse evagatum. Alii, ut Dacer. & Sanad. duas carminis partes constituunt, quarum prima elogium & invocationem Lyrae, altera fabulam de Danaidibus contineat. Sed utraque ratione male Horatio consulitur. Optime habet descriptio carminis, si recte fuerimus contemplati. Est illud ad puellam asperam & ferocem, Lyden. Huic, vel sponte, vel, quod malim credere, ab ipsa iussus, carmen sese canturum pollicetur; Mercuriumque & Lyram, illud ut bene succedat, precatur. ARGVMENTVM ipsum carminis, quod ipsius arbitrio a puella relictum puto, eligit FABVLAM DE DANAIDIBVS; quam omni, cuius capax est, & suavitate & dignitate lyrica tractavit. *Magnus in hoc argumento dilectus cernitur. Erant Danaidum XLIX feroces & in amantes saevae, una mollis ac tenerrimi amoris plena. Illas detestatur posteritas, inque Tartaro poena aeterna premit; huius nomen & laudem nulla delebit aetas. Itaque Lyden illarum immanium exemplum a ferocia saevitiaque absterrere, Hypermnestrae laus & pietas ad mitiorem in Horatium sensum redigere poterat. Suaviter ridet bonus Perraultus (Parall. III. p. 182.), Lydiam neminem occidere voluisse. Cum Horatium non redamaret, eum amore pereuntem non miseraretur, crudelitate sua eum occideret, nonne poëtae in eadem cum Danai filiabus culpa esse videri debebat? — Sed summum etiam poëtam prodit tam delicati argumenti tractatio.* O Lyra, quae lapides, tigres, silvas, rivos, Cerberum totumque Tartarum delectare ac movere potes! *Quam praeclarus attributorum dilectus, cum durae ac saevae puellae carmen canendum esset. Tum v. 23 sqq. transitus a Tartaro, cuius hac etiam de caussa ultima mentio est, ad primarium de Danaidibus argumentum, inter delicatissimas ac felicissimas in toto Horatio conversiones, maximeque admirabiles connexiones est numerandus. In ipsa tractatione quae sensuum veritas est! quae vis, nunc graviter, nunc molliter movens animum! Elocutionis quae dignitas, quam nativus & aptus, quam iusto cum iudicio dilectus ornatus! Inprimis orationem illam Hypermnestrae, & tenerrimi & nobilissimi affectus plenam, in consummatissimis antiquitatis operibus habendam, cum eaque quod carmen abrumpitur, in eo doctissimum poëtam declarari arbitror. Multum profuerit ad acuendum tironum iudicium, si conferatur cum hac parte carminis Epistola Hypermnestrae ad Lynceum, Ovid. Her. XIV. qua videant, quanto inferior sit Horatio Ovidius in sua acuminis subtilitate, ingeniique luxuria. Quaedum nos in Obss. passim attingemus. Item comparetur versio Summi Ramleri, p. 181. atque Eiusdem carm. lyr. VI. ad Lalagen.*

AD LYDEN.

METRVM XVII.

Mercuri - nam te docilis magistro
Movit Amphion lapides canendo -
Tuque Testudo, resonare septem
Callida nervis,

Nec

PROSPHONETICE IN LYDAM libb. Torr. AD MERCVRIVM vulgo.

1. *docilis* pro accus. pl. accipere aliquando Klotzio in mentem venerat; v. lectt. Ven. p. 311. Hauserat autem illud e versione Sanadoni: *les rochers dociles.* Aperte respondent inter se *docilis* & *magistro.* 2. *Amphyon*, *Anphion*, aberratt. 3. *Testudo*, maiori T, recte, Bentl. Cun. San.

1. Praeclare e consilio poëtae invocatur h. l. *Mercurius*, ab eoque inventa *Lyra.* — *nam* elegans & poëtica ratio, pro vulgari *quandoquidem*, s. *quo magistro.* Sic Virg. Aen. I. 65. *Aeole*, *namque tibi* cet. ubi v. Ill. Heyn. Est e Gr. γάρ, Hom. Il. ω. 334. ubi v. S. V. Ernesti. — *docilis*, edoctus, institutus a te. *Amphion*, Iovis & Antiopes f. a Mercurio accepta lyra tam suaviter cecinisse fertur, ut sono attraherentur lapides, formarentque Thebarum muros: cf. Art. poët. 394 sqq. unde *movit*, fecit, ut se moverent. Nullae sequuntur ad Mercurium ipsum diserte spectantes preces; sed insunt in precibus ad Lyram, v. 7. quatenus haec illi ortum ac sonum debet, isque eam moderari Amphionem docuit. — 3. *Testudo* pro Lyra, cum dilectu ob sqq. & ob not. ad I. 10. 6. Fundum cavum s. resonum priscae lyrae testudinem fuisse, notum; qua etiam specie in monumm. occurrit. Vid. Spenc. Polym. Dial. VIII. p. 107. tab. XXIV. Quomodo autem Lyra invocetur, declaratum ad I. 32. 4. & 15. — *callida*, docta np. a Mercurio, *resonare*, ornate pro, quae eo auctore resonas a *septem nervis*, chordis; φορμιγξ ἑπτάγλωσσος, Pind. Nem. 5. 43. Itaque iam

Nec loquax olim, neque grata, nunc &
Divitum menſis & amica templis:
Dic modos, Lyde quibus obſtinatas
    Adplicet auris;
Quae, velut latis equa trima campis,
Ludit exſultim, metuitque tangi,

Nuptia-

9. *laetis*, coni. Dacer. (& recepit Sivr.) quia Anacr. cuius locum expreſſit Horatius, λειμῶνας dixerit, cui verbo melius reſpondeant *laeti* campi, quam *lati*. Debile profecto argumentum! Et aptiores huius loci imagini *lati* campi. v. Bentl. 9—12. omiſit Sanad. ſtudio caſtitatis. 10. *exultans* Lipſ. 4. e gloſſa.

iam perfectior lyra deſignatur, quae primum τετράχορδος, poſt ἑπτάχορδος, ut notum. Super hoc numero chordarum multa ad h. l. diſputat Glarean. adverſus Macrob. Sat. I. 19. quae non attinet nunc expendere.

5. 6. Quae *olim*, antequam a Mercurio adornata es, *nec loquax*, ſonora, vocalis eras (nam *loqui*, φθέγγεσθαι, de lyra), *neque grata;* h. ne ullum quidem ſonum habebas, nedum iucundum illum, quem nunc habes. Non accipiendum hoc, ut male Geſn. de animali, ſed de teſta, qua illud tegitur. — *nunc amica*, grata, amata es, pro, adhiberis *menſis d.* (cf. ad I. 32. 13.) *&* *templis*, h. Deos hominesque oblectas. Nulla erat apud veteres ſine muſico concentu ſacrorum & conviviorum feſtivitas. *Fidicines hodieque Romae in ſacrificiis adhiberi videmus*, Porphyr. Cf. Plaut. Epid. II. 3. 10. Pertinent v. 10. 11. ad augendum miraculum inventae a Mercurio lyrae, quod in ſpem inducebat poëtam, movendae per eam Lydes. Subtilius Cl. Sivry trahit ad lyram latinam, quam primus Horatius loquacem & gratam fecerit. — 7. *Dic*, ede, *modos*, carmen. Cf. I. 32. 4. Ad *Lyden* iam annis provectiorem eſt huius l. 28. ubi etiam ſevera apparet. V. & II. 11. 21. — *obſtinatas*, ornate pro, ipſa obſtinata, inexorabilis.

9—12. Pictura puellae iuvenculae, hilaris quidem ac laetae, ſed ferocis ſuperbaeque

Nuptiarum expers, & adhuc protervo
Cruda marito.
Tu potes tigris comitesque silvas
Ducere, & rivos celeris morari.
Cessit inmanis tibi blandienti
Ianitor aulae,

Cerbe-

15. *blandientis* Lips. 4. ut iungatur „aulae blandientis„ sc. tibi.

baeque in amantes, nullo dum amoris sensu sollicitatae. Cf. II. 5. 5 sqq. De comparatione puellae cum *equa* v. not. ad II. 1. 1. & Triller. Obss. critt. p. 289. Sunt prope ad verbum expressi hi vv. ex Anacr. LXI. quod exstat ap. Heracl. Pont. de allegor. Homer. in Th. Galei opusc. mythol. p. 94. Πῶλε θρῃκίη, τί δή με — νηλεῶς φεύγεις; — νῦν δὲ λειμῶνάς τε βόσκεαι, κοῦφά τε σκιρτῶσα παίζεις cet. — *trima*, trium annorum, ubi petulantissimi sunt pulli. — *campis latis*, ubi libere vagatur. — *exultim ludit* plenius pro exultat, ex Anacr. σκιρτῶσα παίζεις. — *metuit*, pro non vult, φυλάττεται (ut saepius *metuo* ap. Horat.), non sinit se *tangi*; verbum verecundum, ut Serm. I. 2. 54. e Gr. ἅπτεσθαι παρθένε. Item verecunde ac generose *nuptiae*, pro re Venerea, de equa, quod sane memorabile. Similia ap. Graecos ἄγαμος, ἀνυμέναιος, item ἄχαρις, γάμων ἀδίδακτος, Musaeus v. 31. — *maritus* pro amatore, eodem respectu (v. Epist. II. 1. 132.), de animalibus etiam saepe. — *protervo*, petulanti, in Venerem ruenti. — *cruda* (animo, ut bene Scholl.) h. ferox, ut dicitur puella aspera, saeva, dura; ex usu graeci ὠμός.

13 sqq. Nobilissima tetrasticha! *Tu*, ad lyram, ut recte Porphyr. Aperte enim quae sequuntur, ad *Orpheum* pertinent, ad quem ab Amphione sensus transeunt. Nolim cum Spencio (Polym. Dial. XVI. p. 284.) de Mercurii descensu ad inferos, nobis ignoto, cogitare, aut Orphei aliorumque cantus Mercurio ut parenti lyrae tribui, cum Cl. Schmidio credere. — *tigres* pro generali, feras. Tigres in Thracia,

Cerberus: quamvis furiale centum
Muniant angues caput eius, atque
Spiritus

17. *Cerberos* Cun. 18. Illud *eius* (quod post Dacer. senfere plures) ita vulgare, ita languidum & humile est, ut Horatio ignosci prope non possit, qui, hoc inprimis in carmine, eo sit usus. Fuerunt quidem, qui defendere illud, certe excusare vellent; ut Burm. ad Grat. cyneg. 224. & ad Ovid. M. VIII. 16. it. Klotz. lect. Ven. p. 313. Non dicam de argumento Klotzii, nos non debere id nobis sumere, ut melius nos intelligere putemus latini sermonis virtutes ac vitia, quam ipsos veteres; id enim timeo ut cuiquam studioso antiquae critices, quam sic universam evertere facile esset, satisfacturum sit. Afferuntur itaque ex aliis poëtis exempla adhibiti *eius*. Sed primum in tali caussa exemplis nihil probatur. Deinde sunt illa paucissima. Denique depromta sunt omnia e carminibus tenuioris generis, a quo ad lyricum genus nulla conclusio fit; velut ex Ovidio, Propertio, Gratio. Contra in gravioribus magnorum poëtarum carminibus nusquam sic positum *eius* reperimus; nusquam in odis Horatii (nam IV. 8. 18. alia plane res est); nusquam in toto Virgilio. Itaque error librariorum, quo mature corruptus sit locus, hic latere nunc plerisque criticis videtur. Fere suspicantur, post *caput* positum a poëta fuisse verbum, cuius terminatio, adnexo *que*, in *atque* superfit, priores duae syllabae in *eius* corrumpendo abierint. Hinc *exeatque* coni. Bentl. inpr. ex Ovid. Met. III. 75. Possit in mentem nobis venire, quod & ipse Bentl. sentire videtur, vix *spiritum exire* dici, nisi de moribundis. Sed hac quidem de caussa non repudianda haec emendatio, inprimis in poëta lyrico, & in tali nexu.

eia, Orphei patria, non sunt. — *comites*, quatenus sequuntur. Cf. I. 12. 7-12. Art. poët. 391 sqq. Tanta cum possis, poteris & Lyden flectere. — 15. *Cessit*, viam fecit *tibi*, h. propter te, illi, qui te portabat, Orpheo. Alias enim neminem vivum intrare sinit. — *blandienti*, blande canenti; v. I. 12. 11. *blandum*. — *ianitor aulae*, qu excubat in limine aulae Plutonis, *ianitor Orci*, Virg. Aen. VIII. 296. — *immanis*, quod Lamb. iungit *aulae*, malim referre ad *ianitorem*. Comp. autem cum his Virg. Ge. IV. 483. & de Alcaeo, Horat. II. 13. 33 sqq. ac de Baccho, II. 19. 29 sqq.

17—20. *Quamvis* sit monstrum immanissimum. Hoc specialibus coloribus ita adum-

Spiritus teter saniesque manet
Ore trilingui.

Quin

nexu. — *quamquam-muniunt a. caput; eius atque-manat* edidit Cuning. Aliquanto tolerabilius Viro doctissimo videbatur illud *eius*, si iungeretur sequentibus. Interim pro *eius atque* coniicit idem *aestuatque*, item *efflat atque;* nam *efflare* intransitive etiam poëtis dicitur, ut Stat. Th. X. 103. *aestuatque* recep. San. & Sivr. — *effluatque* coni. Gesn. v. Sen. Troad. 394. Optimum e ratione critica, sensuque lyrico, videtur esse Bentleianum *exeatque*. Forte tamen nec displiceat *emicetque*, quatenus „emicare„ dicuntur, quae cum vi quadam protruduntur s. prorumpunt in auras. Sed dubitari etiam possit, an pro *eius atque* Verbum substitui omnino necesse sit. Nam, quod aiunt, „manare spiritum„ dici non posse, id nullius momenti est. Doctius adeo & magis lyrice *spiritus* & *sanies* uni verbo *manare* iungi videntur. Est ap. Iones. suspicio: *caput & iubam*, sed quae vix probari queat. Possit etiam *eius* esse e scholio grammatici, voci *caput* adscripto, & post *atque* interiisse aliud vocabulum. Hoc autem quis indaget? Quid? si suspiceris: *atque monstri;* ut inf. 29. 45. *infamis iuvencus*, & mox v. 48. *monstrum*. Sed talia praestare ego nolim. Si putes, Horatium, cum esset homo, esse hoc loco lapsum, omnibus coniecturis & emendationibus carere possumus.

adumbravit, ut pictura exiret Cerberi, summis laudibus a viris doctis ornata, quae sine horrore legi vix queat. Sane summus in ea poëta cernitur, estque ad augendam loci sententiam efficacissima. Cf. ad II. 19. 29. Attamen vv. 19. 20. nobis hodie nimium prope a decora suavitate recedere videntur; neque enim tam horret quam aversatur legentium animus. Sed tulit tam tetros colores in picturis poëticis antiquitatis iudicium, ut plura exempla testantur. — *centum* pro multitudine *anguium*, quos pro villis & iubis gerit; unde, *caput muniunt*, cingunt. v. Virg. Aen. VI. 419. — *furiale* docte pro, Cerberi furialis, furibundi. Subtilius Dacer. expl. *instar Furiarum*. — *eius*, v. V. L. — 19. *Spiritus teter*, foedus, foedi odoris. Cogitandus halitus crassus & pestilens, faucibus latrantis erumpens. — *sanies*, spuma, Raml. *Geifer*. — *manare* proprie tantum saniei aptum, sed, sollemni poëtis figura, inde petita generalis notio

Quin & Ixion Tityosque voltu
Risit invito: ſtetit urna paullum
Sicca, dum grato Danai puellas
Carmine mulces.
Audiat Lyde ſcelus atque notas
Virginum poenas, & inane lymphae
Dolium

21. *Iſion* error. *Titius*, *Tytios*, *Tycios*, *Tithios* aberratt. *Tityos* Blandd. Cr. ceterique optimi. Quidam *Tityus*.

notio *prodeundi* ad *ſpiritum tetrum* referenda. — *ore trilingui* docte pro, de tribus linguis oris triplicis, h. de tribus oribus. Cf. II. 19. 31.

21. *Quin &*, plane ut II. 13. 37. Comparetur locus. *Ixion* ob Iunonis amplexus expetitos a Iove in Tartara deiectus, rotaeque illigatus. Cf. Virg. Ge. IV. 484. De *Tityo* v. ad II. 14. 8. — *riſit*, proſ. *riſerunt*, h. delectationem vultu oſtenderunt, te audientes, in mediis cruciatibus; unde praeclare *invito*. Bene Porphyr. „riſum iis *extorſiſti*.„ — 22. En admirabilem illum tranſitum! Dum enumerare tantum velle videtur damnatorum aliquot exempla, ſenſim & praeter exſpectationem eo, quo tendebat, perducitur. Danaus, Beli f. Argivorum rex, quinquaginta filias ſuas totidem filiis Aegypti fratris, Memphi regnantis, eodem die nuptum dat, ſed ſuum quamque maritum prima nocte interficere iubet, oraculo monitus, ſibi a genero perniciem impendere. Omnes perpetrarunt ſcelus, praeter unam *Hypermneſtram*, quae *Lynceo* ſuo pepercit. Male *Linum* vocant Scholl. & alii; ſed v. Heinſ. ad Ovid. Her. 14. 123. Iſtae impiae apud inferos in perforata ac pertuſa dolia, τετρημένα, aquam infundere coguntur. — *urna*, dolium, ſingularum dolia. — *ſtetit paullum*, per aliquod tempus, *ſicca*, non infuſa aqua; h. intermiſerunt laborem Danaides, te audientes. Notetur copia & dilectus in efferenda notione *delectationis*, quam perciperent Tartari incolae.

25. Fac, Lyra, ut *audiat Lyde* (praeclare vero repetitum nomen!) me canentem *ſcelus virginum*, *poenasque notas*, celebratas a poëtis. Ea

Dolium fundo pereuntis imo,
Seraque fata,
Quae manent culpas etiam ſub Orco.
Inpiae – nam quid potuere maius? –
Inpiae ſponſos potuere duro
Perdere ferro.
Vna de multis, face nuptiali
Digna, periurum fuit in parentem
Splendide mendax, & in omne virgo
Nobilis aevum.

Surge,

29. *manet* Lipſ. 4. 30. *numquid* Bentl. 9. Punctum ponit Mancin. poſt *fata* v. 28. & iungit: „Impiae, quae manent culpas cet.„ Tum *nam quid p. maius impiae?* Blandd. Cr. & Glarean. Sed vulgata diſtinctio haud dubie praeſtat. Denique v. 30. & 31 permutati in Fran. 32. *furto* Lipſ. 4. Memorabilis lectio. 36. *Nubilis* vult Barth. ad Claudian. p. 1225. quaſi aeternae gloriae nupſerit. Eheu! v. Bentl.

Ea poena ſtatim declaratur: *&* *dolium* (pro, dolia), quod ſemper manet *inane lymphae*, quia haec continuo *perit*, effluit ex *imo fundo*, inferiori parte dolii. Cf. Tibull. I. 3. 79 ſq.

28. 29. Generaliter accipienda haec ultima: diſcat Lyde ex hoc exemplo *fata ſera* cet. *Fata* audacius pro poenis, a fato deſtinatis. — *ſera*, quia demum poſt hanc vitam apud inferos veniunt. — 29. *quae culpas*, ſcelera, *etiam ſub Orco* inſectantur.

30. *Impiae*, omnis humanitatis expertes. Saepe enim *pietas* de ſenſu humanitatis. Summa ἐνέργεια in repetito *impiae!* — *quid maius*, quod maius magisve atrum ſcelus patrare *potuerunt?* Etiam *potuere* cum vi repetitum; omninoque POTVERVNT *perdere* pro, perdiderunt, graviſſime! — *duro*, pro, ipſae durae, crudeles, ut bene Scholl. De natura ferri accipere ieiunum ſit. — *perdere*, occidere, ὄλλυσθαι.

33 ſqq. *Faces* ante ſponſam, cum ad maritum deduceretur, eſſe praelatas, notum; unde *faces nuptiales*, δᾷδες νυμφικαὶ, pro connubio. Praeclare Raml. *der Fackel*

Surge, quae dixit iuveni marito,
Surge, ne longus tibi somnus, unde
Non times, detur: socerum & scelestas
Falle sorores;
Quae, velut nactae vitulos leaenae,
Singulos, eheu! lacerant. Ego illis
Mollior, nec te feriam, neque intra
Claustra tenebo.

Me

39. *ac sc.* Cun. *& sorores falle sc.* Lips. 3. 42. *heu, heu,* Lips. 3 aliique, ut solent. 43. *neque intra* Bentl. 1. 2. 3. 6 aliique, duo Bersm. Mentel. Lips. 1. 2. 3. Dessss. Nil referunt de suis reliqui. Item sic Venet. 1478. 1492. Locher. Asc. Baxt. Bentl. Cun. San. Recte! Vulgo *nec.*

Fackel Hymens würdig. — *splendide*, pulchre, generose, *mendax*, nobile oxymoron! Raml. *täuschte glorreich.* Nam iureiurando filias ille obstrinxerat. Etiam Cic. Mil. 27. *gloriose mentiri.* — *periurum*, perfidum, np. in hospites, eosque generos. — *virgo*, v. ad II. 8. 23. Argutantur Intpp.

37 sqq. Consummatissima carminis pars, oratio Hypermnestrae ad Lynceum, tenerrimi ac verissimi πάθους plena. *Surge*, repetitum cum vi: non potest ille ab amplexu resolvi; instat flens & orans puella. Contra ap. Ovid. v. 52 -- 66. primum diu ac docte deliberat; denique v. 73. *Surge, age, Belide, de tot modo fratribus unus, Nox tibi, ni properas, ista perennis erit.* Eruditam vero & frigidam Hypermnestram Ovidianam! Horatianam pectus adfectusque disertam facit. — 38. *longus somnus*, mors; v. ad I. 24. 5. Notum τανηλεγὴς θάνατος. — *tibi detur* inde, ab iis, *unde*, a quibus illum *non times.* Id statim declaratur. *Falle*, clam illis hinc effuge; e Gr. λάνθανε. — 41. *nactae*, assecutae, ornat. — Cum *vitulis* comparare iuvenes illa aetate decorum erat, hodie minus. Vnde Ramler. *ein iunges Reh.* — 42. *Singulos*, suum

Me pater ſaevis oneret catenis,
Quod viro clemens miſero peperci:
Me vel extremos Numidarum in agros
Claſſe releget.
I, pedes quo te rapiunt & aurae,
Dum favet nox & Venus: i ſecundo
Omine:

49. *vel aurae* Landin. Totum hoc ultimum tetraſtichon delevit Guieti audacia.

ſuum quaeque; praeclare ad pathos; unde *eheu!* — *ego*, quae *illis mollior* ſum, quam innocenter! — 43. *feriam*, occidam. — *intra clauſtra*, h. domum, cubiculum; evadere te ſinam. Nam alioquin fuiſſet tamen illi pereundum.

45 ſqq. Nobiliſſimi ſenſus! *oneret*, graviter! non modo conſtrictam *catenis*, ſed earum pondere depreſſam puellam vides. — 46. *viro*, ſponſo. In *clemens* & *miſero* tenerrimus affectus! Etiam illud *Me*, inprimis repetitum, magnam vim habet. In ſe, in ſe, omnem calamitatis atrociam, omnem patris iram vult effundi generoſa puella, dum Lynceus in tuto ſit. — 47. 48. Senſus per ſe nobilis! licet non ſatis ſervarit in eo Horatius rationem temporum; nam ſeriori demum aetate inter atroces poenas erat deportatio in inſulam, aut oram barbaram. Pro quavis tali ora ſunt *Numidarum agri*, Numidiae deſerta. Iam vide ap. Ovid. l. l. 9-14. docte acuteque loquentem & antitheſibus ludentem Hypermneſtram!

49. Fuge terra, mari, quacunque eundum ſit, & ire liceat. Id pulchre expreſſum! Proprie & *pedes* & *aurae* dicuntur *ferre*, ἄγειν, pro quo h. l. doctius, *rapiunt*, ob feſtinationem, qua opus erat. Cf. Epod. XVI. 21 ſq. Eurip. Med. 1122. Μήδεια, Φεῦγε, Φεῦγε, μήτε ναΐαν λιποῦσ᾽ ἀπήνην, μήτ᾽ ὄχον πεδοσιβῆ. — 50. *Dum f. nox & Venus*, dulciſſime! Cum carum iuvenem in bonorum Deorum tutela eſſe cuperet, *Veneri*, amantium tutrici, eum inprimis commendare

Omine: & nostri memorem sepulcro
Scalpe querelam.

CAR-

51. *nostro* Basill. Rutg. 52. *Sculpe* Acr. Comm. Cr. unus Vatic. Iann. Fa. Russ. Cler. Nicot. Lamb. tres Cruqu. omnes Bersm. Pulm. 1. 5. Lips. 3. 4. Dess. 2. Venett. Locher. Asc. Lamb. Steph. Fab. Fabric. Heins. Ion. Sivr. Defendit etiam Heins. ad Ovid. Her. 14. 128. *Scalpe* omnes Blandd. Cruqu. omnes Torrent. Pulm. 2. 3. 4. Gott. Mentel. Fran. Helmst. Lips. 1. 2 a m. pr. Alt. 1. 2 a m. pr. Dessss. Muret. Ald. Basill. Torr. Cruqu. Rutg. Bentl. (e suis codd.) Baxt. Cun. Advocatur & Diomedis grammatici auctoritas, qui l. I. p. 374. semper dicendum esse *scalpo*, non *sculpo*, contendit. v. Gesn. Th. v. *scalpo*. Praestat h. l. auctoritate codd. *scalpe*, & est doctius. Denique *in-sculpe querelam* emend. Sanad.

mendare proclive erat. Libet memorare, quod Pausanias narrat (Corinth. 19.), Hypermnestram a patre in iudicium vocatam, sed Argivorum sententiis absolutam, in eius iudicii memoriam Veneris νικηφόρα signum in Apollinis templo dedicasse.— Illud *I*, iteratum etiam, mollissimum πάθος habet. Flentem cernimus puellam, valedicendi maerore prostratam, dum fugere iubet periculi timor iuvenem, amor retinere cupit. — 51. *scalpe* in *sepulcro*, in monumento ad sepulcrum meum, *querelam*, suavissime, pro, titulum s. epithaphium, *nostri memorem*, memoriam nostri servaturam. Iterum serioris aevi est haec luctus testandi elegantia. Sed per se pulcherrima sunt ista, omninoque exitus dulcissimus. Audimus singultu & lacrimis oppressam orationem. Sed Ovidii Hypermnestra quam loquax! ut & suum ipsa epitaphium componat, idque argutum & antithetis nitens. Et tamen, nisi esset *pondus catenae*, liberet plura scribere. Fuere ceterum, qui in hoc exitu difficultates viderent, & vel cogitarent de cenotaphio, quod sibi a Lynceo parari velit puella; tamquam non potuerit sperare Hypermnestra, futurum, ut Lynceus aliquando Argos rediret.

CARMEN XII.

ARGVMENTVM.

Variae sunt Interpretum de huius carminis, quamvis parvum sit, consilio ac descriptione opiniones. Dubitant enim, sitne in Neobules, amore captae, irrisionem, an defensionem, an vero miserationem & consolationem scriptum. Illud Baxterus inprimis statuit, Horatium tradens exemplo Archilochi, qui sponsam suam, Neobulen, Lycambis filiam, iambis ad suspendium adegisset, puellam ab Hebro, turpi & vetulo moecho, corruptam, satirico rhythmo deridere. Hinc in notis omnes Hebri laudes ad risum & ironiam convertit. Sed recte Gesnerus, nil se hic satirici vel ironici videre, adscripsit. Neque, ut vult Dacerius, consolatio aut defensio Neobules proprie inesse in carmine dici potest; sed est MISERATIO puellae Romanae, idque ingenuae ac nobilioris, ut videtur, propterea, QVOD AMAT. *Tractatio argumenti, per se levioris, prorsus praeclara. Inprimis delicata carminis descriptio est; quam melius assecuti essent Intpp. si attendissent ad antithesin inter* miserarum, *v. 1. &* tibi, *v. 3.* --- Cum aliae puellae eo miserae sint, quod non amant; tum tu misera es, quod amas. *Est Anacreontea sententia (c. XLVI.):* Χαλεπὸν τὸ μὴ φιλῆσαι· Χαλεπὸν δὲ καὶ φιλῆσαι. *Iam describi solet amoris miseria ab eo, quod* abstrahit a consuetis exercitationibus ac studiis *(Cf. I. 8. & 19. V. 13.); quod venustissima conversione ad Neobulen traducitur. Tanto autem illa miserior magisque saucia amore erat, quo plures exsplendescerent in Hebro (haud dubie equite R.) virtutes; quibus igitur enumerandis consummatissima exoritur pictura sensuum & cruciatuum perdite amantis puellae. Quod putant nonnulli, Neobulen ipsam loquentem atque apud se conquerentem induci, id cum paullo & subtilius & insolentius videri debeat non occupato lectori, tum certe nihil nos cogit, ad eam rationem confugere. At Cl. Sivry ut, e consilio suo, oden pro versione graeci carminis habere posset, Liparam, Ciliciae civitatem, unde ortus fuerit Hebrus, sed quam geographi veteres ignorant, effinxit, prope quam fuerit Liparis fl. oleosae naturae, de quo Plin. V. 27. & Vitruv. VIII. 3. unde v. 6. emendat* Liparinis. --- *Denique comparent studiosi versionem Ill. Ramleri.*

AD NEOBVLEN.

METRVM III.

Miserarum est, neque Amori dare ludum, neque dulci
Mala vino lavere: aut exanimari metuentis
Pa-

De metro huius carminis plane singulari, diversa eius in codd. ac editt. specie, Virorumque Doctorum super eo disceptationibus, diximus in Excursu I.

1. *est* abest ab Helmst. *nec a.* Pulm. 1. 4. Lips. 3. Helmst. & edidit Bentl. Rectius ceteri *neque.* 2. *vino eluere* coni. With.

1. *Miserarum est*, doctior forma pro, *miserae sunt* puellae, quae *neque A. dant ludum* cet. In *miserarum* argutatur Baxt. *Ludum dant*, h. materiam ludificationis saevique ioci praebent *Amori* s. Cupidini, qui perdite amant. Alii aliter explicant. — *neque dulci v. mala lavere* (antique pro lavare) h. curas diluere, eluere, pellere. Cf. IV. 12. 19 sq. Laborare possit in hoc lector attentus, cum & aliena a re videatur vini mentio, &, non licitum fuisse feminis Romae illud bibere, constet. Sed cum his duobus, *amore* & *vino*, includi & definiri soleant vitae iucunditates; venuste puella, quae non *amat*, misera declaratur eo, quod sic, cum nec *bibere* ei conveniat, omnibus omnino vitae voluptatibus caret. Mox *exanimari — linguae*, fere pro eorum, quae praecedunt, caussa accipitur. Sed, quod declarat transitus *aut*, aperte nova sententia est: aliae puellae non essent illae quidem per ingenium suum ab amore alienae, sed amare miseris non licet per severum patruum. — *exanimari metuentes* exquisite pro, exanimari metu, nullo non tempore timere. In notione *patrui* inest idea saevi reprehensoris; quod solebant isti, inprimis, ubi simul tutores essent aut custodes, asperiores esse in nepotes, si quid peccassent. Cf. Serm. II. 2. 97.
II.

Patruae verbera linguae. Tibi qualum Cythereae
Puer ales, tibi telas, operosaeque Minervae
Studium aufert, Neobule, Liparei nitor Hebri,
Simul unctos Tiberinis humeros lavit in undis,

Eques

5. *Neobole* aliquot mss. & editt. vett. *Liparei* scribunt Bentl. & Cun. ad formam *Patareus*, *Ephyreus*. Vulgo *Liparaei*. 6. Haec verba; *Simul unctos - - undis*, hic post *nitor Hebri* exhibent omnes, qui adhuc inspecti sunt, codd. Horatii (exceptis tribus, ut videbimus), omnesque ante Aldum editt. vett. Item Acronem & Commentatorem Cr. sic legisse apparet. Neque e Porphyrionis nota potest, eum aliter legisse, derivari. Sed primus Aldus haec: *Simul - - undis*, reiecit post verba: *pede victus*, v. 8. e Viennensi codice Stanislai Zaur (Saueri); eiusque exemplum omnes propemodum postea editiones secutae, ut Basill. Lamb. Marcil. Asc. Fabric. Steph. Heins. Rutg. Fab. Dacer. cet. Quod Bentl. ait, Aldum non vidisse ipsum codicem Zaurianum, sed imposuisse illi nebulonem aliquem, in eo vir doctissimus graviter errat. Nam Aldus „ad se missum ab amico codicem ipsum se habuisse„ ad h. l. tradit. Et post etiam in duobus codd. collat. Sax. ap. Gesn. repertus est Aldinus verborum ordo. Sed in hoc carmine eiusque metro faciles erant versuum & verborum permutationes, ut Excursus docet. Quod argumentum Aldus duxit a verbo *Bellerophonte*, quod non efficiant quatuor ultimae syllabae ionicum a minore, sed paeonem tertium, ideoque non in medio versu sed in extremo illud collocandum sit, id satis refutarunt Cruqu. Glarean. & Bentl. Nam dicitur etiam, ut *Anchises*, sic *Bellerophontes, ae*, e Gr. Βελλεροφόντης, ου, quo pacto ablativi ultimam produci necesse est. Denique iam Torrent. recte observavit, in Aldino ordine sibi non constare sententiam, quod postea Bentl. pluribus

II. 3. 88. Cic. Cael. 25. Itaque pro, metuentes patruum, docto ornatu, *verbera*, obiurgationes, *linguae patruae*. *Verbera* autem, ut Prop. I. 3. 18. item sic *verberare* & *verbĕratio* ap. Cic. ad Div. XVI. 26 & 27.

3. Tu, Neobule, alia parte misera es, np. *quod amas*. Excellenter plane id exornatum! v. Argum. *Tibi puer ales*, alatus, *Cythereae, & nitor*, pulchritudo (v. I. 19. 5.) *Hebri*, h. pulcher Hebrus, eiusque amor *aufert*

Eques ipso melior Bellerophonte, neque pugno
Neque segni pede victus: catus idem per apertum
Fugien-

bus ostendit. Nam primum inepte dicitur Hebrus equo, pugno, pede invictus, *simul unctos* cet. h. *postquam* lavit; v. Obss. Deinde sic iungitur *nitor Hebri*, *eques;* quod occasionem dedit gravi illi reprehensioni T. Fabri, a Dacerio repetitae: „pessimam hanc esse & corruptissimam cacozeliam.„ Non sufficere videtur ad hoc crimen depellendum, quod „nitor Hebri„ est pro „Hebrus„: sed revocato antiquo verborum ordine omnia bene habent. --- *Liparinis* (pro *Tiberinis*) emend. Cl. Sivr. opinionis suae de hoc carmine caussa; v. Argum. --- *lavit undis* omisso *in*, fere editt. antt. 7. *Bellorophonte*, *Bollerophonte*, *Bellerofonte*, errores. *Bellerophonti* emend. Bonfin. obvia de caussa. -- *pugna* Pulm. 5. 8. *celer idem*, & mox *catus alto* coni. vir doct. ap. Bentl. qui putat, sic aptiorem esse utramque sententiam. Sed est nunc etiam utraque apta. --- *&* abest a Lips. 1. 3. Helmst. Cun.

fert cet. *Lipare*, una de insulis Aeoliis prope Siciliam. Expressa haec, ut iam observatum Lambino, Victorio, aliis, e dulcissimis versibus Sapphus (ap. Hephaestion. in H. Steph. carm. Lyr. p. 426. & Wolf. fragm. poëtriar. n. 10.): Γλυκεῖα μᾶτερ, ὄυτοι δύναμαι κρέκειν τὸν ἱςὸν, Πόθῳ δαμεῖσα παιδὸς Ῥαδινὰν (al. βραδινὰν) δι' Ἀφροδίταν. Non assecutus est hanc Horatius suavitatem, ut iam vidit Voss. ad Catull. p. 345. — *qualus*, quasillus, calathus, corbula s. cistula viminea, in qua reponebant feminae pensa sua. Vid. Tibull. IV. 10. 3. ibique Ill. Heyn. — 4. *telas*, texendi operam. — *studium*, artem s. laborem, *Minervae operosae*, assiduae, industriae; h. lanificium, cui praeest Minerva. Nota Ἀθήνη Ἐργάνη e Pausania; & nobiles etiam feminas lanificium olim exercuisse constat. — 6. *Simul* ac, pro, ubi s. cum, post exercitationes in campo Martio, *lavit humeros*, abluit corpus natando *in Tiberi*. Cf. ad I. 8. 8. Referenda autem haec, *simul-undis*, non ad *aufert telas*, sed ad *nitor Hebri:* capta es amore Hebri, qui tam pulchrum se ostendit, cum lavans in Tiberi a te conspicitur. Docte *humeri* pro toto corpore memorati, cum ob

Fugientis agitato grege cervos iaculari, &
Celer alto latitantem fruticeto excipere aprum.

CAR-

10. *alto* quatuor Torrent. codd. Cruqu. praeter unum, Pulm. 2. 4. unus Bersm. Bentl. 2. 6 aliique, Lipss. Altt. Fran. Helmst. Venet. 1478. Basill. Torrent. Cruqu. Heins. Steph. Rutg. Fab. Dacer. Baxt. Ion. *arto* (s. *arcto*) omnes Lamb. Bentl. 1. 10. 13 (pro var. lect.). 18. 19. Pulm. 1. 3. duo Torrent. antiquiss. Bland. Cruqu. duo Bersm. Mentel. Brod. Zar. Venet. 1492. Locher. Asc. Lamb. Fabric. Bentl. Cun. Vtriusque lectionis magna auctoritas est; utraque per se bene habet, ut non multum intersit, utram eligas. Nam & *artum*, densum, spissum, πυκινόν, fruticetum recte dicitur, & vero *altum*; v. Obss. Equidem, cum alterutrum ponendum esset, malui *alto*, quod elegantius & poëtico usui convenientius videbatur, silvam altam, quam arctam dici. v. Obss. Permutatio autem verborum *altus* & *artus* frequens in libb. antt. Cf. Drakenborch. ad Sil. VI. 194. Denique *scelerato*, pro, *celer alto*, Pulm. 5.

ob not. ad I. 2. 31. (quibus add. Hom. Od. ϑ. 19.) tum quod in lavando & natando inprimis cernuntur ac eminent. — *unctos* np. olivo; v. ad I. 8. 9.

7. Super his laudibus Hebri cf. I. 8. 3 sq. III. 7. 25 sqq. Observent studiosi doctam conversionem, transitumque lyricum, ad ipsas exercitationes: ubi in Tiberi lavit ille, *eques melior Bellerophonte*, domitore Pegasi, ut notum. — *neque victus pugno*, pugilatu, *neque pede*, cursu. — *segni* praeclare! ad ornandum τὸ *victus*; quatenus segnior est pes illius, qui vincitur. —

8 — 10. Nec minori *venationis* laude floret. Ornant hoc speciales notiones *cervorum* & *apri*; plane ut I. 1. 17 & 18. in quo & insunt duo primaria venationis genera: unum in campo, alterum in saltu; unum fugiente fera, alterum irruente, cet. — *catus*, intelligens, peritus (I. 10. 3.) *iaculari*, iaculandi, feriendi iaculo (in quo & valida & docta manus cernitur), *cervos*, *per apertum*, patentem campum, *agitato grege*, agminatim *fugientes*, a canibus excitatos & agitatos (quae verba propria). Cf. Virg.
Aen.

CARMEN XIII.

ARGUMENTUM.

Venustissimum ac dulcissimum carmen, cicadae Anacreonteae, passeri Catulliano, coturnici Ramlerianae, facile aequiparandum. Immortalem esse oportet, inquit Sanadonus, fontem, qui fuerit in regione magni poëtae. Itaque & Horatius fontem parvum & amoenum, *qui non procul ipsius villa in Sabinis, haud dubie in silva Sabina (I. 22.) erat, hoc odario* aeternitati tradidit. *Cum enim Numina s. Nymphae habitare in fontibus crederentur (v. I. 7. 12.); unde sacri hi antiquis habiti, iisque feriae* (Fontinalia) *dicatae, ac res divina facta:* Horatius fonti suo sacrificium, &, laudes eius dicendo, immortalitatem promittit; *ut fuerint, qui hoc carmen apotheosin fontis Bandusii dicerent. Cf. Ovid. Fast. III. 297 sqq. & inpr. Homer. Od. ρ. 208 sqq. — Virtutes nostri carminis, gratiam ac simplicitatem notionum, orationisque poëticae summam venustatem, facile delinitus percipit lector. Comparentur cum illo a studiosis melliti versus Petrarchae (Part. II. Canz. 3.* Standomi un giorno, *St. 4.):* Chiara fontana *cet. tum Viror. Summor. Ramleri & Weissii versiones; denique imitando hinc expressa duo venusta odaria, unum Cl. Gleimii,* Od. nach d. Hor. *XIII. p. 44. alterum Cl. Bürgeri, Opp. poët. p. 271.* An die Nymphe des Negenborns.

CAR-

Aen. IV. 153-55. — 10. *celer excipere*, ad excipiendum venabulo (*δέκεσθαι, mit dem Jachtspieß begrüßen*, Raml.) *aprum*, cum prodit excitatus e latibulo suo; quod & fortitudinem & *celeritatem* manuum totiusque corporis declarat. — *latitantem*, commorantem in *alto*, denso ac profundo *fruticeto*. Saepius *profundus* de silva & saltu; item *alta stabula ferarum*, Virg. Aen. VI. 179. Cf. Homer. Il. λ. 415. ὁ δὲ (κάπριος) τ᾽ εἶσι βαθείης ἐκ ξυλόχοιο. Item ad rem Virg. Aen. IV. 158.

AD FONTEM BANDVSIVM.

METRVM XIX.

O fons Bandusiae, splendidior vitro,
Dulci digne mero non sine floribus:

Cras

BLANDVSIAE FONTEM LAVDAT editt. antt.
AD FONTEM BLANDVSIAM Lamb. & plures.
AD F. BANDVSIAM Cruqu. Bentl.
AD F. BANDVSIAE Lipf. 2.
AD F. BANDVSIVM quid. Lamb. Cun. Baxt.
AD FONTEM DIGENTIAM Sanad. v. not. ad v. 1.

1. *Blandusiae* in multis codd. & vulgo in editt. Sed rectius *Bandusiae* aliquot Lamb. Commentator & omnes codd. Cruqu. Bentl. 1. 6 & tres alii, it. Acr. mſ. ap. eumdem, Gott. Sax. Mentel. Fran. Lipff. Alt. 2 a m. pr. Deff. 2. Cruqu. Bentl. San. Sivr. Facile hinc factum *Blandusiae*, quod nomen propius ad latinum sermonem accedere, & blandius esse videretur, ut ait Bentl. --- *Bandusiae* leg. Cun. & post eum Ion. Probat & Gesn. Iam Clarean. coni. *Blandusie*. Possit omnino ultima produci ob sequentem positionem; attamen *fons Bandusie* vulgarius haud dubie & magis prosaicum esset. 2. *non s. floribus cras d. h.* iungunt Scholl. Locher. Land. Asc. Brut. & de haedo floribus coronato cogitant. Melior altera ratio.

1. *Bandusia* (v. V. L.) *Sabinensis agri regio est*, *in qua Horatii ager fuit*, inquit Acr. & plures postea. Ex hoc *fonte*, qui haud dubie oriebatur in radicibus montis Lucretilis, profluebat rivus *Digentia*, de quo cf. Epist. I. 16. 12-14. (ad quem l. Porphyr. *fontem Bandinum*, Comm. Cruqu. *Bandusium* vocat), it. Ep. I. 18. 104 sq. Suspicantur quidam, ipsi fonti etiam *Digentiam* nomen fuisse; sed opponit Cl. Schmid. vix tunc poëtam id nomen hîc omissurum fuisse. Optime forte, ex antiquis notionibus, atque ad sensum poëticum, cogitemus cum nonnullis Intpp. de *Bandusia*, Nympha fontis, cui & cum lucus circa, tum universus pagus, sacer, ab eaque deno-

Cras donaberis haedo,
Cui frons turgida cornibus
Primis, & Venerem & proelia destinat:

Fru-

4. *horrida* sua aetate in editis fuisse refert Barth. Advers. XLIX. 5. cui vel melius videtur. 5. Posterius & abest a Mentel.

denominatus fuerit; ut iam vidimus exemplum in *Albunea*, I. 7. 12. Cf. dicta de villa Horatii in prolegg. Tom. I p. XCIX. Admodum levibus de caussis Dominicus de Sanctis, *della villa di Orazio*, p. 19. Bandusium hunc fontem non in Horatii, sed in amici agro collocat. *splendidior*, purior, perlucidior, *vitro* (hodie dicimus, crystallo). Sollemnis comparatio; v. Ovid. Her. XV. 157. *vitro magis perlucidus amnis*. Cf. id. Met. 407 sqq. — 2. Varie hunc v. explicant. Multi de sacrificio: sive appositis ad ripam poculis (Ovid. F. III. 301.), sive vino per libationem vel ad ripam vel in undas infuso; *flores* autem accipiunt de sertis, quibus vel paterae, vel putei coronati fuerint, vel denique fontes conspersi; & huc trahunt Virg. Ecl. V. 40. IX. 19. quod sane minus recte fieri, docet ad illum l. III. Heyn. Nec satis apta videtur esse sensuum continuatio: „o fons, qui mereris, cui *vinum* libetur, & *flores* spargantur, cras tibi *haedus* immolabitur.„ Simplicius & aptius refertur ad laudem fontis, cuius aqua, quia purior vitro, digna sit, quae admisceatur, ex more veterum, temperando vino in poculo s. cratere floribus induto: ut *merum non sine h.* cum *floribus*, exquisite sit pro vino s. poculo coronato. Res nota. Iam cum pocula non nisi in festis conviviis coronarentur, & his adhiberetur vinum optimum; hinc de laude Bandusii fontis iudicandum. — 3. *donaberis*, docte & proprie; nam *dona* pro sacrificiis saepius. Cf. inf. 22. 8. *Haedo* fontibus sacrum facere usitatum antiquis fuisse videtur. Memoratur Broukhusio ad Prop. II. 15. 14. e Grutero & Pighio, ara marmorea Romae, Nymphis fontanis sacra, cum capite haedi insculpto. At ap. Ovid. F. III. 300. *fonti rex Numa mactat ovem.*

Fruſtra: nam gelidos inficiet tibi
  Rubro ſanguine rivos
    Laſcivi ſuboles gregis.
Te flagrantis atrox hora Caniculae
Neſcit tangere: tu frigus amabile
  Feſſis vomere tauris
    Praebes, & pecori vago.

Fies

6. *nam* & Lipſ. 4. Locher. *liquidos* (pro *gelidos*) mallet Bentl. ut *puris* rivis opponatur *ruber* ſanguis, quo iſti inquinentur. Sed non opus, ut iam Geſn. vidit, ſic ſibi ſemper reſpondere epitheta. --- *gelidas - ripas* coni. Cun. 9. *aura* emend. *Du Hamel;* inepte ſatis.

ovem. Apud Hom. Od. ρ. 210. ad fontem eſt ara Nympharum, in qua viatores ſacrum facere ſolerent. — 3. 4. Quam & vivida & ſuavis pictura haedulei, cui cornua primum erumpere incipiunt! Magna ἐνάργεια in fronte *turgida*, & ſumma gratia in epitheto *primis*. Iam quia cum cornibus venit haedo maturitas, ut Venerem appetere incipiat, propatereaque animoſus & proclivis eſſe ad proeliandum cum aliis haedis rivalibus: hinc docto ornatu *turgida frons* dicitur *deſtinare*, conſtituere, ſpondere *ei*, *Venerem & proelia;* iungo enim, *cui deſtinat.* Alii aliter. Comparentur ſimiles deſcriptiones inf. 22. 7 ſq. IV. 2. 57 ſqq.

6. Pulcherrimum hoc *Fruſtra*, & quaſi ad miſerationem haedi, cui tam praeclarae ſpes propoſitae. — *inficiet*, tinget, *rivos*, undas, aquas tuas, *ſanguine* ſuo, infuſo nempe per libationem. Quam praeclarum autem & poëticum hoc pro: mactabitur tibi. Cf. Virg. Ecl. I. 7 ſq. — *rubro* exquiſite, ad ornandum τὸ *inficiet.* Inprimis etiam, ex opinione veterum, animalis ad voluptatem propenſi naturae rubens & calidus ſanguis convenit. 8. periphraſis *haedi.* — *laſcivus*, perpetuum epitheton; v. inf. 15. 12.

9. *Hora*, tempus *Caniculae* (v. inf. ad 29. 18.) pro aeſtatis calore. — *atrox*, *ſaevus*, & ſimilia, perpetua aeſtus epitheta. — 10. *neſcit*, non poteſt, te attingere, ad te penetrare; np. ob denſum, quod circa & ſupra eſt, nemus.

Fies nobilium tu quoque fontium,
Me dicente cavis impositam ilicem
Saxis, unde loquaces
Lymphae desiliunt tuae.

CAR-

13-16. Resecuit Guietus hoc tetrastichon. 15. *Nymphae* codd. quidam, ut Bentl. 1. 7. 10. 18. 23 (pro var. lect.). cod. Broukhus. ad Prop. III. 14. 4. Brod. Alt. 1. Lips. 3. 4. item Venet. 1478. Flor. & tres Mediol. (at non Locher.) ap. Gesn. Quod ex hac lectione locum animari exhilararique ait Gesnerus, id per se bene habet; sed non conveniunt reliqua. Nam vix recte dicuntur Nymphae *loquaces*; aut *desilire ex antro*. Indocte permiscentur Nympharum & undarum ideae. Et Nymphae cum semel desilierint ex antro, quid tum? Addit Bentl. magis poëtice dici *desilire* lymphas, quam Nymphas.

mus. Cf. I. 17. 17. — *frigus amabile*, amoenum, suaviter, pro refrigeratione. Raml. *Kühlung und Labsal.* — 11. *vomere*, arando *fessis*. Solent in australibus terris iumenta & pecora meridie ac vesperi ad frigidum fontem compelli. — 12. *vago*, libere pascenti; alias *errare* dicitur, ut notum.

13. *Nobilium fontium*, omisso *unus*, Graeco more (de quo v. dicta in Arte poët. lat. p. 187.) pro: adscriberis in illorum numerum. Nobiles autem s. illustres fontes v. c. Arethusa, Castalia, Aganippe, Dirce. — *me dicente*, canente *te*. Sed pro hoc *te* ipsa nemorosi & abstrusi fontis amoenitas velut in tabula picta sistitur. *Ilex* poëtice pro ilicibus, & hae pro fruticeto generatim. Nisi forte in hoc fruticeto ingens una eminuit ilex, quae poëtae inprimis cara esset. — *impositam*, positam super *cavis saxis*, antro saxeo (*Felsengrotte*), imminentem antro, ex quo cet. — *lymphae* (vid. Var. L.) *loquaces*, prorsus excellenter, de grato strepitu s. murmure. Similiter Virg. Ecl. VIII. 22. *pini loquentes*. Notum & Vzii, *frischer Bäche Geschwätze.* — *desiliunt*; suavissime! pro, delabuntur. Vid. omnino ad Epod. XVI. 48. Ceterum videbatur sibi Cluver. Antiqu. Ital. II. 19. reperisse in Italia hunc ipsum fontem, idque hodie etiam cum ilicibus antro impositis; sed eum errasse ostendit Domin. de Sanctis, *della villa di Orazio*, p. 22. & ipse Lucretilem, fontemque nostrum, felicius investigavit p. 30 sq.

CARMEN XIV.

ARGVMENTVM.

Cum Augustus a. V. DCCXXVII in Britanniam exercitum ducturus esset (qua occasione factum carmen I. 35.), legatosque ad eum Britanni, pacem petitum, misissent in Galliam, aliquamdiu ibi substitit, & Galliae rebus compositis, in Hispaniam quoque, eam ut provinciam constitueret, abiit (Dio LIII. 22. p. 512.). Ibi cum Cantabri & Astures rebellionem fecissent, ipse a DCCXXIX adversus illos profectus est: sed gravi morbo correptus, Tarracone diu decubuit (Dio LIII. 25. p. 514.); ut &, quod ex hoc c. apparet, rumor de eius morte Romam perveniret, populumque summo terrore afficeret. Sed cum, per legatos Cantabris feliciter domitis, a. DCCXXX, post trium annorum absentiam, incolumis & victor Romam rediret (Dio LIII. 28. p. 516.); Horatius ipsum, quo intravit Vrbem Augustus, diem hoc carmine celebravit. *Est illud e nobilissimis, quae umquam fecit. Animum advertant studiosi inprimis ad argumenti per se vulgaris conversionem & tractationem, eamque quanto aliter, ac poëta de vulgo, Horatius instituerit, sentiant. Observent gaudii enthusiasmum, quo totum carmen animatur; inprimisque naturalem illam in eo sensuum veritatem. Ab initio pathos lenius, idemque gravius est, dum* familiam Augusti, populumque R. ob receptum Caesarem, ad sollemnem festi diei laetitiam, ad supplicationes Diis faciendas, solvendaque vota hortatur, *vv. 1 – 12. in quibus magna cernitur dignitas. Sed ab hac publicae festivitatis descriptione omnes sensus ad se ipsum poëta revocat. Domi quasi suae se includit, caussamque publicam & communem laetitiam ita suam facit sibique propriam, ut in effrenatam hilaritatem solutus, denique de solo convivio suo, atque adeo de iuvenili sua petulantia loquatur. Non satis fere vel intelligitur vel observatur, quam praeclara sit haec enthusiasmi conversio. Sane candida talis laetitia, pleno e pectore nativo impetu profluens, pulchrior erat gratiorque Augusto, quam splendidissimum elogium. Quod non agnoverunt nostra aetate delicatiores quidam, veluti Sanadonus, qui nobiliori exitu poëtam uti potuisse putat, tamquam, si ita esset, non & Horatius id visurus fuisset. --- Comparari autem cum hoc carmine cupio inpr. I. 36. tum & IV. 2. V. 9. denique Summi Ramleri carm. lyr. XXV. de reditu* FRIDERICI MAGNI. *De singulis nostri virtutibus v. Obss. Denique ad hunc Augusti reditum Torrentius, Dacerius, aliique referunt numum illum memoratum in Argum. I. 35. item alium Augusti, in quo ara, cum inscript.* FORT. RED. CAES. AVG. S. P. Q. R. *(v. Oisel. p. 325.). Sed Mediobarb. p. 34. Massonus vit. H. p. 220. utrumque numum ad reditum Augusti ex Oriente, a. DCCXXXV, credunt pertinere, ob Dion. LIV. 25. p. 427. Vid. Dacer.*

AD

REDITVS AVGVSTI.

METRVM XVII.

Herculis ritu, modo dictus, o Plebs,
Morte venalem petiisse laurum,
Caesar Hispana repetit Penatis
Victor ab ora.

Vnico

PARAENETICE CIVIBVS DE REDITV AVGVSTI codd. Torrent.
AD ROMANOS DE AVGVSTI VICTORIA editt. antt.
Alii: AD POPVLVM ROM.
it. AVGVSTI LAVDES cet.

1. Cur post *ritu* distinxerim, rationem v. in Obss. 2. *Marte*, Marcil. e mss. quia non morte, sed bello & pugna victoriam adeptus sit. Male hoc.

1. Exordium grave & enthusiasmi plenum! — *plebs.* poëtice pro populo; neque enim semper est ignobile verbum, sed cives omnes Romanos, praeter Patres, designat, ut Virg. Ge. II. 509. Male argutantur Intpp. — *Caesar modo dictus*, qui nuper dicebatur Romae ac narrabatur *laurum*, victoriam de Cantabris, *petiisse* atque adeptus esse *morte venalem*, h. (copia poëtica) morte emisse s. redemisse — is nunc *ritu*, h. instar *Herculis*, ab Hispania *victor* domum revertitur. Magnifice comparatur Augustus cum Hercule, tam ab universis huius virtutibus, expeditionibus, itineribus (v. sup. ad 3. 4), a susceptis ab illo pro genere humano publicaque salute laboribus atque aerumnis, gentibus pacatis, monstris domitis; tum h. l. inprimis a peragrata, ut notum, usque ad fretum Gaditanum ac subacta Hispania, occisoque Geryone, ex qua victoria & ipse in Italiam venit. Cf. Virg. Aen. VII. 661. Recte suspicantur Dacer. & Sanad. Romae sollemne fuisse illo tempore, Augustum, cum in Hispaniam abisset, cum Hercule comparare. Sed perversa ab omnibus Intpp. haec comparatio, dum illam *ad mortem* Augusti referunt: *modo dictus H. ritu morte v. l. petiisse*;

Vnico gaudens mulier marito
Prodeat, iuſtis operata Divis:

Et

5. *Vnice* emend. Cun. San. Et ſic iam noſter Deſſ. 2. Eſſet id vulgare. 6. *ſacris* (pro *Divis*) multi Lamb. libri Marcil. Pulm. 2. 4. duo Blandd. Mart. & Mald. Cruqu. aliquot Torr. & Fabr. unus Berſm. Bentl. 2. 6. 8 (pro var. lect.). 18. 20. 23. Mentel. Lipſ. 1 (a m. pr.). 3. 4. Venet. 1492. Locher. Aſcenſ. Recte etiam utrumque dicitur, *operari Diis* (v. Obſſ.) &, *operari ſacris*, ut Virg. Cir. 142. Hinc Bentl. emend. *caſtis o. ſacris*, quae ſint Liviae, pudicitiae gloria notae, vota pro reditu mariti. Omnino & *caſta ſacra* ſaepius dicuntur. Sed bene habet *iuſtis Divis*, priſca Scholiaſtarum, antiquiſſimi Blandinii, ceterorumque librorum lectio.

petiiſſe; quae ratio eos magnis difficultatibus impedivit. Quomodo enim Auguſtus *hactenus* Herculi ſimilis fuerit, quod eſſet vel diceretur mortuus, me non videre fateor. Hercules neque occubuit in Hiſpania, neque omnino morte ſua, cuius genus notum, victoriam aliquam ſibi comparaſſe dici poteſt. Qui enim *morte venalem laurum petere*, de ſolo diſcrimine vitae, aut de mortis contemtu exponunt, non ſentiunt, univerſam ſententiam, inprimis etiam illud *modo dictus*, vetare *mortem* h. l. aliter ac proprie accipi. Sed ſi *Herculis ritu* referas ad *reditum Auguſti victoris*, omnia & expedita & praeclara ſint. Tanto maior Romanorum laetitia, quod, quem mortuum crediſiſſent, is & incolumis & victor, alter Hercules, rediret Romam.

5. Summam dignitatem in inceſſu & idearum & verborum ſentire facile. *Supplicationes* pinguntur, in Imperatoris reditu, ad omnia templa Deorum fieri ſolitae; dum matronae, *matres Romanae*, ſacris publice factis, gratias & vota, pro reditu maritorum, fratrum, filiorum, generorum denique ſuſcepta, Diis perſolvebant. v. Liv. V. 23. Hinc ductae ideae. — *mulier* (quod quam nobilem quoque uſum habeat, hic agnoſcamus: v. I. 37 extr.) a Cruquio aliisque ad matronas omnes Romanas refertur. At ſequitur *ſoror*, & mox *matres*. Intelligenda Livia, Auguſti coniux. — *unico*, h. unice,

Et soror clari Ducis: & decorae
Supplice vitta

Virgi-

7. *cari* Bentl. 1. Ald. 8. *Simplice* unus Bersm.

ce, *m. gaudens*, nulla alia re praeter eum; unice ac tenerrime eum amans. Aliter alii: at male, qui de castitate & fide in maritum, qua Livia celebratur, explicant; quo valde iniuriosus foret Horatius in ceteras matronas. — 6. *prodeat* ad templa, aras; sollemnitatis vocabulum. — *operari* & *facere*, pro, sacrum facere, e Gr. ἔρδειν, ῥέζειν, ut Virg. Ge. I. 339. Tib. II. 1. 9. & 5. 95. Bentl. Dacer. Sanad. explicant: postquam *operata* fuerit, facto prius sacro domestico, *prodeat*. Sed est ἀορίςως, ut saepius, pro, operans, f. ut operetur; sicut Virg. l. l. — *iustis*, qui victoriam & reditum Caesaris merito ac virtuti praestiterunt, ut bene Scholl. Male alii, etiam Gesn. — 7. Proxima post Liviam memoratur Octavia, *soror* Augusti, primum C. Marcello, postea M. Antonio nupta. *clari*, magni, ornat. — 8. Tum & *prodeant* ad supplicandum *matres*. v. Liv. l. l. Praeclare variavit supplicationem s. operationem, a supplicantium habitu, *vitta* caput cingentium inter rem sacram; unde docte *supplex*, quatenus supplicantium insigne est. — *decorae s. v.* eam gerentes, vittatae. — *matres iuvenum* (v. ad I. 35. 30.) *sospitum*, h. qui nuper e proeliis cum Cantabris servati, salvi redeunt. — *virgines* haud dubie uxores aetate florentes (v. ad II. 8. 23.) militum revertentium, quarum matres cum ipsis pro generorum reditu vota solvunt. Iam sqq. pertinent ad illos, qui rei sacrae adessent, sed nulla ipsi pietatis vota Diis solverent, cum hoc esset matronarum, ut vidimus. Ergo, *pueri & puellae iam* (nunc adhuc) *virum expertes* (v. V. L.), h. innuptae, quibus sic non redeunt ex Hispania mariti. Sic Epist. II. 1. 132. *cum pueris ignara puella mariti.* Ovid. Met. I. 479. *expers viri.* Alii (ut Sanad.) expl. *virum expertes*, viris orbatae per bellum Cantabricum; quas nolit huius diei festam laetitiam luctu & lacrimis profanare. Sed cum iam Gesn. vidit, talem eius rei mentionem iam

Virginum matres, iuvenumque nuper
Sospitum. Vos o pueri, & puellae
Iam

10. *Vos o pueri*, *o puellae* Lipſ. 4. Mox vulgata omnium librorum lectio: *Iam virum expertae*, inprimis recentiori aetate, maxime viros doctos offendit. Variae ſunt, variique momenti, quas afferunt, cauſſae. Primum aiunt, iam memoratas eſſe matres ſ. matronas, neque igitur *puellas v. expertas*, h. nuptas, ſine tautologiae vitio addi a poëta potuiſſe. Sed poſſint *puellae iam v. e.* intelligi iuniores ſ. nuper demum nuptae, eorumque iuvenes mariti *pueri*. Sic Baxt. item Tarteronus: „vous jeunes gens, & vous nouvelles épouſes.„ At e meo ſenſu iuſto ſubtilior ea eſt explicatio, & inprimis durum, *iam* pro, modo ſ. nuper, accipere. Deinde alii illiberale eſſe putarunt illud: *virum expertae*. Id quamvis per ſe levius ſit (nam vidimus iam plura, quae, cum hodie inhoneſta videantur, antiquo tempore honeſte dici poſſent: v. Argum. II. 5.): at ex eo multum, opinor, momenti accipit, quod in hac ſententiarum gravitate, vix ſatis dignitatis habet *talis* nuptarum periphraſis. Neque apparet, cur maxime iuvenes mariti & nuper nuptae malis verbis parcere iubeantur. In Geſneri nota: „Supplicationes commendat ma„tronis, adoleſcentiam ſecum ad hilaritatem invitat; ſed ado„leſcentiam iam Veneris compotem. Non valde ſeverum fuiſſe „poëtam, cum iſta ſcriberet, docent ea, quae ſequuntur„ plura ſunt, quae vix poſſint omnibus probari. In vv. 10-12. ubi quaeſo ad hilaritatem invitatio? Potius pertinere illos quoque ad ſupplicationem, in aprico eſt. Adoleſcentiam Veneris compotem ſi poëta voluit declarare, ſane admodum & craſſo rudique & praeterea (de ingenuis enim cogitandum) falſo colore eſt uſus, dum dixit *puellas iam v. e.* Denique, quod in ſequentibus non admodum ſeverus eſt Horatius, inde nullum ferendum de priori carminis parte iudicium, cuius maxime diverſus character eſt; v. Argum. --- Sunt &, qui *puellas iam v. e.* explicent uxores, maritis per illud bellum orbatas, *pueros* patribus; unde iubeantur hodie *male omin. verbis* abſtinere. Sed ineptius profecto in tali ſententia poëta uxores deſignare non potuiſſet, quam, ubi dixiſſet puellas virum expertas. Tum has eſſe intelligendas orbatas viris, *pueros* patribus orbatos, unde

iam ipſam male ominatam & importunam eſſe; quod eo verius eſt, cum ſenſus Horatii nunc ipſi rei ſacrae totus intereſſet, omninoque nullam ſibi is poſſet triſtem ideam hodie indulgere: tum *pueros*, SIMPLICITER memoratos, intelligere patribus orbatos, ita durum, ut nil durius

Iam virum expertes, male ominatis
Parcite verbis.

Hic

unde standem novimus? Debebat poëta magis id declarare. Gravissimum vero, quod post Torrentium movent VV. DD. argumentum spernendae vulgatae lectionis est, quod *pueris*, sic SIMPLICITER ET ABSOLVTE memoratis, semper, inprimis in re sacra, iunguntur *puellae innuptae*; ut I. 21 pr. III. 1. 4. Epist. II. 1. 132 cet. Omnino, licet forte ista loca non plane huc conveniant, tamen profecto pueri, & puellae virum expertae, nullam habent iustam inter se rationem. Quare, cum fieri non possit, ut bonus aptusque e lectione vulgata sensus bene apteque eliciatur, corruptum esse a librariis locum, rationes criticae suadent. Hinc primus Torrent. coni. *vos o puerae* (nondum nuptae) *& puellae iam v. expertae*; vel: *vos o pueri*, *& puellae*, *& iam v. e.* Vtrumque infeliciter, ut facile apparet. Vid. Bentl. --- *Non virum expertae*, coni. Bentl. sed non ausus est in textum inferre; forte, cum sentiret, quam durum & indoctum esset. *Iam virum* (virorum) *expertes* emend. Cuning. & sic Ionel. quae quin unice vera lectio sit, nullus, diu deliberata re, nunc dubito. Nam & ad sensum sententiamque pulcherrima est (vid. Obss.), & facile potuit inde vulgatam effingere librariorum inscitia; quod admodum mature sit factum oportet, cum iam Acron exponat: „id est, nuptae.„ Quamquam quid? si quis suspicetur, hanc ipsam Acronis notam corruptam esse, eumque forte scripsisse „innuptae„ unde post ex „inupte„ facili lapsu exoriri potuit: „i. nupte„. --- *Vos o pueri*, *puellae*, *& iam v. expertes* emend. Sanad. ut „pueri & puellae„ sint patribus, „iam v. expertes„ maritis orbatae. Sed v. Obss. --- --- Mox in hoc eodem versu *male nominatis* 4 Vatt. Fa. Torn. Vrs. Iann. Lambini, libb. Marcil. Pulm. 1. 4. Anhaltinus Fabr. septem Cruqu. duo Bersm. dimidia pars codd. Bentl. & e nostris Altt. Lips. 1. 4 a m. pr. Fran. Dess. 2. item Venett. 1478. 1492. Locher. Land. Lamb. Fabr. Rutg. Heins. Steph. (diatr. II. p. 59.) & nuper I. F. Schmid. V. C. Exponunt verba *male nominata*, δυσώνυμα, οὐκ ὀνομαστά, quae eloqui nefas, quae nominata malum omen inferant. Multus est Lamb. de infaustis nominibus; sed ea ad alios potius ritus, quam ad ipsam rem

durius norim. --- *parcite*, abstinete (e Gr. φείδεσθαι) *verbis male ominatis* (v. V. L.), ominantibus, docte pro, quae mali s. sinistri ominis sint. Dicitur enim *bene* & *male ominari*. Religiose cavisse veteres constat, ne quid, sive consulto, sive incaute, dicerent praesentes, quod esset alie-

Hic dies vere mihi festus atras
Eximet curas: ego nec tumultum,
Nec

rem sacram, pertinere apparet. v. Cic. de Divin. I. 45 & 46. — *male ominatis* Acr. Porphyr. Commentator, antiquiss. Bland. Div. Sil. Cruqu. plures & meliores Torrent. ceteri Lamb. multi Bentl. Pulm. 2. 3. 5. duo Fabr. Mentel. Lips. 2. 3 a m. pr. unus Bersm. Basill. Brut. Mancin. Glarean. Ald. Asc. Fab. Burm. Talb. Baxt. Gesn. Apparet, parem prope esse librorum auctoritatem, nisi quod *male ominatis* Scholiastis & antiquissimo Blandinio defenditur. Sed ab elegantia & doctrina, atque ad sententiam, haud dubie praestat *ominatis*, cum *nominatis* insolens sit, durum, tenue; quod ipse Bentl. fatetur. Solus hiatus in *male ominatis* viros doctos male habuit; eodemque hiatu olim ad inferciendum *n* librarios & grammaticos compulsos fuisse, magis probabile est, quam, illos omisisse litteram, ut & hiatus, & vocabulum prorsus ipsis inauditum existeret. Schottus & Muret. voluerunt *maled om.* s. *malen om.* quae iure acriter perstringit Bentl. Satis multa talium hiatuum exempla in Virgilio aliisque exstant. Sed multas argutias opponit Bentl. omnia hiatuum exempla vel in caesuram cadere, vel, si extra eam, at non nisi in vocali longa, quae sic corripiatur, admitti; ut *Rhodopeïae arces*, *Pelio Ossam* cet. Exempla neglectae synaloephes in vocali brevi, extra caesuram, in medio orationis tractu (ut ait) nulla exstare putat. Vnde v. c. exemplum Virg. Aen. I. 405. laudari vetat; item reiicit Catull. III. 16. *o factum male*, *o* cet. quia locus sit dubius. Sed non cogitavit de Catull. VIII extr. *At tu, Catulle, obstinatus obdura*, ubi constans omnium librorum consensus (v. Voss.); non de Propert. III. 13. (11.) 61. *neque Ilia quondam*, ubi v. Broukh. & Vulp. — Attamen *male inominatis* emend. Bentl. *male o ominatis* Cuning. *ab inominatis* Sanad. Omnia & praeter necessitatem, & infeliciter. 14. *tumultu* Lips. 4. Memorabilis lectio.

alienum, infaustum, impium, quo vel turbaretur ac profanaretur res sacra, vel portendi malum videretur; iussisse contra populum vel tacere, vel fari verba bona, sancta, boni ominis, εὔφημα. Vnde vox: εὐφημεῖτ', ἔστω. Cf. III. 1. 2. Sic iuventus, quae facile per temeritatem peccare possit, monetur, ut supplicationibus pia castaque mente intersit.

13. Praeclare, ex veri atque intimi gaudii natura, laetitiam de Augusti reditu sibi propriam & quasi individuam facit; quod & magnam vim habere ad impertiendos cuivis civi Roma-

Nec mori per vim metuam, tenente
Caesare terras.
I, pete unguentum, puer, & coronas,
Et cadum Marsi memorem duelli,

Spar-

no eosdem sensus, necesse erat. Deinde in verbis *Hic dies - curas* quam simplex & nativa elegantia! Vim in verbo *verè*, h. ex vero & intimo animi sensu, iam agnovit Baxt. — *curas atras*, quibus absentia & morbus Caesaris me exanimarunt, *eximet*, auferet a me *hic dies*, quo redit. — *tumultum* de bello graviori & propiori, inprimis domestico, ac civili, dixisse Romanos, notum ex Cic. Phil. VIII. 1. it. Rosc. Amer. 6. *Vis* intelligenda hostilis. Itaque: ego nec *civile*, neque *externum* bellum metuam, *tenente*, regente, *Caesare terras*, κρατοῦντος τῆς γῆς. Hoc ultimum quam magnifice, pro, Caesare incolumi s. superstite! Et quantum in sententia Augusti elogium! Comp. loci simillimi, IV. 5. 25 sqq. & inpr. IV. 15. 17 sqq. Erat omnino a. DCCXXX, redeunte Augusto ex Hispania, terrarum orbis pacatus, & Ianus clausus. Contra, si esset mortuus, nullum dubium, quin bella nova, tam civilia quam externa, fuissent exortura.

17 sqq. Sensus eorum, quae praecedunt, ita inebriat quasi Horatium, ut omnes nunc habenas effundat gaudii. Vid. Argum. Praeclare nos rapit subito in mediam rem, conviviique festivitatem. Vitam & actionem spirant omnia, alloquitur servum, cet. Cf. II. 7. 21. II. 11 extr. — *unguentum & coronas* & vinum; cf. II. 3. 13 sqq. Vinum poscit praestantissimum, vetustissimum, rarissimum, dignum tam sollemni die, *cadum Marsi m. d.* *Cadus*, magnum vas figlinum, ventruosum, angusto ore, sed variae mensurae, quo condebatur vinum. In illo annum vini conditi designare, non modo a Coss. sed etiam a re aut tempore memorabili, soliti veteres, ut iam dictum ad I. 20. 3. Itaque h. l. *cadus memor*, qui adhuc meminit *duelli* (belli) *Marsi* (pro Marsici), docto ornatu pro cado, cuius nota memorat bellum Marsi-

cum

Spartacum si qua potuit vagantem
  Fallere testa.

Dic

19. *si quae* emend. Pareus Lex. crit. v. *siquae*. Sed v. Obss. — *si qui* coni. Cun.

cum, alias sociale & Italicum dictum, a sociis s. Italiae populis in Romanos ob ius civitatis motum, ab a. V. DCLX usque ad LXII in Italia gestum, cuius tuba & caput *Marsi*, duce Popedio. v. Flor. III. 18. Vix ullum aliud atrocius ac funestius fuit. Oportet autem eo tempore nobilem & copiosum vini proventum, idque vinum adhuc Horatii aetate, summo in honore, sed idem rarissimum fuisse, tam ob vetustatem LXVIII vel LXX annorum, quam ob ea, quae sequuntur. Cf. sup. ad 8. 12. — 19. *Spartacus*, gladiator, qui a. V. DCLXXIX cum Crixo, Oenomao, aliisque, e ludo Lentuli Capuae profugiens, servorum & fugitivorum exercitum collegit, multos duces Romanos profligavit, horrendas per Italiam, Campaniam inprimis, vastationes edidit, ipsique Vrbi imminuit; donec a. DCLXXXI a M. Crasso & Cn. Pompeio deletus est. Gravissimum id bellum, magnoque in discrimine res Romana fuit. v. Flor. III. 20. Vellei. II. 30. — *si qua* np. via & ratione (ut Virg. Aen. VI. 883.) *testa*, cadus talis vini (I. 20. 2.), *fallere potuit*, fefellit, h. latuit, ἔλαθε, *Spartacum*, irreperta illi & intacta mansit. Quo tanto carius & gratius vinum declaratur. — *vagantem* bene de fugitivorum & latronum manu. Videntur illi, cum Italiam, & maxime *Campaniam* diriperent, inprimis etiam, ut solent tales, in vina, idque nobiliora, esse grassati. Sed admiremur exquisitum dilectum in vino, quod Horatius vult bibere, & delicatam, quam eo quasi aliud agendo significat, adversus Augustum adulationem. Cum non possent Romani recordari istorum luctuosorum temporum, quin sibi beatum tranquillumque Augusti Caesaris imperium, ubi nulli tales essent amplius, ut in pristina civitatis forma, tumultus metuendi, laeti gratularentur: tum plenus his sensibus poëta (ut vidimus vv. 13-16.)

Dic & argutae properet Neaerae
Murreum nodo cohibere crinem:

Si

21. *arguta pr. Neaera* coniect. ap. Ionſ. Duo haec ultima tetraſticha abiecit Du Hamel, tamquam indigna Horatio; ſed v. Argum. 22. Variant in primo verbo libri. *Mirreum*, *myrreum*, *myrrheum* multi mſſ. & vulgo editi. *mureum* omnes Blandd. Cruqu. *murreum* Bentl. 1. 2. 6. al. unus Bersm. Mentel. Lipſ. 1. 2. Deſſ. 2. Sic & Bentl. *murrheum* duo Torrent. Sed *myrteum* (fuſcum, nigricantem) legi vult Ioſ. Scal. ad Tibull. III. 4. 28. (ubi eadem diverſitas; v. Ill. Heyn.). Sic & Vaſcoſ. & probat Klotz. lect. Ven. p. 319. Vnde antiqua ſcriptura *murteum* dedit Cuning. Contendit Scaliger, ita legiſſe Porphyrionem, cuius nota ſit: „colorem *myrteum* in crinibus hodie „quoque dicunt, qui medius eſt inter flavum & nigrum.„ Sed cum ap. Fabric. & in plurimis libris exſtet: „colorem *myrrheum*„: certe valde dubium ex ea nota argumentum eſt; etiam ob notam Acronis: „perfuſum myrrha, vel, myrrhei coloris„. Licet igitur bene dici poſſit, quod docent Scal. & Heyn. ad Tib. l. l. crinis myrteus, tamen h. l. ob tantam codicum conſtantiam *myrrheum*, vel, antiqua ſcriptura, per *u* & ſine adſpiratione, *murreum*, praetuli, cum & ad ſententiam optime habeat. v. Obſſ. — Mox *cohibente* emend. Bentl. Cun. San. Sic & laudant Muret. ad Tib. l. l. Barth. ad Virg. Cir. 434. Iun. de pict. vet. p. 234. ut ſit: „propere veniat, nodo tantum cohibente crinem.„ Cf. Cun. animadv. c. 5. p. 48. & c. 19. p. 374. Fieri omnino potuit, ut e *cohibete*, cum virgula in priori *e*, librarii facerent *cohibere:* ſed vulgata lectio exquiſitior (v. Obſſ.); neque eſt, quod nos moveant Bentleii argutiae. Denique: *myrteo crinem cohibente nodo* lectio ap. Ioneſ.

vult hodie vinum, quod Marſicum & Spartaci tumultum vidit, in otio, quod Deus ille fecit, iucunde bibere. In quo quam exquiſitus affectus ſit, facile eſt percipere. Denique male Torrent. iungebat *ſi qua teſta*, caſu recto. Nec melius Baxt. Bentl. & Sanad. ſexto. Ego illud ſubtile diſcrimen inter cadum & teſtam nequeo agnoſcere, aut credere, dici poſſe *cadum in teſta*, Spartacum fefelliſſe.

21 ſqq. Ad plenam reddendam hilaritatem arceſſi vult *Neaeram* puellam, ex more; v. ad I. 36. 13. *Neaera* etiam eſt V. 15. — *argutus* pro ſonorus, canorus, de tibia, avibus, cycnis cet. ſaepius; at de puella cantri-

ce,

Si per inviſum mora ianitorem
Fiet, abito.
Lenit albeſcens animos capillus

Litium

25. *Linit* Lipſ. 3. *animum - cupidos* Locher. *animum - cupidum* Venet. 1492. Aſc.

ce, eiusque ſuavi voce, h. l. audacius! eſt enim ambiguum. — *dic*, ut *properet cohibere*, feſtinanter cohibeat, colligat, *crinem nodo*, in nodum; vult enim protinus eam venire & negligenter, non operoſe, comtam. Cf. omnino II. 11 extr. & ibi not. Laborant Intpp. in crine *murreo* ſ. *myrrheo*. Vid. V. L. Fere explicant crinem myrrha, noto unguento, delibutum, ut Ovid. M. III. 555. *madidus myrrha crinis*. Non eſt, quod putetur Neaera iuberi nunc demum ungere crinem; fuiſſet enim id longioris morae: ſed, cum ſemper, certe ſaepius ungere ſe tales ſolerent, coma *myrrham olens* poſſit intelligi. At alii referunt ad colorem fulvum, fuſcum, qui eſt inter flavum & nigrum, nos caſtaneum dicimus; qualis myrrhae fuit: unde *myrrheum crinem* dicere ſollemne fuiſſe, tradit Porphyr. (v. V. L.) Forte probabilior haec & doctior explicatio, priori iſta. Fuerunt &, qui cogitarent de murra ſ. murrha, gemma, eiusque colore; quod minus placet. Quod autem poëta non diſerte iubet feſtinanter *venire* puellam, ſed crinem colligere, & ſic modo, quod antecedens appellant, memorat, id vivido πάθει, in quo verſatur, praeclare convenit. — 23. 24. *Si per ianitorem* (cf. Ovid. Am. I. 6.) *mora fiet*, ſi te is recuſabit admittere, ne diu cum illo expoſtula, ſed ſtatim redi ad me. Praeclarus hic color. Poëtae ad pocula properanti omnis mora longa; ſolum is Auguſti reditum ſenſu percipit, ceteris non perturbatur, inprimis in hac aevi maturitate (v. 25 ſqq.). — *inviſum*, iam cognitum mihi ab importunitate; vel ſimpl. quatenus moram facturus eſt.

25 ſqq. Noli mirari! aetas mitiorem me & patientiorem talis repulſae facit. Pro aetate *albeſcens capillus*. v. Epiſt. I. 7. 26. Erat Horatius annorum XLI; ſed cf.

omni-

Litium & rixae cupidos protervae:
Non ego hoc ferrem, calidus iuventa,
Consule Planco.

CAR-

28. *haec* Venet. 1492. Locher. Asc. 28. *C. Tullo* unus Torrent. Etiam Lambin. ita explicat, quasi legisset *Tullo;* haud dubie ex errore, nam dedit *Planco.* Consule Volcatio Tullo, a. V. DCCXX, Horatius non erat *calidus iuventa.*

omnino not. ad II. 4 extr. & 11. 15. — *animi* pro animus, θυμὸς, sed cum notione superbiae, irae, cet. ut notum. — *cupidos litium*, pronos olim ad lites & rixam, ubi me spretum vidissem. Pertinent *lites & rixa* haud dubie ad vim aedibus puellae illatam, fores oppugnatas, effractas vectibus cet. v. Argum. I. 25. Vnde docto & ornato epitheto, rixa *proterva*, ut I. 25. 2. *iuvenes protervi;* ubi v. not. — 27. *hoc*, i. talem a puella, eiusve ianitore, iniuriam. — *ferrem*, pro, tulissem, cum essem *calidus iuventa*, per iuventutem, h. cum in me esset adhuc ille fervor iuvenilis. Cf. Art. poët. 115. *florente iuventa fervidus.* — 28. L. Munatius *Plancus* Cos. fuit a. V. DCCXII, collega M. Aemilio Lepido, eratque Horatius tum annorum XXIII, tribunus militum in Bruti exercitu. Suspicor, ex isto anno insigne quoddam exemplum, aut plura etiam, talis protervitatis Horatii nota fuisse. Notentur in hoc exitu scintillae istius ardoris, inprimisque nativa illa hilaritatis facies, de qua in Argum. dictum.

CARMEN XV.

ARGVMENTVM.

Venustissimum odarion, e genere illud quidem satiricorum s. contumeliosorum carminum (de quorum charactere dictum in Argum. I. 25.), satis etiam acerbum & petulans, sed multo tamen, quam istud, liberalius, minusque insolens & virulentum. Est ad Chloridem, *Graecam haud dubie, Romae viventem*, quae, *cum olim florente aetate luxuriae amorisque deliciis fuisset dedita*, nunc etiam, cum deflorescеret, amarique desineret, mores iuveniles adhuc assimularet, lusus & voluptatem sectaretur, nec iam puellis teneris se immiscere, saltare, cithara ludere, rosis redimita bibere, desisteret. Itaque, *cum tali anili lascivia nil aut magis alienum ac repugnans, aut foedius atque odiosius cogitari possit;* poëta, *indignatione ex tam nauseoso adspectu, sed praeterea, ut videtur, peculiari quodam in Chloridem, a qua esset parte aliqua offensus, odio, ulciscendique cupiditate accensus, hoc carmine* istos feminae mores acriter insectatur, eamque, ab amore & comissatione ad lanificium relegat. *In quo, ex natura animi muliebris, illud inprimis amarum, quod non solum Chloridi senium, aucta haud dubie re, acerbe obiicit, sed etiam* suam ipsi formosam filiam, Pholoën *(v. ad v. 7.)* opponit, cui permittere nunc rem amatoriam debeat. *In elocutione multus lepor, multus ornatus; multa etiam, quae e graeco exemplo ducta esse probabile sit. Cl. Sivry, more suo, contendit, esse hanc oden versionem carminis Anacreontei ad uxorem Ibyci noti poëtae graeci, & Horatium singulari artificio, tegendi plagii caussa, Luceriam v. 14. intulisse. — Denique comparent studiosi inprimis IV. 13.*

AD

AD CHLORIN.

METRVM V.

Vxor pauperis Ibyci,
Tandem nequitiae fige modum tuae,
Famosisque laboribus:
Maturo propior desine funeri

Inter

IN CHLORIM s. CHLORIDEM.
Addunt &: MOECHAM s. VETVLAM.

1. *Ibici*, *Hybici*, *Hibici*, *Ybici*, aberratt. Est graece Ἴβυκος. 2. *pone* quid. Lamb. Pulm. 4. unus Torrent. Mart. Cruqu. Helmst. Ediderunt Muret. Steph. T. Fab. Dac. Vascos. Sivr. alii. *fige*, magno consensu, Acr. Porph. Comm. Cr. omnes Torrent. Cruquii (praeter unum), & Bentl. plerique Lamb. Pulm. 1. 2. 3. 5. duo Fabric. Mentel. Desss. Altt. Fran. Lipss. (in cod. 1 & 2 superadscriptum „pone,,), Venett. Locher. Asc. Basill. Heins. Fabric. Rutg. Bentl. Baxt. Cun. Ion. Facile apparet, illud *pone*, vulgarius verbum, esse ex interpretamento. 3. *caloribus* coni. D. Heins. Infeliciter!

1. Statim hoc principium amarulentum; sed varie ab Intpp. accipitur. Docte memorant Torrent. & Dacer. solitas esse exoletas meretrices, quo melius possent exercere nequitiam, nubere viro pauperi & obsequioso. Cum itaque, vel hoc, vel alio modo, Chloridi esset vir inops, in miseria vivens, pudendus, haud dubie ab omnibus, atque ab ipsa, nauci factus; vix poterat poëta feminam luxuriosam, & florere cupientem, acrius pungere, aut in maiorem invidiam adducere, quam, si pro eius nomine uteretur probrosa periphrasi, a marito *paupere Ibyco* ducta. — 2. *Tandem fige*, pone s. constitue *modum tuae nequitiae*, libidini ac protervitati (Gall. *coquetterie*). Vim habet illud *tandem*. In *figit* argutatur Baxt. — 3. *Labores* pro amoribus, e Gr. πόνος. v. ad I. 17. 19. Dacer. obscenum in sensum accipit. — *famosus*, infamis, bene delectum epitheton, cum proprium esset feminis impudicis & malae famae; ut Cic.

de

Inter ludere virgines,
Et ſtellis nebulam ſpargere candidis.
Non, ſi quid Pholoën ſatis,
Et te, Chlori, decet: filia rectius
Expugnat iuvenum domos,

Pulſo

5. *Interludere*, iuncte, quidam editi. 6. *tertius* Helmſtad. a m. pr.

de Or. II. 68 extr. fragm. de Rep. 4. Vid. Heinſ. ad Ovid. Her. 9. 78. — 4. Cum ſis *propior* iam *funeri*, morti. *Matura* mors, quae per aetatem accidit, per eam exſpectari poterat. Contra *mors immatura*. Videtur auxiſſe poëta ſenium Chloridis, ut ſolet in hoc genere. Vid. ad I. 25. 9. — 5. *ludere*, ſaltare, v. ad II. 12. 19. Laudant P. Syri 49: *anus cum ludit, morti delicias facit.* — 6. Summam venuſtatem habet haec allegoria, cum per ſe, tum quod ſic ſubito interſeritur. *Stellae candidae*, lucentes, pulchrae, ſuaviſſime! de formoſis puellis, inpr. h. l. ſaltantibus. Cf. ſup. ad 1. 42. — *nebulam ſpargere*, adſpergere, ἐπάγειν νέφος, illarum ſplendorem obfuſcare; quatenus ſcilicet immixta puellis anus, velut macula aliqua, choreae Veneres, ſpectantiumque delectationem, adſpectu ſuo continuo turbat.

7. *Si quid Pholoën ſatis decet*, *non* illud ideo *& te decet.* *Pholoë* clara eius aetatis puella (v. I. 33. 7. II. 5. 17. Tibull. I. 8. 69.), eademque, ut e noſtro l. colligere licet, Chloridis filia. Subtilior eſt Baxt. Quam acerba vero haec *filiae* mentio ſit, iam monitum in Argum. — 9. *Expugnare domos iuvenum* improprie fere accipiunt de captis amore iuvenibus. Sed pertinet potius, ut docet antitheſis in exitu carminis, ad *comiſſationem*, ſ. hilariorem a coena compotationem: qui mos e Graecia allatus, Romae diſſolutior ac licentior eſſe coepit; ut puellae cantrices & pſaltriae non modo arceſſitae ad illam venirent, ſed & ſubinde ſponte ac ultro ad iuvenum amatorum fores accurrent, easque ubi clauſas reperiſſent, vi impellerent, aut

Pulso Thyias uti concita tympano.
Illam cogit amor Nothi
Lascivae similem ludere capreae:
Te lanae prope nobilem

Tonsae

10. *Thyas* vulgo. Sed v. V. L. ad II. 19. 9. 11. *noti* legunt, & explicant „cogniti„ Mancin. & Asc. turpi errore. 12. *caprae*, vitiose, in aliquot editt. antt.

aut, ut alias solebant iuvenes facere, petulanter effringerent: quod a sensu nostrae aetatis, non item Horatianae, maxime abhorret. Praeclare laudat Bentl. Senec. N. Q. 4. praef. *Adulationi nos opponere, non claudere ostium, & quidem sic, quemadmodum* opponi *amicae solet, quae si* impulit, *grata est, gratior, si* effregit. Item Plaut. Mil. IV. 6. 35. *Occlusae sunt fores: effringam.* At nolim cum Bentl. huc trahere sup. III. 9. 20. — *rectius*, convenientius. — 10. *uti Thyias*, Baccha (II. 19. 9.), audito tympani pulsu *concita*, in furorem acta. Cf. Virg. Aen. IV. 301 sqq. & not. ad I. 18. 13. Praeclare puella amore ardens, & vel ad effringendas iuvenum fores proterva, cum Baccha vagante comparatur, eamque is talis furor melius decere, quam matrem, dicitur. Cogitabat Dacer. de eversa domo Penthei (v. II. 19. 14.); sed hoc subtilius.

11 — 16. Illam aetatis flos obsequi amori & hilaritati, te senectus nuntium mittere utrique iubet. Haec autem vide quam ornate extulerit poëta. — *cogit* praeclare de vi amoris. — *Nothus*, nomen amatoris; male spurium expl. Sivrius. — 12. *ludere*, petulanter exultare, παίζειν, etiam de animalibus, ut III. 11. 10. & inf. 18. 9. — *lascivus* proprium animalibus hilariter saltantibus vocabulum. Comparatio ipsa iuvenilis & amatoriae hilaritatis cum *caprea*, graeca est, non romana; quemadmodum similitudines ab hinnulo, equa, iuvenca, vitulo cet. Cf. & Salom. Cant. II. 9. Ceterum ex iis, quae hîc de Pholoë dicuntur, colligit Dacer. scriptum esse nostrum c. post I. 33. & II. 5. quia in his ferox & amoris expers declaretur. — 13. Tibi convenit

nunc

Tonsae Luceriam, non citharae, decent,
Nec flos purpureus rosae,
Nec poti, vetulam, faece tenus cadi.

CAR-

15. *purpureae* Bentl. 6. --- Vv. 15. 16. permutati in Lipſ. 1. 4. 16. *Sed poti* Farn. Lamb. Et fuerunt, qui ſic legi vellent, notante Torrentio. Probat & Klotz. lectt. Venuſ. p. 320. & ſic edidit Cl. Sivrius. *Te poti* emend. vir doct. ap. I. F. Schmid. V. C. Negant VV. DD. ſe videre, cur cadi faece tenus poti minus deceant vetulam. Alias etiam vetulas ut bibaces deſcribi, IV. 13. 5. Itaque & h. l. Chloridem ab amore ad amphoram ablegari; in eoque multo amariorem aptioremque irriſionem eſſe. Sed optime habet *nec*, & ipſo loco IV. 13. 5. confirmatur. v. Obſſ. Mox *vetula* unus Vatic. Fa. unus Nicot. & Ruſſard. Lamb. unus Bland. & Mart. Cruqu. Pulm. 1. 2. 3. 4. Bentl. 1. 2. 6 (a m. pr.), aliique, codex Canteri Nov. lectt. VI. 14. Brod. Sax. Mentel. Fran. Deſſſſ. a m. pr. Lipſ. 3. Alt. 2. Helmſt. Locher. Flor. Venet. 1486. 1492. Landin. Iam Acron: „quae vaſa vino vetere potando vacuaret.„ De Porphyrione res dubia. Nam is primum: „Hoc non decet aetatem tuam„ & mox: „per faecem vetulam vetus vinum accipe.„ Apparet, hic duas notas diverſas iunctas eſſe (v. Proleg. T. I. p. XLII extr.), quarum utra a Porphyrione ſit, non liquet. Eſſet itaque iungendum *vetula faece*, idque de vetuſto vino accipiendum; ut Catull. XXV. 1. *vetulum Falernum*. Sed quamvis bene habeat „vinum vetulum„ tamen admodum dure & indocte hinc „faex vetula„ dicatur. Rectius ergo & ſignificantius *vetulam* Comment. Cr. („ſupple *te*„) omnes ceteri Lamb. & Cruqu. omnes Torrent. Pulm. 5. omnes Berſm. plurimi Bentl. Deſſ. 2 a m. ſ. Alt. 1. Lipſ. 1. 2. 4. Venet. 1478. Mancin. Aſc. Baſill. Lamb. Cruqu. Torrent. T. Fab. Rutg. Heinſ. Fabric. Dacer. Baxt. Bentl. Talb. Cun. Ion. Facile lapſi ſunt librarii, dum & putabant iungendum „vetula faece„ & virgulam ſuper τῷ *a* in *vetula* poſitam negligebant.

nunc lanificium, non comiſſationis laetitia. Sollemni notione meretrices vetulae ad lanam faciendam ſe convertunt: Tibull. I. 6. 77 ſqq. Iam pro quavis lana ornate *lanae tonſae prope Luceriam*, (hod. *Lucera*) Apuliae oppidum, Dauniorum coloniam (Strab. VI. p. 284. Plin. III. 11.), praeclaris paſcuis & laudatiſſima lana nobilem; uti

CARMEN XVI.

ARGVMENTVM.

Excellentissimum carmen, cum a sanctissimorum & gravissimorum praeceptorum sapientia, sensuumque, qui Horatii animo maximo honori sint, sanitate ac dignitate, tum a tractatione prorsus admirabili. Enthusiasmus, ut hinc incipiamus, in eo regnat gravis ac placidus, conveniens philosophico severoque huic argumento, sed ut intimo eorum, quae exprimit, sensu perfusum poëtae pectus prodatur. Hinc illa orationis vis & gravitas: sed & hinc, ut in placido & philosophico genere (vid. Proleg. T. I. p. CVI extr.), composita illa totius carminis descriptio; elaborata illa, in numeris lyricis etiam, elegantia; elocutionis poëticae ille splendidus & copiosus ornatus; denique doctae illae & exquisitae orationis inflexiones. — Laudes CONTINENTIAE, quae cernitur in coërcendis cupiditatibus, spernendis divitiis, sectandaque mediocritate, i. medio inter splendorem & humilitatem sordidam vitae fortunaeque statu, *quas quidem laudes pluribus odis iam tractatas vidimus, illas hoc nostro c. novis, idque nobilissimis modis, decantatas reperimus.* Magna est auri vis; nil tam sanctum, quod violari, nil tam munitum, quod expugnari pecunia non possit; quo ipso factum, ut innumerabilium

uti omnino Apulia & Calabria. v. Plin. VIII. 48 pr. Strab. l. l. Et pro vulgari: „te decet nunc lanam tractare, non canere cithara, non rosis cingi, non bibere„ exquisitior ratio erat: *te decent lanae — non citharae — non rosae — non poti cadi.* Haec autem tria ultima exornant *comissationem*, enumerandis notionibus specialibus. 14. *citharae*, pro, cithara. Cf. II. 11 extr. — 15. *Flos rosae*, v. ad II. 3. 14. III. 29. 3. Cogita coronas convivales. — 16. *cadi poti*, epoti, exhausti, *faece tenus*, usque ad faecem, ἐς τρύγα (v. ad I. 35. 27.): bibaces enim erant meretriculae in conviviis; ut *Damalis*, I. 36. 13. Etiam Lyce infra IV. 13. eo reprehenditur, quod etiamnunc ludere, bibere, & pota canere, h. comissationi interesse velit, tamquam sit adhuc puella. Cur tantas turbas in hoc v. praeter omnem rem & rationem moveant Intpp. (v. V. L.) non video. Inprimis Cl. Sivrius hîc exsplendescit, dum iungit: *te non decet flos rosae*, fucus roseus, *sed* (v. V. L.) *flos cadi*, h. rubor ex ebrietate. Denique admiremur artem insignem, qua illud, *vetulam*, licet iungendum cum *Te*, v. 13. tamquam ictum aliquem capitalem (v. ad I. 25. 9.), ex insperato adhuc in extremo carmine Chloridi intentandum, huc poëta reservavit.

lium malorum, quae hominibus acciderent, fons esset aurum eiusque cupiditas. *Hoc generale, est enim poëta, enumerandis statim a principio exemplis fabulosis ac historicis, magno ornatu expressit, v. 1 -- 16.* Sed praeter calamitates, quas aliis afferre possunt & attulerunt divitiae, multa etiam mala inferunt his ipsis, qui possident; ut, in omni illa, quam habent, vi, neutiquam expetendae sint, nec quidquam miserius homine divitiarum cupido cogitari possit. Ego nolim talis esse! beatissimus enim mortalium, qui nihil cupit, parvoque contentus vivit. Sum ego is, in praediolo meo Sabino; meamque talem felicitatem nolim omni isto splendore, ad quem adspirant beati nostri avarique Romani, permutare. --- *Attingenda etiam sunt, quae super consilio & occasione huius carminis Intpp. quidam sunt suspicati. Dacerius (quem sequitur Sanad.) putat, propositum fuisse poëtae, gratias agere Maecenati de accepto per eum fundo Sabino, quod maioris aestimet, quam si provinciam opulentissimam nactus esset. Sed profecto, id si voluit, alte rem suam repetiit, remque Troianam a gemino ovo est orsus: tum carminis & totum ingressum & singulas partes, indocte satis & sic instituit, ut displicere Cilnio tota gratiarum actio posset; quod attente legenti facile sentitur. Hoc certum, illa de Sabino (v. 29 -- 33.), item plura alia, quae in Obss. monstrabimus, mirifice placere Maecenati debuisse. -- Deinde nuper I. F. Schmid. V. C. suspicatus est, Horatium subtili artificio contenti sua sorte hominis personam sumere, ut, praeter Sabinum, plura a Maecenate dona eliceret. Licet neque ego vitio daturus essem Horatio, si e Cilnianis copiis aliquid in se derivare esset conatus: tamen a meo sensu, quoties oden regustavi, impetrare talem suspicionem nondum equidem potui. Forte, si coniectandum sit, opinari aliquis possit, inpr. e vv. 18 -- 20. voluisse amicos Horatii ipsum vel ad lautiorem & splendidiorem quamcumque fortunam evehere, vel, eam ostensam ut acciperet, laudata divitiarum vi potentiaque, compellere, sed illum reiecisse ea omnia: & fuisse hanc occasionem scribendi nostri carminis; idque ad Maecenatem, qui ipse magnum continentiae exemplum esset, v. 20. cuique soli debere Horatius vellet, v. 38. Verum, ne quis erret, non haec praestare nobis in animo est.*

AD

AD MAECENATEM.

METRVM XVI.

Inclusam Danaën turris aënea,
Robustaeque fores, & vigilum canum
Tristes

AD MAECENATEM, QVID AVRVM POSSIT Venett. Locher. Ascens.

In cod. Vpsal. hoc c. cum antecedente sine ullae distinctione cohaeret.

1. Ad *auri potentiam* declarandam exempla egregie dilecta, in iisque eloquendis mira orationis poëticae & vis & vero copia. Praeclare statim a principio posuit maximeque exornavit fabulam de *Danaë*, quae cum illustrior esset exemplis ceteris, tum ad communem hominum affectum gratior, suavis etiam inprimis ob allegoriam, quae inest, & quod sic docte ad praesens argumentum inflectitur. *Acrisius*, Argivorum rex, ab oraculo monitus, vitam & regnum ipsi a nepote ereptum iri, unicam filiam *Danaën*, ex antiquissimis quidem mythis, thalamo subterraneo aereo s. ferreo (v. Sophocl. Antig. 935 sqq. Pausan. Corinth. 23.), ex aliis, turri munitissima, inclusam, in arctissima custodia tenuit. Sed Iuppiter in aureum imbrem conversus, per tectum s. impluvium ad Danaën venit, unde Perseus natus. Proetum aiunt, Acrisii fratrem, auro corruptis custodibus, Danaën vitiasse, unde post illa de Iove fama exorta. v. Apollod. lib. II. p. 127. Voss. de idolol. I. 14. Vulgare fuisset: „Inclusa licet Danaë turri aënea, custodiretur sic, ut prorsus tuta esse videretur ab adulteris: tamen aditum ad eam aureus imber expugnavit„. Sed pro eo quanto exquisitior conversio: *Danaë satis munita erat, nisi in aurum conversus esset Iuppiter.* — *turris aënea*, ferrea, h. fortissima v. ad III. 3. 65. & cf. Ovid. Am. II. 19. 27. Pro ea Propert. II. 20. 12. *ferratam domum*, & II. 32. 59. *aeratum murum*, Ovid. Am. III. 4. 21. *thala-*

Tristes excubiae munierant satis
Nocturnis ab adulteris:
Si non Acrisium, virginis abditae
Custodem pavidum, Iuppiter & Venus

Risis-

4. *adulteriis* Deff. 1. a m. pr. Zar. 6. *ac V.* Cun. San.

thalamum saxo ferroque perennem dicit. Possit, ob mython de thalamo subterraneo, huic imposita turris cogitari, vel omnino *turris* docte pro quovis munitissimo loco dicta videri. Sed omnino variatur in talibus. — 2. *robustae*, roboreae, de robore, durissimo ligno, h. firmissimae. *Canes* magnos pro custodia & satellitio habere, mos admodum sollemnis priscis regibus ac heroibus; v. Virg. Aen. VIII. 461. & ibi Cerd. inprimis etiam ad custodienda gynaecea; v. Aristoph. θεσμοφ. 423. Μολοττικοὺς τρέφουσι, μορμολύκεια τοῖς μοιχοῖς, κύνας. Hinc praeclare *excubiae*, petito a militibus vocabulo. Accedit ornatus epithetorum: *vigilum* canum excubiae *tristes*, molestae & graves adulteris, tristes eos facientes, dum non admittuntur: vel, severae, morosae (ut Virg. Aen. VI. 315.), translato ad excubias canum attributo; quod forte γρουφικότερον. Ista omnia *Danaën satis munierant*, pro, muniissent, munitura fuissent, *ab adulteris*, amatoribus (v. I. 33. 9.) *nocturnis* (ornans epitheton), h. noctu clam adrepentibus (v. II. 5. 18.). *Ab* pro, adversus, ut Lucret. III. 832. *letalibus ab rebus munita.* *Munire* vero exquisite pro, tueri, tutam reddere; nam proprie *muniuntur* loca. — 5. *Si non* pro, nisi. Observetur exornatio & insignis conversio vulgaris sententiae: Nisi Iuppiter, eam amans, per imbrem aureum aditum sibi, eluso patre, fecisset. — *abditae*, inclusae. — 6. Bella vero figurarum antithesis! Hinc Acrisius, *custos pavidus* (excellenter!), h. anxia cura custodiens filiam, continuo trepidans, ne sibi nepos obtingat: illinc *Iuppiter &*, quae praeclare ad furtum amatorium advocatur, *Venus*, otiosi, securi, *ridentes* omnem illam patris cautionem.

Risissent: fore enim tutum iter & patens
Converso in pretium Deo.
Aurum per medios ire satellites,
Et perrumpere amat saxa potentius
Ictu fulmineo. Concidit auguris
Argivi domus, ob lucrum,

Demersa

7. *risisset* coni. Bentl. quia sit magis Horatianum; v. ad I. 24. 8. Sed nil hac sola de caussa mutandum. 10. *praerumpere* Mentel. Male post *potentius* distinguit & *ictu f.* ad sqq. trahit Cruqu. 11. *occidit* Sax.

nem. — 7. Sciebant (eleganter omissum) *enim*, *tutum iter*, facilem aditum & *patentem fore Deo*, Iovi, *converso in pretium*, doctius pro, aurum, quatenus id pretiosum; de pretio noctis enim non cogitandum. Cf. Terent. Eun. III. 5. 35 sqq.

9. 10. Generalis sententia: *Aurum omnia expugnat*, a qua vulgaris poëta exorsurus fuisset, doctius & gravius hic interposita: ferit enim fortius post tam illustrem fabulam; ex qua & colores accepit, perducto poëta ad ideam *satellitum* & *saxorum*. In notione, *ire per medios s.* strictosque gladios, magna & vis & ἐνάργεια. *Ire amat*, solet, φιλεῖ, h. *it*. — 10. *saxa* fere explicant ingentes s. inaccessas rupes, per quas vi sibi viam faciat; sed aptius ad h. l. intelligas muros saxeos, fortissimos, turres munitissimas. — *potentius*, adverbium, pro vulgari, magis, maiore vi, iungendum cum *perrumpere*. *Ictus fulmineus*, plenius pro fulmine. Argutatur Dacer. post alios.

11. *Amphiaraus*, unus e numero τῶν ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις, futurorum scientia insignis, unde h. l. *augur*, uxorem habebat Eriphylen, sororem Adrasti, *Argivorum* regis. Eum, ne ad bellum Thebanum, in quo se interiturum sciret, proficisci cogeretur, latitantem, uxor, monili aureo ab Adrasto corrupta, prodidit. v. Hom. Od. λ. 325. Itaque ad bellum fatale abiens, Alcmaeonem filium, ubi de morte sua audierit, Eriphylen interficere iubet. Mox Amphiaraus ad Thebas terrae hiatu cum curru absorbetur

(v.

Demersa exitio. Diffidit urbium
Portas vir Macedo, & subruit aemulos

Reges

13. *Dimersa* Lips. 2. *excidio* quid. Torr. & Lamb. Div. Cruqu. Bentl. 6. Lips. 2. 4. Basill. Steph. T. Fab. Rutg. Fabr. Dacer. & sic vulgo editt. *exscidio* ded. Lamb. Heins. Ion. *exitio* aliquot Lamb. omnes Cruqu. praeter unum, plures Torrent. omnes Pulm. & Bersm. Bentl. 1. 2. 13. aliique, Priscian. p. 890. ap. eumd. Brod. Sax. Gott. Lips. 1. 3. Mentel. Fran. Altt. Dessff. Helmst. Venet. 1478. 1486. 1492. Medioll. tres, Locher. Asc. Muret. Bentl. Baxt. Cun. San. Accedit ad tantam auctoritatem, quod *demergi* & *excidium* minime inter se conveniunt. Similis varietas erat I. 15. 21. 14. *rex Macedo* coni. Withof. quod esset vulgarius. & eiecit Cun. *surruit* Lips. 4.

(v. Pind. Nem. ϑ. 57 sqq.); Alcmaeon occidit Eriphylen matrem (v. Virg. Aen. VI. 445.); inde Furiis agitatus, ad Phegeum confugit, cuius filiae, Alphesiboeae, in matrimonium ductae, monile istud aureum donat; deinde illa repudiata, ductaque Callirhoë, monile reposcens, a fratribus Alphesiboeae occiditur. Cf. Apollod. lib. III. p. 187. Sic *concidit demersa*, copia poëtica pro, *demersa est exitio*, funditus interiit, Amphiarai *domus*, *ob lucrum*, h. aurum, quatenus illam monile aureum perdidit. Notetur varietas in *aurum*, *pecunia*, *pretium*, *lucrum*, *munera*. — 13. Notabile, poëtam exemplum verum, sic ab omni fictione liberum, fabulosis subiicere. Cf. I. 28. 10. ibique not. — *Vir Macedo*, e Gr. ἀνὴρ Μακεδὼν, Philippus, Macedoniae rex, pater Alexandri M. quem constat triumphos suos auro magis, quo corrumperet exercituum, urbium, classium praefectos, quam armis & virtuti debuisse, Graeciaeque mercatorem potius quam victorem fuisse. Cf. Plutarch. vit. Paull. Aemil. p. 261. B. Frf. Valer. M. VII. 2. 8. Cic. Att. I. 16. *Philippus omnia castella expugnari posse dicebat, in quae modo asellus auro onustus posset ascendere.* Notum & oraculi ad eum responsum: ἀργυρέαις λόγχαισι μάχε. Magna vis in *diffidit*, effregit, & *subruit*, subvertit, prostravit, np. clandestinis corruptelae artibus; ducto verbo a muris cuniculo suffossis. — *aemulos* np. Philippi eiusque gloriae

Reges muneribus. Munera navium
Saevos inlaqueant duces.
Creſcentem ſequitur cura pecuniam,
Maiorumque fames. Iure perhorrui

Late

17. *inſequitur* Gott. 18. *Maior iamque fames* emend. With. *perhorruit* Pulm. 5. Sic ad Maecenatem pertineret ſententia; ſed hoc minus convenit.

gloriae, docte pro, qui ei bello reſiſtebant. — 15. *munera* (notetur venuſtas in repetito verbo) *illaqueant*, irretiunt, capiunt etiam *duces navium*. Offendit initio ſenſum lyricum & languere videtur tam generalis poſt individua exempla enunciatio. Sed reſpicit haud dubie Horatius rem noviſſime factam, Romaeque tunc omnibus notam, ut nomen memorare non eſſet opus, quod forte & aliis de cauſſis, de quibus nullum hodie iudicium, reticuit. Praeclare Torrent. refert ad Menam, Sex. Pompeii libertum, eiusque claſſi praefectum, qui cum iam a. DCCXVI ad Octavianum tranſiſſet, ab illo in honore habitus, & in equeſtrem ordinem adſcriptus, poſt ad Pompeium rediiſſet, mox a. DCCXVIII iterum ad Octavianum, pollicitationibus (ut diſerte Dio) adductus, deſcivit, & omni ſua claſſe prodita, Octaviano, in diſcrimine verſanti, victoriae, Pompeio exitii auctor fuit. v. Dio XLVIII. 45. p. 384. & XLIX. 1. p. 392. Poterat eum Horatius impune hac parte tangere, cum ab ipſo Auguſto proditor, ut fit, contemneretur, ut Dio l. l. Itaque ſenſus: & noſtra aetate vidimus, etiam *ſaevos n. d. muneribus illaqueari* poſſe. *Saevos*, feroces, bellicoſos, aptum Menae epitheton, & piratarum duci, & ſane ſtrenuo, qui plurimum detrimenti Octaviano intuliſſet. Vbi vide, quam praeclare reſpondeant *ſaevos* & *illaqueare*. Male Paſſerat. ap. Lamb. iungebat *munera navium*, h. merces peregrinae.

17. De ſententiarum progreſſu v. Argum. Tranſeundi formula, more lyrico, nulla. — *pecunia* pro divitiis univerſis. — *ſequitur creſcentem* h. pariter cum ea creſcit, *cura*, timor amittendi,

Late conſpicuum tollere verticem,
Maecenas, equitum decus.
Quanto quisque ſibi plura negaverit,
Ab Dis plura feret. Nil cupientium

Nudus

22. *Ab Dis* omnes fere Bentl. ſeptem mſſ. ap. Cuning. & e noſtris Mentel. Lipſ. 1. 2. item Venet. 1478. Vaſcoſ. Bentl. Cun. San. Eſt etiam elegantius ad numerum. Vulgo *A Dis*. Non dubium, quin & ceteri editores hoc *Ab* in codd. repertum neglexerint. --- *plura refert* Lipſ. 1.

di, & *fames maiorum*, augendi cupiditas. Cf. II. 2. 13. II. 16. 15. ubi *timor* & *cupido ſordidus*. III. 24 extr. Serm. I. 1. 76 ſqq. Epiſt. II. 2. 146 ſqq. Iuvenal. XIV. 138 ſq. Cic. Parad. I. 2. *Neque enim expletur umquam* cet. 18. *maiora*, τὰ μείζονα, πλέονα, pro, maiores divitiae. Praeclare laudat Bentl. Theocr. ις. 64. ἀνήριθμος δέ οἱ εἴη Ἄργυρος, αἰεὶ δὲ πλεόνων ἔχοι ἵμερος αὐτόν. — 19. Eam ob cauſſam recte me in eo facere credo, quod *perhorrui*, docte & cum vi, pro, nolui umquam, vel ἀορίστως, nolo, inſignis vel conſpicuus eſſe, np. divitiis, & ſic potentia. Vid. & Argum. extr. Sed pro, inſignis eſſe, quam praeclare *tollere verticem* h. criſtam, λόφον, plane ut I. 18. 15. a ducibus militiae, qui maiore criſta inſignes ſunt. — *late conſpicuum*, pro, tollere ſic, ut late conſpicuus ſit, ſupra multitudinem emineat; pertinet ad augendam ideam. Poterat omnino, quod non dubium, Maecenatis ope (vid. v. 38.) altius eniti Horatius, ſed melius putabat, imitari potentem amicum, qui ipſe eſſet ſummum continentiae exemplar. Vnde praeclarum eſt, quod illum hoc demum loco (vid. ad II. 1. 14.) alloquitur, medios inter ſenſus, qui & Ipſius proprii eſſent; & quod eum appellat *equitum decus*, qui cum ſecundum Auguſtum princeps eſſe in republ. poſſet, ſemper in equeſtri dignitate maneret, ſatisque haberet, alios opibus augere. Cf. I. 20. 5. & ibi V. L.

21 ſqq. Aureae ſententiae, e Stoicorum & Epicuri hortis decerptae. — *multa negare ſibi*, animo ſuo, h. non multa appetere, coërcere cupiditatem divitiarum. —

Nudus castra peto, & transfuga divitum
Partis linquere gestio:
Contemtae dominus splendidior rei,

Quam

25. *Contentae* Acronem legisse colligunt ex eius nota: „h. compositae & mediocris„. Certe sic mss. quidam, ut Pulm. 5. duo Torrent. unus Bersm. Bentl. 6 a m. s. Dess. 2. Probat & Canter. Nov. lectt. IV. 2. item non displicet Cruqu. ac Torrent. Sed quocumque modo accipias, *res contenta* latini sermonis usui prorsus repugnat. Praestat omnium ceterorum Codd. & Editt. vett. lectio *contemtae*.

22. tanto *plura ab Diis feret*, accipiet (v. IV. 8. 5.) h. tanto maiores divitias vere possidebit. Vti minuitur cupiditas, ita crescunt divitiae. Cic. Parad. VI. 3. *contentum suis rebus esse maximae sunt certissimaeque divitiae*; & mox: *soli* (sapientes), *quod est proprium divitiarum*, *satis esse putant*, *quod est*, *nihil appetunt*, *nulla re egent*, *nihil sibi deesse sentiunt* cet. Notum Stoicorum: μόνος ὁ σοφὸς πλούσιος. Cf. & Valer. M. IV. 2. 6. — 23. Igitur cum Sapientia faciam, & stabo a partibus *nil cupientium.* Hoc perducebat poëtam ad ideam binorum *castrorum*, quae adversus se invicem opposita, haec *divitum* & (quae notio hîc & alias adiuncta est) avarorum, illa eorum, qui nihil cupiunt. — *nudus*, pauper (ut Serm. II. 5. 6.), tamquam qui omnia abiecit, quatenus nil cupit. Vel: quamvis pauper sim, tamen nil cupio. Expressit h. l. Vz. lyr. II. 13. 13 sqq. Opp. T. I. p. 71. — 24. *gestio*, cupio, *linquere*, linquo, in eoque felix ac laetus sum; hoc enim in *gestio*. — *transfuga* ad ornandum *linquere*. Bene Acr. *quia dixerat castra*, *servavit metaphoram.* Sunt vero ista, *peto*, *linquere*, *transfuga*, non sic accipienda, tamquam fuerit iam poëta in partibus divitum, sed quatenus, cui inter duas partes oppositas constituto, alterutra eligenda est, dum unam praefert & amplectitur, ab altera longius continuo refugit. Vniversa autem haec allegoria licet forte phantasiae arrideat, tamen accedere ad eam rationem, quam hodierna critice *pretiosam* vocat, mihi videri solet. Ceterum in *nil cupien-*

tium

Quam si, quidquid arat inpiger Appulus,
Occultare meis dicerer horreis,
Magnas inter opes inops.

Purae

26. *non piger* pauci codd. ut e meis Alt. 1. Lipf. 3. (pro var. lect.) & 4. Item Locher. Venet. 1492. unde in plures editt. venit. Nam sic Basill. Muret. Steph. T. Fab. Rutg. Fabr. Dacer. Ion. San. Talbot. Sed *impiger* Scholl. 12 Lamb. omnes Cruqu. Torrent. Bentl. Pulm. Bersm. & Marcilii, nostri omnes ceteri, Venet. 1478. Flor. Zar. Asc. Heinf. Baxt. Bentl. Cun. Solus timor de metro protulit illud *non piger*, sed is in caesura vanus. v. I. 13. 6. & cf. Canter. nov. lectt. IV. 2.

tium inesse adulationem adversus Maecenatem, cui similem se in eo poëta esse cuperet, iam alii viderunt.

25. Et sic sum *splendidior dominus* cet. *Res* pro re familiari, divitiis, ut saepius. Divitias *contemnit*, qui eas *non admiratur* (v. Epist. I. 6. 1.), h. non maioris facit, non plus illis tribuit, quam merentur. Iam Stoicis usitata: *sapiens omnium dominus, omnia possidet, quamvis nil habeat; avarus servus, inops* (v. 28.), *nil habet, etsi omnia possideat.* Hinc ducta h. l. exornatio. Eo quod *contemno* divitias, eas verius habeo, earum sum *dominus splendidior*, ditior, *quam si* cet. *Splendor*, *splendere*, & mox *fulgere*, sollemnia de divitiis. Vulgo *contemtam rem* exponunt fortunam tenuem, vilem, quam divites contemtui habent. Etiam aliter alii. Sed e sensu lyrico, & ob sententiae universae ingressum, prior explicatio haud dubie praestat. Cf. II. 2 extr. ibique not. — 26. *Quam si occultarem*, conderem, *horreis meis.* Sed pro, occultarem, doctius, *dicerer occultare*, & e Gr. καλεῖσθαι pro εἶναι, & ob famam divitiarum. — *quidquid arat*, exquisite pro, ex aratione s. agricultura percipit (sic *arare* ap. Cic. Verr. III. 47.) *impiger*, laboriosus, *Appulus* (v. Epod. II. 42.), h. omnes messes Apuliae, & hoc ornate pro: si per totam Apuliam latifundia mea extenderentur, si totam Apuliam possiderem. Idea opulenti & avari. Cf. loc. simill. I. 1. 9 sq. ibique not. — 28. & essem tamen *magnas i. o. inops*, semper tamen egerem, ob fruendi metum, & cupiditatem

Purae rivus aquae, silvaque iugerum
Paucorum, & segetis certa fides meae,
Fulgentem inperio fertilis Africae
Fallit sorte beatior.

Quam-

29. *Parce*, pro *purae*, Zar. 21. *Fulgentem* constans omnium libb. lectio. Sed *Fulgente* emend. Bentl. quia nec procos. Africae scierit quidquam de Horatio eiusque Sabino, & *beatior* careat ablativo comparationis. Igitur exponit: „Fallit s. beatior proconsulatu Africae; revera felicior conditio est, licet id fere ignoretur, non agnoscatur. „ Bentleium secuti Baxt. Gesn. Sed v. Obss. — *Fallit* (nescit ille, quam felix ibi sim). *Sorte beatior* ego sum, cet. Best. de rat. emend. legg. c. 10. p. 173. — *certa fides meae* est. Sed *fulgentem i. f. A.* haec ipsa regio, *sorte beatior, fallit*, non implet optata eius: sic vult With. Dure profecto!

tem insatiabilem. Cf. Serm. II. 2. 109. Epist. I. 2. 56. Cic. Parad. I. 2 pr. VI. 1 & 2. P. Syr. 846. *Iam deest*, *quod habet*, *avaro*, *quam*, *quod non habet*. Elegans oxymoron in *opes* & *inops* facile observatur.

29 sqq. Suam e mediocritate felicitatem laudaturus, *Sabinum* suum agellum opponit & praefert *imperio Africae*; cf. III. 1 extr. — 29. 30. Parva sed suavissima pictura Sabini, tribus coloribus adumbrata; quacum cf. Serm. II. 6 pr. Praeclare & inest Maecenatis, per quem Sabinum acceperat, urbana laus, gratique in eum animi declaratio. — *purae aquae rivus*, copia poëtica pro, rivus purus, Digentia. v. sup. ad 13. 1. — *silva*, cf. Serm. II. 6. 3. *paullum silvae*. — 30. *seges* pro agro, ut I. 31. 4. *fides* agro tribuitur, quatenus ei *creditur* semen, ipseque domino *debet*, & sic, ubi fruges profert, fidem solvit. Hinc copiose *certa fides segetis*, pro, fidelis ager, fertilis, unde, quod satis est, mihi semper succrescit. Cf. ad III. 1. 30. — 31. 32. *Fulgentem* (v. ad v. 25.) *imperio f. A. fallit*, pro, fallunt cet. Torquent se in his Intpp. quorum non lubet omnes medelas memorare (v. & V. L.). *Imperium Africae* accipere solent vel de rege Africano, quod prorsus ab aetate Horatii alienum: vel de Proconsule Africae, amplissimae provinciae. Sed, cum de suo *agello* poëta locutus sit, & Africa dicatur

inpri-

Quamquam nec Calabrae mella ferunt apes,
Nec Laeſtrygonia Bacchus in amphora
Lan-

33. *ferant* Lipſ. 4. 34. *Leſtrigonia*, *Laeſtrigonia* errores.

inprimis, *fertilis* (v. ad I. 1. 10.): aptius referatur ad latifundia immenſasque poſſeſſiones divitum Romanorum in Africa (v. ad I. 1. 9.); quae latifundia qui poſſidet, is *fulget imperio*, h. ditione, dominio, *f. A.* imperat Africae. v. ad II. 2. 12. Egregie Porphyr. *latiſſimas in A. poſſeſſiones* habentem; & Acron: *multa Africae patrimonia poſſidentem.* Vt ſit: Igitur cum iſtis talibus ſenſibus (vv. 21-28.) parvus meus agellus, tenuis fortuna mea *fallit*, latet, λανθάνει (ut ſaepe), *fulgentem i. f. A.* illi ignoratur eſſe *beatior ſorte*, pro, ſortis beatioris (ut Serm. II. 8. 44. *carne deterior*), e ſtructura graeca: λανθάνει αὐτὸν εὐδαιμονεςέρα ὖσα, ſc. (quod proclive eſt) quam ipſius ingentes opes; i. e. vulgari forma: quamvis beatum ſe aeſtimet avarus dominus Africae, at neſcit ille, meam conditionem eſſe beatiorem, me in praediolo meo opulentiorem eſſe, quam ipſum in tantis poſſeſſionibus.

33 ſqq. *Quamquam* non abundo opibus ad ſplendorem & luxuriam (vv. 33-36.): at vivo tamen, idque non ſordide, ſed honeſte. Sed opes lautas iterum a latifundiis, eorumque reditibus, deſcribit, idque ornatiſſima notionum ſpecialium enumeratione (Cf. I. 31. 3 ſqq.): dum primum memorat *mellificium*, *vini culturam* & *paſcua* cum *gregibus*, quae tria inſignis pars eſſent latifundiorum, capiendorumque ex iis fructuum, tam ad lucrum, quam ad voluptatem; deinde pro generali iſtorum mentione ſpecies nobiliores, mel *Calabrum*, vinum *Formianum*, paſcua *Gallica*, ponendo, ſimul exprimit hoc: licet non habeam, ut beati Romani, praedia in Calabria, Campania aut Gallia; ubi quidem erant excellentiſſima. Et in ipſa hac enumeratione admirentur ſtudioſi ornatum & copiam orationis. — 33. Mel Calabriae praeſtans, inpr. Tarentinum (v. II. 6. 14.); unde ornate *Calabrae apes*. — *ferunt mella*, mellificant, np. *mihi*, e ſqq. — 34. Neque habeo vineas. Pro eo, *nec mihi Bacchus*, vinum, *langueſcit*, deferveſcit, vetuſta-

Languescit mihi, nec pinguia Gallicis
Crescunt vellera pascuis:
Inportuna tamen pauperies abest;
Nec, si plura velim, tu dare deneges.
Contracto melius parva cupidine
Vectigalia porrigam,

Quam

39. *Contracta* pauci quidam, ut Brod. Sax. & e nostris Alt. 1. 2 (a m. s.). Lipf. 1 & 3 a m. s. & 4. a m. pr. Zar. tres Medioll. Venett. Locher. Asc. *Contracto* praeter auctoritatem codd. etiam magis Horatianum. — *contenta* Canter. Nov. lectt. IV. 2. e cod. ms. Male. 40. *V: colligam*, emend. Sanad. infeliciter, & nulla necessitate.

vetustate maturescit ac mitescit; quod cum per se lautum, tum vindemias copiosas, vineas amplas prodit. — in *amphora Laestrygonia*, Formiana: nam Formiae antiqua Laestrygonum sedes; Plin. III. 5. Docte *amphora Laestrygonia*, ad declarandum *vinum* Laestrygonium s. Formianum (Cf. I. 9. 7.), quod in nobilissimis; v. I. 20. 11. 35. 36. *nec* mihi *crescunt vellera pinguia*, lanae pulchrae & spissae, quatenus a pinguedine pastus, ipsarumque ovium, pendet lanae praestantia. In *Gallia*, np. cisalpina, excellentissima pascua; & Gallicas, inpr. Altinates oves, earumque lanas, omnibus aliis praefert Colum. VII. 2. 4. Alias laudantur Appulae & Calabrae; ut modo III. 15. 14. Sunt autem haec, pro: neque magnos & quaestuosos greges habeo.

37. *importuna*, praeclare, pro molesta, quae premit & vexat animum. Est enim & munda honestaque paupertas; v. ad I. 1. 9. II. 10. 6. — 38. *nec tu dare deneges*, pro neque non dares, *si plura*, quam habeo, *vellem*. Np. ne quis putaret, continentiam Horatii esse affectatam, quia aliter esse non posset. Inest itaque nobilis sensus, & simul liberalitatis Cilnianae elogium. Cf. I. 18. 12. inprimisque Epod. I. 25-32. — 39. *cupido*, cupiditas np. opum, ut II. 16. 15 cet. — *contracto*, compressis & in angustum adductis cupiditatibus. — 40. *vectigalia* etiam reditus privatorum e fundis

&

Quam si Mygdoniis regnum Alyattei
Campis continuem. Multa petentibus
Desunt multa. Bene est, cui Deus obtulit
Parca, quod satis est, manu.

CAR-

41. *Mydoniis* error. *Alyattici* vel *Halyattici* vulgo editt. quod pro patronymico habebant Ascens. Torrent. alii, & explicabant Croesum, Alyattis filium. Sed recte T. Faber ab Alyatte patronymicum esse *Alyatticus* negavit. Vnde ipse emendat *Alyattii*. At iam Bentl. vidit, id non rectius habere; neque enim esse patronymicum, sed possessivum, ut, Laërtius, Laomedontius, qualia numquam sine substantivo ponantur. Itaque Bentl. rescribi vult vel *Alyattium*, vel, ut, edidit, *Alyattei*, ad formam „Achillei, Vlixei„ pro, Achillis, Vlyssis; aut, quod ego malim, e genitivo Ionico Ἀλυάττεω pro Ἀλυάττου. Iam proposuerat hanc lectionem, haud dubie veram, Basil. Faber in Thes. L. L. edit. 1696. v. *Alyattes*. Secuti Bentleium Baxt. Cun. Ion. San. De codicibus editores ante Bentl. tacent. *Alyathii* Bentl. 1 a m. pr. *Alyatthii* Bentl. 2 & alius. *Aliathii* Bentl. 18. *Haliathii* noster Mentel. *Haliati* Bentl. 7. *Aliactis* Alt. 1. Aliae aberratt. sunt *Haliathici*, *Alyathici*, *Aliatici*, *Hiliatici*, *Aliactici*. 42. *placentibus* Pulm. 1 a m. pr. 43. *Desint* Lips. 4.

& agris; hinc ipsae possessiones. Sic Serm. II. 2. 100. *porrigere* pro extendere, ut IV. 15. 15. Ovid. M. IV. 199. *melius*, latius. Eo, quod contraho cupidinem, ampliores fiunt ac sunt possessiones meae (v. sup. v. 21.), *quam si* cet. Comparent adolescentes II. 2. 9 sqq. Venusta antithesis in *contracto* & *porrigam*. — 41. Ora Asiae minoris, praecipue antiqua Lydia & Phrygia, maxime fertilis frumento, unde divites Romani multa habebant ibi avide coëmta latifundia. *Alyattes* rex Lydiae, pater Croesi; v. Herodot. I. 16. Strab. IX. p. 420. Itaque *regnum A.* Lydia, h. latifundia in L. — *continuare*, ita iungere res, ut nullum intervallum sit, ut continuae sint; ut Liv. I. 44. *aedificia moenibus continuare.* Inprimis *continuare agros* (Cic. Agr. IV. 1. Liv. XXXIV. 4.) pro, coëmere fundos, ut per longum spatium nullus alienus interiectus sit. Itaque h. l. quam si, quos

haberem,

CARMEN XVII.

ARGVMENTVM.

Aelium Lamiam, *summum virum & familiarem suum (cf. Argum. I. 26. & Proleg. T. I. p. CXI.), versantem in praedio suo, Horatius, quem tum ibidem apud eum fuisse probabile est, hoc venustissimo carmine subitario* ad celebrandum hilari convivio crastinum diem hortatur, ratione ducta a tristi ac procellosa tempestate, certis e signis praevisa. *Poëtam simul se ipsum illi festivitati convivam recte urbaneque offerre, licet (ut solet) nil de se dicat, vix est monendum; inprimis, cum haud dubie apud Lamiam nunc rusticaretur. Agi putarunt, praeter Acronem, nonnulli de sacrificio domestico, Genio & Laribus instituendo. At fraudem Viris doctis fecit cum male intellectum illud de „curando genio„ v. 14. tum „porcus„ qui Laribus immolari soleret; v. inf. 23. 4. Sed Larium quidem nullum omnino hîc indicium. Iubetur Lamia Genium porco etiam curare: iam Genio non nisi mero, ture, floribus, libis fiebat (cf. Tibull. II. 2. 5 sqq. ibique Ill. Heyn.); numquam ei sacrificia cruenta facta, ut auctori vitae & custodi. Tum non satis apparet, cur omnino sacrum faciendum sit Genio ob diem pluvium; sed cur ob eumdem comissatio instituatur, facile intelligitur. v. Obss. ad v. 14. — At valde reprehenditur poëta, quod praemiserit illi tali argumento prorsus alienum & per octo versus protractum exordium* de genere Lamiae. *Sed si versus 2-5, qui haud dubie spurii sunt (v. Excurs. II.), inter legendum omittantur, multo breviori ac elegantiori generis commendatione, quae ad solum ornatum spectat, & pro vocativo est, sensus lyricus non amplius offenditur. Possimus & suspicari, peculiari aliqua occasione, nobis ignota (uti haud dubie saepius factum), poëtam ad memorandum Lamum perductum esse. Veluti, si fundus Lamiae, quod valde probabile, situs fuit in ora Campaniae (unde v. 6.* litus *memoratum), idque in amoenissima regione Formiarum & Min-*

haberem, Lydiae agros, coëmendo continuos facerem cum *campis Mygdoniis*, agris Phrygiae (v. ad II. 12. 22.), h. si universum & continuum Lydiae Phrygiaeque tractum solus possiderem. Cf. II. 2. 10.

42. Aureae sententiae, quae & veritate placent, & elocutionis simplicitate ac brevitate oblectant. *Multa* qui cupiunt, ii multis egent, & egere se sentiunt. — *Bene est* ei, beatus is, *cui Deus obtulit*, non sollicitanti sponte dedit, *quod satis est*, v. sup. ad 1. 25. Hinc suaviter additum *parca manu*, non prodiga. Simillimi nostro extremo tetrasticho versus Alphei Mitylenaei (in Steph. carm. Lyr. p. 650.): Οὐ ϛέργω βαθυληΐους ἀρέρας, Οὐκ ὄλβον πολύχρυσον, οἷα Γύγης· Αὐτάρκης ἔραμαι βίου, Μακρῖνε, Τὸ μηδὲν γὰρ ἄγαν ἄγαν με τέρπει.

Minturnarum, prope Lirim fluvium & Maricae lucum (cf. & not. ad v. 1.); prorsus praeclara est exornatio Lamiae ab illo antiquo Lamo, qui in eadem regione regnasset: inprimis si cogites, inter Lamiam & Horatium, forte nuper etiam, de Lamo eiusque regno sermones incidisse, vel in ambulationibus, vel, quod e villa Lamiae prospectus esset in Formias, Minturnas, Lirim cet. Certe hoc malim ego, quam habere universum exordium pro iocosa captatione benevolentiae, ad amicum, nobilitate generis sui minime superbum. Hoc enim ultimum licet largiar, tamen non ideo pro ioco habenda illius nobilitatis commemoratio; cum ad meum quidem sensum neque in exordio, neque in universo odario, iocosi carminis proprius character & habitus appareat. Ipsum carmen simplici elegantia, inprimis in levis argumenti exquisita conversione, tum venustate ac ornatu elocutionis, & numerorum lyricorum compositione, praeclare enitescit. Comparent cum eo studiosi maxime I. 9. V. 13.

AD AELIVM LAMIAM.

METRVM XVI.

Aeli, vetusto nobilis ab Lamo,
[* Quando & priores hinc Lamias ferunt

*Deno-

AELII LAMIAE GENVS CELEBRAT Asc. Locher. Venet. 1492. Male.

1. *Heli* aberratio. *a. L.* Venet. 1492. Locher. *Lama* Alt. 2. cum nota: „pro Lamia, per syncopen„. *Lamio* Mentel. 2. & abest ab uno Bersm. & Dess. 1.

1. In *Aelia* gente, plebeia illa quidem, sed nobilissima & antiquissima, erant Tuberones, Paeti, Cati, Ligures, Galli, Stilones, Seiani, Praeconini & Lamiae. Hi Formiis Romam venerant, & ortum repetebant a *Lamo*, Neptuni filio, antiquissimo rege & heroë Laestrygonum, noto ex Homer. Od. κ. 81. & Eustathio ad h. l. qui condidit Laestrygoniam urbem, τηλέπυλον Λαιστρυγονίην, post a colonia Lacedaemoniorum instauratam, & Hormias s. *Formias* dictam. v. Strab. V. p. 233. Plin. III. 5. Cic.

*Denominatos, & nepotum
*Per memores genus omne fastos,
*Auctore ab illo ducis originem:]
Qui

4. *Permemores* quid. Cruqu. *fastus* Bentl. 1. 6 a m. pr. codd. ap. Muret. cod. Petav. ap. N. Heinf. ad Claudian. IV conf. Honor. 155. Et fic dedit Cuning. Et iam fua aetate hic & IV. 14. 4. utramque fcripturam, *fastos* & *fastus*, in codd. fuiffe teftatur Prifcian. lib. VI. p. 711. & utramque formam, *fasti*, *orum*, & *fastus*, *uum*, bene habere, licet ifta ufitatior fit, contra Servium (ad Virg. Aen. III. 326.) difputat. Legitur & alibi *fastus*, & occurrit tertio cafu *fastibus* ap. Lucan. & Claud. Cf. Heinf. l. l. & ad Ovid. Faft. I. 11. Drakenborch. ad Sil. II. 10. Exquifitiorem itaque formam *fastus* praetuliffem, fi effe crederem hos vv. ab Horatio. 5. *ducis* omnes codd. mff. & editt. fumma conftantia. Sed varie diftinguitur in libris. Poft *fastos* colon ponunt Bafill. Lamb. Cruqu. Torr. Verba *Quando-fastos* parenthefi includunt Steph. Fabr. T. Fab. Dacer. Talb. cet. Vtroque modo effet: „o Aeli, qui defcendis ab Lamo, tu originem ducis ab Lamo, qui cet.„ Indocta vero converfio, Horatioque indigna! Deinde recte ridet Bentl. orturum tunc fententiarum totius carminis nexum: „tu a Lamo originem habes; dies craftinus pluvius futurus eft; igitut compone lignum cet.„ Ro. Stephanus & Baxt. parenthefi includunt *Quando-tyrannus*, v. 9. pofito tamen colo poft *fastos*, ut vv. 5-9 fint pro apodofi parenthefeos; quo parum medelae loco adfertur, neque multo doctior

Cic. ad Att. II. 13. & cf. Ovid. M. XIV. 233. *Lami veterem Laestrygonis urbem.* Hinc h. l. *Aeli*, *nobilis*, docte & audacter pro, nobile genus ducens *ab vetusto L.* Eft autem hoc dictum ex opinione, quae fere obtinuit inter gentes Romanas, ut ab hoc illove antiquo heroë, ob fimilitudinem nominis, originem ducere videri vellent. Cf. Virg. Aen. V. 114 fqq. & ibi Ill. Heyn.

[2—6. *Ab illo* enim tu generis *auctore ducis originem*, *quando*, quandoquidem, fiquidem *ferunt*, *hinc* h. ab hoc Lamo, & *priores Lamias*, maiores tuos, primos de gente Lamiarum, *denominatos* effe, & *omne genus nepotum*, illos priores fecutorum, qui *per fastos* f. annales populi R. memorantur, h. totam pofteritatem, *hinc denominatam* effe. Cf. Cic. Muren. 16. *Ex annalium vetustate eruenda* eft

Qui Formiarum moenia dicitur
Princeps & innantem Maricae
Litoribus tenuisse Lirim,

Late

doctior exsistit ingressus sententiae. Denique *Quando - tyrannus* inclusit, delevitque colon post *fastos*, & *ducis* in *ducit* ex ingenio mutavit D. Heins. eumque secuti Bentl. Cun. Gesn. Sivr. ut sit: *Quando & - denominatos*, *& omne genus* (nominat.) *nep. ab illo a. ducit o. qui* cet. Sed displicere in hac ipsa ratione debet & longitudo nimia parentheseos, & inprimis, quod sic, communi cum ceteris constituendorum verborum modis vitio, splendida sententia: *qui Formiarum - tyrannus*, quae aperte ad ornandum Lamum, ipsumque Lamiam, pertinet, eaque de caussa e sensu lyrico versui 1 adnecti debet, inde revulsa notioni secundariae iungitur. Forte melius sit, includere parenthesi: *Quando & - ducis originem* (v. Obss.); ut *qui* v. 6. non referatur ad *illo a.* v. 5 verum ad *ab Lamo* v. 1. Sed parum impensa opera in loco constituendo; nam nullum mihi dubium, quin vv. 2-5 supposititii sint & ab inepto grammatico assuti: de qua re v. Excurs. II. Iam eos Sanad. & Iones. eiiciendos censuerunt. 7. *Mariae* emend. bonus monachus in Lips. 4. quod animi caussa memoro. 8. *Lirin* Cruqu. Torr. Rutg. Dacer. Talb. alii. *Lyrin* Muret. Steph. *Leirin* T. Fab. Sed praestat in flumine Italico terminatio latina, *Lirim*, uti *Tiberim*. Et sic omnes codd. mss. & editt. vett. item Heins. Bentl. Baxt. Cun. San. Ion. Perperam nonnulli *Lyrim*, cum apud eos, qui graece scripserunt, sit Λεῖρις.

est memoria nobilitatis tuae. — *immemores*, qui memoriam hominum rerumque gestarum continent. Sed omnino quid de his vv. iudicemus, docet Excursus.]

6 sqq. *Qui dicitur tenuisse*, habitasse & rexisse *princeps* h. primus (ut inf. 30. 13.) *moenia F.* (v. I. 7. 2.), Formias (hodie *Mola* in *Terra di Lavoro.*). Sed praeter Formias etiam tenuit Lamus vicinum *agrum Minturnensem.* Eum autem agrum exquisito prorsus ornatu extulit, *innantem M. l. Lirim.* De *Liri* flumine (hod. *Garigliano*) v. ad I. 31. 6. Interfluebat oppidum Minturnas (hod. *Trajetto*), non procul Formiis, formabatque infra has, prope ostium suum, paludes Minturnenses, in quibus C. Marius delituit. *Marica*, Nympha, uxor Fauni, mater Latini; v. Virg. Aen. VII. 47, quam Lactant. I. 21.

&

Late tyrannus: cras foliis nemus
Multis & alga litus inutili

Demiss-

& Serv. ad l. l. pro eadem cum Circe habent. Vid. Ill. Heyn. ad Virg. l. l. & Aen. XII. 164. Erat autem illa Minturnensium Dea, religiose in oppido eiusque agro culta. Sacellum habebat in ipsa Liris ripa, eique sacer (adhuc Porphyrionis aetate) erat lucus infra Minturnas, versus mare, in quem illud flumen exibat. v. Plutarch. Mar. p. 428. D. Strab. V, p. 233. Hinc docte *litora Maricae* pro pago s. tractu litorali, cui Marica praeest. Cf. Lucan. II. 424. (delabitur) *umbrosae Liris per regna Maricae.* Martial. XIII. 83. *Caeruleus Liris, quem silva Maricae protegit.* — 7. 8. *Lirim*, i. agros circa L. qua is fluvius *innat* (nobile & graphicum verbum!) *litoribus* (dativ.) h. versus, ad, in litora *M.* h. ad nemorosum illum pagum Maricae litoralem lento placidoque cursu (v. I. 37. 7.) defertur, in eum illabitur & sese insinuat. Definitur his & suaviter declaratur ager Minturnensis. Male Sanad. cogitat de fluvii Deo, quem sane vix Lamus *tenuisse* dici possit. — 9. *Late tyrannus*, late imperans; videtur enim bonam Latii & Campaniae partem, inprimis maritimam, habuisse. Comparant Homericum εὐρυκρείων. it. Virg. Aen. I. 41. populum *late regem.* Ceterum a *Marica*, ut fit (v. ad I. 7. 12. III. 13. 1.), eum flumen (ut diserte Acron), lucus, totusque pagus, tum ipsa palus (v. Vellei. II. 19. 2.) denominata: unde h. l. quidam expl. *innantem*, effundentem se in Maricae paludem; quod parum poëticum sensum prodit. Pessime autem Dacer. exponit, Lamum aggeribus obiectis *tenuisse Lirim*, retinuisse, prohibuisse ab istis paludibus.

9 — 12. Cras procellosa tempestas erit. Id ornavit ab effectis. — *tempestas demissa* praeclare! quia deorsum de caelo procella ruit, desuper *ab Euro* (Deo, v. ad I. 28. 27.) immissa terrae incumbit. *Eurus* in illis terris valde procellosus; igitur insurgens is hodie ventus poëtae pro indicio erat tempestatis crastinae. — *sternet*, consternet *nemus*, np. terram in illo, *multis foliis*; color procellae, etiam ap. Virg. Aen. IV.

Demissa tempestas ab Euro
Sternet, aquae nisi fallit augur
Annosa cornix. Dum potis, aridum
Con-

11. *Emissa* coni. Cun. probante Ion. Et sic Sanad. qui tantum ab Aquilone, non ab *Euro*, *demitti* tempestatem in hemisphaerium australe dici posse putat. Sed hoc est argutari. 12. *Sternit* unus Bersm. & nostri Dessff. Praeclare! esset enim exquisitius tempus praesens pro futuro. Mox *fallet* Lips. 4. 13. *potes* vulgata lectio. *potis* Bentl. 1. 2. 6 (a m. pr.). Mentel. Helmst. Sine dubio vera lectio; vix enim a librariis est tam exquisitum & rarum verbum. Itaque sic Bentl. Cun. Baxt. Et exstitit haud dubie in pluribus aliorum etiam codd. sed neglectum fuit.

IV. 444. — 10. *& litus* consternet *alga*, herba marina varii generis. Instante enim tempestate primum fundus maris, praesertim mediterranei, turbatur; evelluntur inde algae, &, dum ascendunt, a fluctibus in litus proiiciuntur. Igitur hoc & signum & attributum tempestatis. Cf. & Virg. Aen. VII. 590. — *inutili* quae nullius usus est, ornans epitheton. Alga enim inter res vilissimas. Cf. Serm. II. 5. 8. Virg. Ecl. VII. 42. *vilior proiecta alga.* Denique & *litoris* & *nemoris* mentio praelare convenit suspicioni, Lamiae fundum prope Formias fuisse. — 12. *nisi fallit*, mentitur, *cornix*, *aquae* h. pluviae *augur*, docte pro, eam augurans & praenuntians crocitatione. Est e graeco ὑετόμαντις κορώνη, quod ex Euphorione laudatur Mureto varr. lectt. XVI. 18. Imitatus nostrum l. Ovid. Am. II. 6. 34. *pluviae graculus augur aquae.* Cf. inf. 27. 10. *imbrium divina avis imminentum.* Virg. Ge. I. 388. Lucret. V. 1083 sq. *cornicum ut saecla vetusta - aquam dicuntur & imbres poscere.* — *annosa*, inf. IV. 13. 24. *vetula*, ex opinione de longo illius senio, dum novem γενεὰς vivere credebatur; unde πολύζωος item ἐννεάγηρως dicta. Notetur elegans conversio in *nisi fallit*, pro vulgari, praedixit enim hodie pluviam cornix; item dilectus in epitheto *annosa*, quae in tanta senectutis experientia fallere credi non possit.

13—16. Ipsa adhortatio ad convivium cras instituendum, cum, quia non licebit exire, tum ad dispellendam diei tristitiam; omne enim tem-

Conpone lignum: cras Genium mero
Curabis & porco bimeſtri,
Cum famulis operum ſolutis.

CAR-

15. *porca* Cun. forte ob III. 23. 4. nulla neceſſitate. *bimenſtri*, ſollemni varietate, cодd. Torrent. duo Berſm. Lipſ. 1. 2. *bimembri* unus Berſm. Deſſ. 1.

tempus ad bibendum inflectit noſter (v. Argum. I. 9.): inpr. cum apud veteres tempus procelloſum ruri & otium daret, & conviviorum hilaritatem. cf. Virg. Ge. I. 300. *dum potis* ſc. es, docte & antique pro, dum potes; vel, quod etiam doctius, *dum potis* (neutro genere), poſſibile, ſc. eſt, dum licet, np. per pluviam. Sic *potis eſt* ap. Lucret. I. 452. Plaut. Amph. II. 2. 61. Terent. Ad. IV. 15. & ſaepius. v. & Virg. Aen. III. 670. — 14. *componere lignum*, ordine ponere ſ. exſtruere ligna, vel in foco, vel omnino ſub tecto reponere, reponenda curare, ne madefiant a pluvia. Id poëta vult fieri hodie, dum lignum adhuc *aridum*. Solebant, inpr. ruri, die triſti & frigido ante focum & Lares, cum liberis & famulis discumbere & epulari; vid. I. 9. 6. V. 2. 43 & 65. Serm. II. 6. 65 ſqq. Colum. XI. 1. 19. Martial. III. 58. Igitur quae antecedunt tales epulas, venuſte commemorat. Male Sanad. — *Genius*, ſ. *Animus*, Deus aſſiduus cuſtos & obſervator cuique homini additus, ut notum, amat hominem ſuum, eum laetum eſſe & felicem cupit. Vnde, qui voluptati & laetitiae ſe dat, epulatur, bibit, is dicitur *Genio obſequi*, *indulgere*, *illum placare*, pro quo h. l. exquiſite *curare Genium*, quaſi, eius memorem eſſe. Cf. Art. poët. 209 ſq. Non agi de ſacrificio, ſed de curanda cute, iam monitum in Argum. — *curabis*, pro, cura (v. ad III. 8. 15.), ſ. curandus tibi eſt G. — 14. *bimeſtri*, duorum menſium. Porcelli teneri in deliciis & exquiſitis ferculis erant. — 16. *Cum famulis*, ſervis, *ſolutis operum*, graece pro, ab opere, vacantibus a labore, np. ob procellam. Cf. Art. P. 212. *liber laborum*. Serm. II. 2. 119. *mihi operum vacuo per imbrem*. Sinebant boni domini, inpr. ruri, ſervos etiam participes eſſe talis feſtivitatis domeſticae. Itaque in hoc v. exquiſitus affectus eſt.

CARMEN XVIII.

ARGVMENTVM.

Faunalia apud Romanos bina quotannis celebrata, una Idib. Febr. altera Nonis Decembribus. Horum quidem occasione Horatius, qui eodem tempore esset in Sabino suo, fecit hoc carmen ad Faunum, *quo* primum veneratur eum, oratque, ut agris suis & pecoribus propitius sit; *v. 1-8.* deinde agrestem festi diei laetitiam describit; *v. 9-16. Fuisse illud religioso usui destinatum, pro certo affirmare tum Dacerio & Sanadono vix ausim. Deinde, quod Dacer. narrat, uti plures Dii (velut Apollo, v. ad III. 4. 64.) alio loco hiemem, alio aestatem degerint, sic & Faunum Nonis Decembr. in Arcadiam abire, & Idib. inde in Italiam redire creditum fuisse, unde bina Faunalia orta sint, id non nisi ex ingenio suo is habet, licet plures post ex eo repetere videam. Nec necessaria est ad exponendam oden haec suspicio, neque probabilis quidem; v. not. ad v. 3. — Ipsius carminis virtutes cernuntur inpr. in imaginum rusticarum amoenitate, nativa faciliqne & sententiarum & orationis venustate ac elegantia, denique numerorum lyricorum suavi flumine. Quamquam erunt etiam, quae iure reprehendere posse nobis videamur, de quib. v. ad v. 13.*

AD FAVNVM.

METRVM XVII.

Faune, Nympharum fugientum amator,
Per meos finis & aprica rura
Le-

PROSEVCTICE IN FAVNVM DEVM AGRESTEM,
QVEM VENERATVR NONIS DECEMBRIS
vet. inscript. ap. Torr.

1. *fugientium* Lipss. Fran. Venet. 1492. Locher. Mancin.

1. De *Fauno* cf. ad I. 17 pr. Erat is, uti omne illud agrestium Deorum genus, salax & petulans; unde h. l. *amator Nympharum fugientium.* Vivida eademque suavis imago! Teneras Nymphas, timide fugientes, & velociter perse-

Lenis incedas, abeasque parvis
Aequus alumnis:

Si

3. *Laetus* unus Torrent. quidam Lamb.

persequentem eas cum caprinis suis pedibus rudem horridumque Faunum cernere nobis videmur. Sed cur *hoc* inprimis colore Faunum hîc designavit poëta? Scilicet cum crederentur numina, festis suis diebus, sacris sibi factis praesentia esse, & sic etiam fundum Horatii Faunus hodie inviseret; hoc ipsum suavissimo & moribus Fauni aptissimo phantasmate poëta exornat, dum pingit Deum vagum ac velocem (vid. ad v. 3.), Sabina rura *Nymphas persequendo* transeuntem: quo iam ferebatur Schol. Cruqú. 2. *fines*, agros. — *aprica*, v. Epist. I. 16. 5 sqq.

3. *lenis*, & mox *aequus*, propitius, non iratus, non nocens; ut *mitis*, Carm. saec. 33. Erat e notionibus veterum Faunus (ut cetera agrestia numina) iracundus Deus; v. Theocr. id. α. 17. ἐντί γε πικρὸς, καὶ οἱ ἀεὶ δριμεῖα χολὰ ποτὶ ῥινὶ κάθηται· hinc, ubi exasperatus esset, metuendus & pestilens agris, gregibus, hominibus; itaque placandus, ne noceret. — *abeas* sine ira, nullis relictis irae vestigiis. Praeclare autem & graphice *incedas abeasque*, de Deo, qui continuo vagabundus, terris nunc his nunc illis oberrat atque discurrit. Cf. I. 17. 1. Quo & Dacerii illa opinio (v. Argum.) refellitur.

4. *alumnos* recte Scholl. explicant vernulas ruris s. pueros servorum in villa Horatii; ut inf. 23. 7. Cum enim omnino Deos agrestes per noctem illudere & nocere hominibus, rustici vulgo credebant, tum Faunum iratum pueros noctu vexare, terrores, ephialten immittere; quae *Faunorum in quiete ludibria* vocat Plin. XXV. 4. Iam cum solerent domini praediorum vernulis delectari, etiam ob utilitatem (unde l. l. *dulces alumni*): cur poëtam non deceat pro iis orare, opinionemque vulgarem, inpr. in populari carmine, sequi? Sed post Ascens. & Lamb. fere *alumnos* exponunt de agnis & haedis; quod nec necessarium, & sane durum ac insolens.

Si tener pleno cadit haedus anno,
Larga nec desunt Veneris sodali,
Vina craterae, vetus ara multo
Fumat odore.

Ludit

7. *cratere* vett. editt. fere, etiam antiqui Intpp. ut Mancin. Male. Primus Ascens. veram & constantem codicum lectionem *craterae* vindicavit. *crateri* Muret. dum inter craterem & crateram aliquid interesse falso putavit. Est etiam in libris, sollemni varietate, *craterrae*, *creterae*, *creterrae* — *ac vetus* var. lect. Ion. & *v.* Sivr.

5. Sollemni more in precibus ad Deos commemorare solet orans rem, quam ipse illis vel nunc praestat, vel olim praestitit, aut aliud momentum, quo ad audiendum se moveantur. Efferunt hoc momentum, uti Graeci per εἰ seu ἐάν, ita Latini per *si*, pro siquidem, cum, quia; illudque fere praemittunt ipsis precibus, rarius, ut h. l. postponunt. V. c. Homer. Il. α. 39 sqq. Virg. Ge. I. 7. Aen. IX. 406. XII. 778. Horat. Serm. II. 6. 6 sqq. Itaque h. l. te meo agro propitium esse par est, cum tibi quotannis sacrum anniversarium faciam, neque illud umquam, hodie etiam, negligam. Facile enim Dii agrestes irascebantur, ubi se neglectos putabant. Iam pro *quotannis* est *pleno* h. completo anno, ut inf. 23. 6. *per exactos annos.* Tum sacrificii memorantur partes: victima, libatio, & suffitio. Sed haec ut exornata sint, vide. — *haedus*, v. I. 4. 18. *cadit*, immolatur tibi. — 6. Libatio. — *crater* s. *cratera* (v. Serv. ad Virg. Aen. I. 728.), amplum vas, poculi s. paterae forma, cuius & in convivio usus (v. sup. ad 8. 13.), & in re sacra, unde libando effunderetur vinum. v. Virg. Aen. III. 525. — *nec desunt larga* h. large insunt, large impleta iis est cratera. Haec autem docto ornatu *Veneris sodalis*, v. ad I. 25 extr. quia Bacchus, cuius munus inest, & Venus, socii ac πάρεδροι, v. Paus. VII. 24. p. 590. etiam e natura rei. Grata Fauno, lascivo Deo, haec idea. — 7. & si *ara* tua *fumat* (cf. Virg. Ecl. I. 44.) *multo odore*, multis odoribus, h. suffimen-

Ludit herboso pecus omne campo,
Quum tibi Nonae redeunt Decembres:
Festus in pratis vacat otioso
Cum bove pagus:

Inter

10. *Dum* Sivr. *redeant* Mentel. 11. *otiosa* Pulm. 5. Cun. Male h. l. habet femininum. Nam taurus arator intelligitur. 12. *C. b. pardus* cod. Achill. Stat. a Mureto inspectus, Torn. & quidam alii ap. Lamb. sed cum litura, Pulm. 5. item 2 & 4 pro var. lect. unus Fabr. plerique Torrent. duo Bersm. Bentl. 6 a m. s. 7. 8. 9. 13. 20. item pro var. lect. 1. 2. 23. Brod. Sax. ac e nostris Mentel. Fran. a m. s. (v. Bos anim. ad Hor. p. 44.). Tum sic Zar. Venet. 1492. Locher. Inepta lectio! haud dubie a stupidis monachis profecta, ut recte Bentl. quibus ob lupum inter agnos errantem (v. 13.), placuit *pagum* in *pardum* mutare ex Iesaiae XI. 6. unde hic pardus (ut festive idem Bentl.) sic per plurimos codd. grassatus est, sed a recentiore idem manu in eos immissus. Iam Lamb. vidit, neque intelligi, quid sit „pardus festus & vacans„ nec dari pardum in Italia; v. Plin. VIII. 17. Muretum, quem Robortellus falso crimine dixerat lectionem *pardus* in contextum recepisse, defendit C. Sigon. Emendatt. lib. I. p. 9. Denique *pastor* pro *pagus*, coni. With. e lectione *pardus*.

tis. — *vetus* praeclare! in qua iam multa sacrificia a me tibi facta, ut bene vidit Acron. Nisi referre malis ad antiquissimam Fauni in Italia religionem, cuius priscum monumentum haec in agro Horatii ara superfuerit.

9 sqq. Descriptio festae laetitiae. Colores partim naturales, (vv. 9-12. 15. 16.), partim poëtici, illi e natura ducti, hi e sensu enthusiasmoque poëtico (vv. 13. 14.). Nam prisca poësi praesentia numinis, eiusque sensus miracula profert, &, ut omnia praeter naturam fiant, facit. Sed in hoc forte vitii aliquid putes poëtam in se admisisse, quod, ubi aperte consilium nunc est, describere *festivitatem agrestem*, talia phantasmata extranaturalia & prodigiosa intulit, mediisque effectis naturalibus sic intermiscuit, ut, e sanae critices legibus, ideae nullam iustam habere inter se rationem, nec satis recte ordinatae & collocatae videantur. Melius poëtae

Inter audacis lupus errat agnos:
Spargit agrestis tibi silva frondis:
Gaudet invisam pepulisse fossor
Ter pede terram.

CAR-

13. *exstat* Helmstad.

tae iudicium agnoscas I. 17 pr. In singulis tamen nostris summa venustas. Ceterum male nonnulli (ut Dacer.) in omnibus his, quae sequuntur, tamquam essent etiam momenta, repetunt illud *si*: si pecus ludit, si pagus vacat cet. v. Bentl. — 9. *ludit* exultat. Pertinuerit oportet ad diei festivitatem, ut omnes greges (ipsaque iumenta, v. 12.) in agros & prata exigerentur. — *herboso*, viridi; nam in Italia sumus: neque opus est, ut cum Gesn. prodigium eo declarari putemus. — 11. *Festus*, festum agens (np. & religiose & hilariter) *pagus*, h. pagani, *vacat*, a labore feriatur, *in pratis*; ibi enim sub dio celebrata Faunalia: in quo amoena pictura est. *otioso*, qui hodie non arat. Suave hoc ad ethos.

13. 14. Miracula festo praesentis Fauni. Cf. I. 17. 5-9. *Errat*, innocuus hodie, *lupus inter a. audaces* (excellens epitheton! de tam timido alias pecore), h. praeter naturam eum hodie non metuentes, sensu praesentiae ac tutelae tuae, qua lupus coërcetur, ipsi tuti ac securi sunt. — 14. Humum foliis & *frondibus spargere* in honorem numinis, sollemne. v. Virg. Ecl. V. 41. Itaque, cum Decembri mense folia deiiciant arbores in Italia (v. Epod. XI. 9.), hoc ad miraculum ac prodigium refert poëta: *silva tibi*, in honorem tuum, *spargit frondes*, iis viam tibi ingredienti sternit. — *agrestes* ornat. — 15. 16. *fossor*, vinitor (ut Virg. Ge. II. 264. Mart. VII. 70.), *gaudet pepulisse*, pellere, h. laetus pellit; poëticum verbum pro, impellere s. pulsare *terram*, & hoc pro saltare. Sic Lucret. V. 1041. *duro terram* pede pellere *matrem*.

CARMEN XIX.

ARGUMENTUM.

Telephus, quantum eum novimus ex I. 13. IV. 11. 21. & nostro, fuit haud dubie Graecus iuvenis, genere ac divitiis florens, vivens Romae de vectigalibus suis, hinc, & ob insignem pulchritudinem, expetitus puellis, multisque amoribus impeditus: sed idem, ut videtur, poëta (Acrone quidem auctore), & homo doctus, inprimis antiquitatum, fabularum & historiarum Graecarum studio deditus, eas vel subtili disquisitione, vel carmine tractans; ut subinde, ubi quando se immersisset his litteris, aegre inde distrahi vel ad laetum convivium posset: denique amicus & sodalis Horatii, quamquam aliquando simultas inter eos intercessit, ob Lydiam, I. 13. Iam Horatius cum sodalibus volebat *(vel hodie vel propediem)* festam coenam & comissationem de symbolis, vel communi sumtu, instituere *(cf. Terent. Eun. III. 4 pr.); idque, ut colligere licet e v. 10 sq.* in honorem L. Licinii Varronis Murenae, *communis amici (vid. II. 10.)*, qui nuper auguratum, *munus insigne & honorificum*, esset adeptus. Itaque ad Telephum, *qui iam nunc aliquando totus esset Graeca litteratura abstrusus, neque inde ad convivii instantis meditationem avocari posset*, hilare hoc & iocosum carmen scribit Horatius, quo eum increpando hortatur, ut missis modo doctis suis nugis severisque laboribus, quibus nunc non sit locus, potius de comissatione, *ob honorem communi amico collatum instituenda*, toto animo cogitet, eiusque & apparandae & celebrandae particeps sit. *Magnas virtutes poëticas descriptio carminis habet. Nam* primum *istius* reprehensionis & adhortationis Telephi *plane excellens conversio est.* Tum *inde a v. 9. enthusiasmo concitatus poëta subito in mediam rem rapitur;* iam in medio illo, quod demum paratur, convivio versari, eiusque magister s. rex sibi esse videtur; *quae inflexio cum per se spiritu affectuque poëtico dignissima est, & saepius Horatio usitata (v. e. g. II. 7. 13 sqq. II. 11. 18 sqq. III. 14. 17 sqq.), tum h. l. multum etiam valebat vel ad pathos gaudii de auguratu Murenae amici declarandum, vel ad excitandum e doctis somniis Telephum. Verum haec*

trem. Catull. LVIII. 14. Cf. I. 4. 10. I. 37. 2. — *invisam* suaviter! odit enim hodie laborem, hinc & illius materiam, humum; cui ruditer insultans, ulcisci sibi tot aerumnas, in ea colenda perlatas, videtur. Hinc praeclare *gaudet.* — *ter* ad rhythmum ac numerum saltationis pertinet, qui similis fuerit necesse est illi, quem hodie passum Anglicum dicimus. Cf. Ovid. Fast. VI. 330. *& viridem celeri ter pede pulsat humum.*

haec ipsa forma carminis sic in errorem impulit fere Intpp. ut illud prorsus de loco suo dimoverint. Putarunt enim, esse illud ab Horatio, super convivium ac inter bibendum, vel ex tempore factum, vel ex iis, quae in convivio accidissent, domi postea conscriptum; uti I. 27. Accusari iocose Telephum, qui inter vina docte disputet de temporum rationibus & antiquis historiis (ubi imposuere Viris doctis verba narras & taces); *itaque poëtam ei festive obstrepere, talesque sermones intempestivos atque a convivii hilaritate alienos interpellando, quales esse mores ac sermones convivales debeant, illum docere. Sed sunt haec neque necessaria, & vix probabilia; sive in ipso illo convivio, quod a v. 9 describitur, quod pro augurali adeo Murenae coena Gesnerus habet, sive, ut Sanadonus, in alio, istud antegresso, haec acta putes. Cum enim, quod caput est, vv. 5 - 8. aperte ad* apparatum convivii futuri *spectent, atque ad idem convivium quin vv. 9 sqq. pertineant, non possit, qui sensum lyricum habeat, dubitare: forte praeferenda lectoribus videbitur, quam dedimus, carminis interpretandi ratio. Aliam ingressus est nuper I. F. Schmid. V. C. dum opinatur, coenam apud ipsum Telephum habitam, in qua convivas non modo Telephi eruditio, sed etiam vini parcitas, frigus coenaculi, ministrorum ignavia, male habuerint, hoc carmine perstringi. At fateor equidem, nullum me eius talis irrisionis indicium reperire, mihique, praeter iam dicta, ista omnia e carmine nimium subtiliter extorquenda videri. --- Ode ipsa, praeter praeclarum, de quo iam diximus, nisum lyricum, summam etiam laudem habet cum elegantiae atque urbanitatis, tum elocutionis poëticae; quae inpr. inde a v. 9. crescenti enthusiasmo & πάθους fervori eximie apta est, ut in Obss. attingemus: e quibus &, fuisse poëtae in multis graecum exemplum ante oculos, intelligetur. Scriptum autem esse carmen oportet ante a.* DCCXXXII. *quo conspiravit in Augustum Murena (v. ad II. 2. 5.), idque hieme, ob v. 8. at non, ut quidam ex hoc ipso v. colligunt, in fundo Telephi in Pelignis, sed, ut facile apparet cum ex aliis, tum e vv. 7. 23. in Vrbe. v. & not. ad v. 24. Comparent studiosi versionem Hagedornii, Opp. T. III. p. 28. --- Denique Cl. Sivrio hanc etiam oden in tres dissecare placuit. v. V. L.*

AD

AD TELEPHVM.

METRVM V.

Quantum distet ab Inacho
Codrus, pro patria non timidus mori,
Narras, & genus Aeaci,
Et pugnata sacro bella sub Ilio:

Quo

AD CANTOREM Sivr.

1. *distat* emend. Cuning. & iam sic e nostris Lips. 2. item 1 & 3 a m. pr. & Plantin. Raphel. 1594. unde sensus esset: „omne id tempus, quod inter Inachum & Codrum intercessit, omnem illius periodi historiam enarras.„ Non male, licet paullo durius. Sed aptior etiam festiviorque e lectione vulgata *distet* oppositio est ad v. 5. 2. *non timidus p. p. mori* unus Bersm. Lips. 2 a m. pr. *nec t.* Lips. 4. Dess. 2.

1—8. Reprehensio Telephi, qui nimium intentus sit antiquitatis studio, neque, hodie inprimis, de re multo maioris momenti, de apparando convivio, cogitet. Pro generali antiquae historiae notione, tres illius locos memorat, cum per se illustriores, tum, in quibus forte iam nunc occuparetur Telephus. *Inachus* primus Argivorum rex, antiquissimum nomen in Graeca historia, quae tota inde pendet. *Codrus*, ultimus rex Atheniensium, qui, ut notum, bello cum Doribus gesto, cum respondisset oraculum, quorum rex interfectus esset, eos superiores fore, castra Dorica habitu vili ingressus, motis iurgiis, occisus est; v. Cic. Tusc. I. 48. Valer. M. V. 6. Vnde *non timidus*, h. paratus & cupidus, *mori*, graeca iunctura, μὴ δειλὸς θανεῖν, ut IV. 9. 52. — *quantum distet*, quantum temporis ab I. usque ad C. effluxerit; np. anni prope DCC. Est haec insignis antiquae historiae & mythologiae, ut aiunt, epocha; in eaque e rationibus chronologicis constituenda laborabat Telephus. — 3. *Aeaci*, Iovis ex Aegina filii, *genus* clarissimum Graeciae, e quo v. c. Peleus, Telamon, Achilles, Pyrrhus, Neoptolemus. — 4. Et bellum Troianum. — *sub*, ad Ilium. *sacro*,

Quo Chium pretio cadum
Mercemur, quis aquam temperet ignibus,
Quo praebente domum & quota
Pelignis caream frigoribus, taces.

Da

7. *quotus* etiam legi posse, si liceret per mss. monet Bentl. ex Epist. I. 5. 30.

sacro, ex Homer. Ἴλιος ἱερή, communi urbium magnarum epitheto, quatenus in tutela Deorum erant, eorumque augusta templa ac religiones habebant; unde Troia *Divum domus*, Virg. Aen. II. 241. — *narrare* s. enarrare argumentum historicum s. antiquarium dicitur, is, qui docte de eo disquirit, illud tractat & explicat, ut Ovid. Fast. VI. 651. *Quinquatrus narrare minores*. Neque in eo opus est cogitari scriptorem, sed & de privato studio potest accipi. Sic, dum dicitur T. totus esse in eruditis disquisitionibus antiquariis, non liquet, fueritne scriptor, an privatim operatus sit illis litteris; item, utrum carmine talia tractarit, an minus.

5 — 8. Festive docteque τῷ *narras*, opponitur *taces*, pro, non curas s. disquiris nobiscum, quae nunc multo graviora sunt illis nugis. Cum universo hoc exordio comparetur excellens locus Vzii carm. lyr. II. 5. 1 sqq. Opp. T. I. p. 57. Quae sequuntur, pertinent omnia ad apparatum convivii de symbola. — *Chium cadum* h. vini Chii, inter transmarina nobilissimi. — 6. *mercemur*, emamus, emere possimus. Id iam inquirere & nosse maioris momenti est, quam, *quantum distet C. ab I.* v. 1. — *temperet ignibus*, calefaciat, *aquam*, np. ad balneum, quo uti ante coenam solebant. Alii aliter. Cum autem hospitis esset balnei procuratio, eo designatur is, cuius eorum, qui darent symbolam, in aedibus communes epulae essent habendae; unde statim, *quo praebente domum*, h. apud quem. *Praebere*, uti Gr. παρέχειν, vocab. propr. de convivio, cuius quisque partem & sumtuum & curae in se recipit. cf. Serm. I. 5. 38. *quota* np. hora, h. utrum epulari incepturi simus demum hora consueta, i. nona (v. Epist. I. 7. 71.), an vero maturius. v. ad I. 1. 20.

8. *Pe-*

Da Lunae propere novae,
Da Noctis mediae, da, puer, auguris

Mure-

9. Nova ode ap. Sivr. cum inscript. AD MINISTRVM.

8. *Pelignis* haud dubie ornans epitheton ad declarandum magnum frigus, quale est in Pelignis, Latii parte, ubi, propter montes quidem, vix tolerabile erat. Sic inf. 26. 10. *Sithonia nive.* Vel, *Pelignum fr.* quia a Pelignorum parte Romam veniebat Aquilo. Sed argutatur Dacer. — *caream fr.* h. calefiam, & hoc iterum ad designandam coenam; nam hieme calefiebat coenaculum vel camino (cf. sup. ad 17. 14.), vel tubis aereis, sub pavimento ductis. Placet hic color, ob impatientiam frigoris, qua Horatium fuisse, notum, quaeque etiam in epitheto *Pelignis* sentitur. Item festive, *caream,* singulari numero, cum eadem de caussa, tum, tamquam *sua* inprimis caussa ista omnia procurari velit.

9. En! subito in medio convivio est, & magisterium vini capessit. v. Argum. Notetur praeceps, & abrupta oratio, affectus impatientiae aptissima. De libatione domestica, numinibus super mensam secundam facta, ubi paullum vini in mensam sive terram, appellato illorum nomine, cum precibus etiam, effusum, & tum poculum exhaustum, res nota. Sed hinc & regibus, principibus, item amicis honoratis aut caris, denique puellis, tam absentibus, quam praesentibus, similis honor habitus, ut illis appellatis, & *valere iussis*, saepe & cum libatione, ebiberetur in eorum gratiam uno haustu poculum. v. Schol. ad Theocr. ιδ. 18. Tibull. II. 1. 31. & ll. mox laudanda. Iam praeter morem memoratum sup. ad III. 8. 13. usitatum quoque erat, inpr. ubi iam aliquamdiu potatum fuerat, maiora pocula poscere, in quae singula pocillator aliquot vini cyathos, a rege convivii sub nomine numinis, vel amici, vel puellae definitos, infunderet, tum aqua addita, convivis ministraret. v. loc. Alexidis ap. Athen. VI. 16 pr. *παῖ, τὴν μεγάλην δὸς, ὑποχέας Φιλίας μὲν κυάθȣς τῶν παρόντων τέτταρας* cet. tum, accepto poculo: *χαίρετ᾽ ἄνδρες συμπόται, τόσην ἀγαθῶν τὴν μεςὴν κύλικα πίομαι.*

Murenae: tribus aut novem
Miſcentur cyathis pocula commodis.

Qui

11. *Murenae* e numis & lapidd. item e Gr. Μȣρήνας. Alii *Muraenae.* --- *aut tribus aut n.* Bentl. 9. Sed vulgata elegantior. 12. *Miſcento* var. lect. Ion. *Miſcentor* emend. Rutgerſ. lectt. Venuſ. c. VII. p. 267. quia *miſcentur* (omnium quidem librorum lectio) langueat pro affectu poëtae bacchico. Probat & N. Heinſ. ap. Bentl. it. Baxt. & Dacer. Receperunt Bentl. & Sanad. quia regi convivii aptius ſit, imperativo uti. Omnino, e vulgari ſermone. Sed in carmine doctior erat indicativus, pro coniunctivo ſ. imperativo; nec modo non languet talis ratio, ſed etiam grave quid ac μιμητικὸν ex vita hominum habet. In eodem v. *commodum* unus Berſm. Deff. 2. Cun. San. quod vulgarius. *commodi* (vocat.) ſc. o ſodales, var. lect. Ioneſ.

πίομαι. Apparet, tam poculum, quam cyathos in illud infuſos, dici *eius*, in cuius honorem ac ſalutem bibitur; ut modo κύαθοι τῶν παρόντων, & κύλιξ ἀγαθῶν. v. not. ad III. 18. 13. quib. add. Antiphan. ap. Athen. X. 6. κυάθȣς θεῶν τε καὶ θεαινῶν μυρίȣς. Itaque h. l. *Da*, pocillator, np. mihi & ſingulis convivis, *Lunae novae* ſc. poculum: — item alterum *mediae Noctis:* — item tertium *auguris Murenae!* ubi & in repetito *da* magna vis & ἐνάργεια. *nova Luna* h. oriens veſperi; ut *ſol novus* Virg. Ge. I. 288. Lunam autem & mediam Noctem ſalutare ſic & venerari, cum genus religionis erat, tum in convivio nocturno ſollemne fuiſſe oportet, quo tempore haec Numina regnarent; cf. III. 28 extr. quod quam & aptum & ſuave ſit, facile ſentitur. Nam & declaratur compotatio ad mediam noctem vel producenda, vel iam producta, & gratiſſima idea eſt lunae ſurgentis. — 11. *Murenae*, *auguris* novi; v. Argum. Vbi ſi ſuſpiceris, forte Murenae hac nocte primum augurium capiendum fuiſſe, quod, ut notum, a media nocte fiebat; tanto praeclarius poculis Lunae & mediae N. iungitur illud Murenae, quo bonum ei auſpicium obtingat. Sed Lamb. quidem & Geſn. ſubtiliores.

11. Definitur proportio vini & aquae, in implendis poculis imperatis. Varia haec proportio iam ap. Graecos. Miſcebantur enim vel

ex

Qui Musas amat inparis,
    Ternos ter cyathos adtonitus petet
                                        Vates:

14. *ternos attonitus ter c. p.* duo Bersm. Lipf. 2. 3. Deff. 2. *petat* quid. Lamb. Mentel.

ex aequo aqua & vinum: vel, quod communissimum, tres partes aquae, una vini: vel duae aquae, una vini, aut contra: vel quinque aquae, duae vini, aut contra cet. Vid. omnino Athen. X. 6-9. H. l. Horatius cuique poculo *aut* (v. I. 3. 16.) *tres aut novem* cyathos vini assignat. Cum sextarius, cuius pars XIIma cyathus, hoc respectu pro *Asse* sit (unde III cyathi *quadrans*, IV cyathi *triens* cet. v. Gesner. Thes. v. Bibo): hinc intelligendi tres vini cyathi cum novem aquae, & novem vini cum tribus aquae. Constituit enim duas classes compotorum, unam sobriorum ac in bibendo timidorum, alteram strenue bibentium, & hodie inebriari volentium; quos *poëtas* esse declarat, seque iis adiungit. Horum poculis novem, istorum tres tantum vini cyathos imperat. Cum omnino Romanis numerus *impar*, inpr. *ternarius* ac *ter ternarius*, sanctus & mysticus fuit; v. Virg. Ecl. VIII. 75. & ibi Cerd. it. Auson. idyll. XI. tum & in poculis miscendis alterutrum numerum cyathorum fere servarunt, ut Auson. l. l. *Ter bibe, vel totiens ternos: haec mystica lex est.* Alius erat mos, bibendi nomina, de quo v. Gesn. Thes. l. l. — 12. vid. V. L. *misceri* proprie vinum s. cyathi dicuntur *in poculo*; sed exquisitius *pocula cyathis*, quatenus hi in illa infusi, in iis miscentur s. aqua temperantur. Cf. I. 20 extr. — *commodis*, docta inversione pro, *commode* miscentur, h. apte & convenienter cuiusque compotoris ingenio, ut omnibus satisfiat. Nam *vates* quidem *attonitus*, *qui Musas* cet. Alii aliter. Omnino super his vv. errores Intptum, quos fere aliud agere video, recensere non vacat.

13—17. Suavissima illius mysticae legis explicatio. — Poëta *petet* novem cyathos, ob totidem Musas. — Docte *impares*, quarum impar numerus, pro *novem*, item mox pro eodem *ter ternos*. In utraque numeri elocutione mystici quid est, ob iam dicta

Vates: tris prohibet supra
Rixarum metuens tangere Gratia,
Nudis iuncta sororibus.
Insanire iuvat: cur Berecyntiae
Cessant flamina tibiae?

Cur

15. *ter* (pro *tres*) Alt. 1. Brod. 17. *vincta* codd. Marcil. qui praefert. Sed veretur Bentl. ut recte adspexerit vocabulum. Attamen recepit Cun. quod nolim fecisset. 18. Nova ode incipit ap. Sivr. cum inscript. AD TELEPHVM, quam ex Alcmane expressam vir doctissimus narrat, argumenta ducens, vt solet, e nominibus propriis.

dicta. — *attonitus*, ἐμβροντητός, epitheton poëtarum, ob enthusiasmum divinitus immissum, in quo & furor quidam & stupor est. Stat. Silv. V. 1. 116. *attonita caterva*, de Bacchis. Male iam Scholl. 15. At *supra*, plures quam *tres* cyathos *tangere*, sumere, capere, *prohibent*, vetant Gratiae. Sed pro hoc, copia poëtica, *Gratia*, Aglaia, *nudis iuncta* (v. I. 4. 9.) *sororibus*; ut IV. 7. 5. — *nudis*, vel proprie, vel, leviter amictis, discinctis; utroque enim more sunt in monumm. — 16. *Rixarum* (v. I. 27. 4.) *metuens*, graece, pro, rixas, quibus gratia convivii perditur. Praeclare designantur convivae verecundiores, nec multi vini, qui propter Charites, decentes & placidas Deas, quarum quasi alumni sunt, progredi ultra tres cyathos non audent. Argutius in vv. 13-17. laudem Murenae indagant Dacer. & Sanad.

18 sqq. Ego non ero ex horum numero. *Me* quidem *iuvat insanire*, ego mittere volo omnes habenas laetitiae; e Gr. μαίνεσθαι, ut in noto Anacr. θέλω, θέλω μανῆναι. Cf. II. 7 extr. In sqq. vivunt omnia. Oculis cernimus insanientem prae laetitia poëtam, nunc huc, nunc illuc impatienter & cum increpatione se convertentem. Summa & ἐνάργεια & vis in interrogationibus, in festinabunda sententiarum brevitate, orationis dissolutione. Cf. II. 7 extr. 11. 18 sqq. III. 14. 17 sqq. *Cur cessant*, non audiuntur, *flamina*, flatus, & hoc docte pro, soni, cantus *tibiae Berecyntiae*, Phrygiae. Nam in Phrygia, ubi mons

Cur pendet tacita fistula cum lyra?
Parcentis ego dexteras
Odi: sparge rosas: audiat invidus
Dementem strepitum Lycus,

Et

20. *pendent* emend. Cun. male.

mons Berecyntus, primum tibiae inventae, & in religione Cybeles adhibitae. Erat tibiae Phrygiae etiam in festis laetisque conviviis ap. Graecos & Romanos usus. Alias & dicitur *cornu*, ob formam incurvam, cum ceterae essent rectae. v. Gronov. Obss. I. 17 extr. Sonus eius gravis, sed acris idem & concitatus, & qui facile in furorem vertere audientes crederetur. v. omnino I. 18. 13. Lucret. II. 620. *Phrygio stimulat numero cava tibia mentes.* Cf. IV. 15. 30. V. 9. 6. — 20. Illud, *cur non auditur*, quam praeclare variatum! *cur pendet*, np. in pariete, *fistula c. l. tacita*, h. qua non luditur. Contra Φωνάεσσα χέλυς, item Φθεγγομένη, *loquax*, *vocalis*. *Fistula* autem a tibia diversa, ad materiam, formam, magnitudinem (fuit enim haud dubie minor), sonum denique exiliorem. — 21. Ferre non possum manus *parcentes*, otiosas; h. taedet me, quod non luditur tibia cet. *Parcere* enim, e Gr. Φειδεσθαι, pro intermittere, abstinere, saepius. — 22. Tu, puer, *sparge rosas*, np. in mensam & pavimentum, ex more. v. Ep. I. 5. 14. — *Lycus* senex morosus, habens uxorem iuvenem, eamque, ut videtur, anxie custodiens. — *audiat*, insomnem per nos noctem ducens, *strepitum dementem*, audacius pro, hominum dementium, *insanientium* (v. 18.); vel, dementiae indicem: etiam e iudicio Lyci. — *invidus*, invidens hilaritati iuvenili nostrae, ut solent tales. Ilia ei rumpantur invidia. Suave in his ἦθος, e moribus iuvenum, qui talium senum iram neque curant, & irritare gaudent. — 24. Declaratur eius uxor; sed non ideo *vicinam* (cum Rutgersio, l. l.) explicem uxorem, quae habitans cum sene, vicinum quidem eum, at non maritum haberet.

Hoc

Et vicina seni non habilis Lyco.
Spissa te nitidum coma,
Puro te similem, Telephe, Vespero,
Tem-

24. *habili* antiquiss. Bland. Cruqu. cui valde placet. Sed Acron mendo laborat. v. Bentl. Item probat e libris mss. Rutgers. lectt. Ven. c. VII. p. 271. quia vir senex rectius inhabilis dicatur puellae, quam contra. Sed hoc nihil est. v. Obss. Tum sane „vicina seni non habili„ nullam tolerabilem explicationem habet; quod non sensisse viros doctos, mirandum. 25. *crispa* vel *sparsa* comi. Cun. nulla necessitate. Vltimos quatuor vv. omisit Sanad.

Hoc durum sane: nam ap. Iuvenal. VI. 509. alius plane nexus; & aperte *vicina* refertur ad compotantes. v. & V. L. & Bentl. Docte *vicina* Lyci uxor dicitur, ad designandum vicinum Lycum: nil amplius. — *non habilis seni* marito, h. non apta, conveniens, par. Proprie Lycus uxori inhabilis, ut qui in culpa esset, cur inter ipsos non conveniret. Sed sunt relativa & sic reciproca talia; si Lycus non habilis uxori, vicissim neque haec illi habilis esse dici potest. Posterius hoc inusitatius, igitur exquisitius. Vel: *non habilis*, quam is habere, qua frui non potest; np. quo sensu Terent. Andr. I. 1. 58. *quis heri habuit Chrysidem?* Plane sic Ovid. Am. I. 8. 40. *Sabinae noluerint habiles pluribus esse viris.* Audiri autem vult a vicina strepitum comissationis, quo magis crucietur Lycus zelotypus, metuens, ne uxori nimium placeat is strepitus. Sed quid? nondum sciebat poeta; quis domum praebiturus esset (v. 7.), & iam de vicino loquitur? Sed cum e v. 7. non colligitur, ideo Horatium vere ignorasse, cuius in aedibus convivium futurum esset, tum grata suspicio est, illum his ipsis de Lyco vicino, domum, quam praeberi convivio optaret, forte illam ipsius Telephi, festive designare voluisse; unde novam lucem accipiunt vv. 7. 8.

25. Insolentior nonnullis visa haec inflexio carminis ad amores Telephi & Horatii. Sed facile *vicina non h. Lyco* perducebat Horatium ad hunc sensum: „illo felicior tu, Telephe, cui Rhode habilis sit, tuque vicissim Rho-

Tempestiva petit Rhode:
Me lentus Glycerae torret amor meae.

CAR-

27. *Chloë* vulgata lectio. *Cloa*, *Cloë*, *Colohe* aberratt. Sed *Rhoda* quid. Lamb. Bentl. 23. *Rhode* (vel aberrando *Rode*, *Hrode*) Acr. duo Blandd. Mart. Sil. Cruqu. duo Fabr. Pulm. 4 pro var. lect. Bentl. 2. 6. 7. 8. 20. Gott. Sax. Mentel. Fran. Helmst. Lipf. 1 a m. pr. & 2 a m. f. item Basil. 1555. Bentl. Cun. Sine dubio vera haec lectio; vix enim librarii ignotum sibi & in Horatio inusitatum nomen pro notiori Chloës substituerunt. *Rhode* autem libertinarum nomen, saepius occurrens, apud comicos inprimis, & in inscriptt. antt. v. Bentl.

Rhodae convenias. Equidem minus beatus (v. 28.)!" Praeclare etiam, inprimis ex ingenio Horatii, ubi convivio praeludit, liberiorem talem hilaritatem decet, ad puellas venire, in iisque desinere; cf. I. 36. 17. II. 11. 21. III. 14. 21. Quibus comparatis si suspiceris, convivio huic apparando cum alias puellas, tum Rhoden & Glyceram adhibere in animo fuisse Horatio & sodalibus, tanto pulchrior exitus est, magisque allicere Telephum poterat. Observetur autem studiosis concinnitas periodi ex accusativis. — *coma* pars decoris iuvenilis, inpr. forte in Telepho. — *nitidum*, nitentem, *coma*, pulchram comam habentem; ut *nitere*, *splendere*, de pulchritudine saepius. Possit & ad comam unctam referri; II. 7. 7. Quamquam tum putem poëtam scripturum fuisse *comam spissam*. — *spissa*, opposita rarae, f. quae iam decidit. — 26. Pulchrum iuvenem cum alias *sideri* (III. 9. 21.), tum h. l. *Vespero* f. Veneris astro pulcherrimo, suavissime comparat. cf. Virg. Aen. VIII. 589 sqq. — *puro*, splendido, nulla nubecula obvelato. v. II. 5. 19. Praeclare conveniunt tam pulcher iuvenis, & puella *tempestiva*, matura, quae eum *petit*, ultro amat. Cf. II. 5. 16. — *Rhode*, v. V. L. 28. *Me torret* (v. III. 9. 13.) *amor lentus* (v. I. 13. 8.), βραδινὰ Ἀφροδίτα, ut Sappho; v. sup. ad 12. 3. — *Glycerae*, v. I. 33.

CARMEN XX.

ARGVMENTVM.

Carmen ab argumento quidem leve nec magni momenti, abhorrens adeo a moribus nostris, sed a poëtica tractatione nobilissimum. Nearchum, *adolescentem formosissimum, qui utri Veneri aptior esset, incertum erat, hinc puella quaedam Romana, illinc Pyrrhus deperibant.* Pyrrhus *puerum* a puella abstrahere, *sibique soli vindicare* conabatur. *Itaque* admonet eum Horatius, quam periculosus sit iste conatus. Nil enim terribilius esse rabie atque vindicta puellae, cui amatus iuvenis ereptum eatur. Ei furori tu, Pyrrhe, ubi decertandum tibi cum puella erit super Nearcho, impar, victus succumbes, & poenas temeritatis dabis. *Hoc autem noster pulcherrima* allegoria *expressit, puellam cum* leaena *comparans*, pro catulis dimicante, *qua nil atrocius esse potest.* Tum ipsius Nearchi in hoc certamine partes *inde a v. 9. ita pinguntur, ut summum poëtam facile agnoscas. Acron in hoc c. ineptas dilogias, Baxtero facile probatas, captat, de Pyrrho, Epirotarum rege, qui cum Romanis iniquo Marte bellavit, cogitans, & explicans leaenam Romam, catulos principes Vrbis, Nearchum equitem R. a Pyrrho captum. Similia propinat Ascensius. Item iam Landini aetate erant, qui de M. Antonio interpretari omnia vellent. Sed nuper I. F. Schmid. Vir doctiss. plane diversam carmini conversionem dedit, dum Nearchum & Pyrrhum amatores puellae fecit; qua ratione, quibus illud de sede ac loco penitus moveri videatur, ne futuri sint, metuo. Quomodo enim, ut hoc unum dicam, sic certamen inter Pyrrhum & puellam, nec potius Nearchum, sit, quomodo in eo Nearchus brabeutes esse possit, vix satis apparet. Denique oden hanc in Graeco solo natam esse, ex moribus & ideis graecis, inprimis a v. 9. non dubium est.*

AD PYRRHVM.

METRVM XVII.

Non vides, quanto moveas periclo,
Pyrrhe, Gaetulae catulos leaenae?
Dura post paullo fugies inaudax
Proelia raptor:
Quum per obstantis iuvenum catervas
Ibit insignem repetens Nearchum:

Grande

1. *Num vides* Alt. 2 a m. s. *tumultu* cod. vetus H. Steph. (v. Praefat. ad lect.) item Bentl. 2. 6 & 23 pro var. lect. & 18 in contextu. Vt sit: „quantum tumultum excites, dum moves cet.„ Sed, ut recte Bentl. vidit, haec lectio est ex III. 27. 17. 3. *Dira* Brod. non male. *paullum* quid. Lamb. Mart. Mald. Cruqu. Pulm. 1 & 4 a m. pr. 5. Bentl. 1. 9. 10. unus Bersm. Brod. Sax. Lips. 1 pro var. lect. Dess. 2. Alt. 1. Venet. 1478. 1492. Locher. Ascens. Sed *paullo* plurimi optimi. 6. *Mearchum*, *Nearcum* aberratt. *Nearchon* Cun.

1. *Non vides*, *quanto* cum *periculo* puellae amanti formosum adolescentem eripere coneris? Doctior conversio pro, quam periculosum sit cet. Sed pro eo praeclare statim ab allegoria incipit. -- *movere* np. loco, exquisite pro amovere, auferre; & hoc de conatu, ut saepe. — 2. *Gaetulae*, v. I. 23. 10. Argute Cruqu. vocabulo *leaenae* alludi putat ad *lenam*. Cf. autem Senec. H. Oet. 233-36. — 3. 4. *paullo post*, mox, atrocem in te impetum leaena faciet. Pro eo docte posuit effecta: *raptor*, tu, qui rapere volebas, *fugies*, non feres, *dura proelia*, repugnantis impetum. — *inaudax*, imbellis, non ausus adversus resistere; elegans epitheton, ab Horatio e Gr. ἄτολμος cusum, neque usquam alias obvium. Iungendum autem cum *fugies*.

5. Amabant puellam & urgebant plurimi iuvenes, sed illa, his spretis, solum Nearchum expetebat. Hinc praeclare *per obstantes* (cf. sup. 5. 51.), quorum interesset, ab ea Nearchum distrahi. Alii aliter. — 6. *ibit*, vi perrumpet. *Ire* gratum

poëtis

Grande certamen; tibi praeda cedat,
Maior, an illi.
Interim, dum tu celeris sagittas
Promis, haec dentis acuit timendos,
Arbiter pugnae posuisse nudo
'Sub pede palmam

Fer-

7. *Grande certamen* Acr. & Porphyr. ad antecedentia trahunt, & iungunt: „ibit grande certamen„ h. ipsa leaena certans. Tum Acr. „ibi cognosces, tibi an illi maior accedat victoria.„ Male vero. *Grande certamen erit* Lips. 3. e glossa. Vv. 7. 8. parenthesi inclusit Baxt. 10. *superbos* Alt. memorabilis lectio, neque contemnenda; est enim, ut recte Doctiss. Nagel. vox & sonantior & ornatior.

poëtis verbum de quocunque motu s. transitu, tam placido, quam violento; ut sup. 16. 9. Virg. Aen. VII. 223. — *insignem*, pulchrum *N. repetens*, pro, repetitum, ut repetat. — 7. Tum, ubi te fuerit fugientem assecuta, exsistet s. erit *grande certamen* & anceps, utri, *tibine an illi*, *maior praeda cedat*, pro generali: tune an illa *superior futura* sit; nam omnino *praeda* pars victoriae, & *maior praeda* penes victorem. Nos vulgo dicimus: *wer das Mehrste dabey gewinnen wird.* Possit & (post Dacer.) *praeda* Nearchus intelligi, & *maior* accipi pro *magis* s. *potius*. Fateor tamen, hanc rationem mihi duriorem videri.

9. 10. Interea, dum vos paratis pugnam acerrimam. Hoc servata allegoria de raptore & leaena exornavit. — 10. *promis* np. e pharetra. Bene conveniunt *sagittae* fugienti & eminus pugnare volenti. — *dentes acuere* proprie non tam leaenae est, quam apri, θήγοντος λευκὸν ὀδόντα, ut Homer. Attamen ferri potest pro generali notione belluae vindictam ac pestem comparantis; quo modo *acuere dentes* leonem dicit etiam Auct. ad Her. IV. 39 pr. — 11. *arbiter pugnae*, ἀγωνοθέτης, ἀθλοθέτης, βραβευτὴς, ludis praeerat, & praemia adiudicabat. H. l. Nearchus, qui praemium certaminis, idem *arbiter*, quatenus in ipsius arbitrio esset, uter vinceret, & se haberet. — *fertur posuisse*, h. posuit, positam

Fertur, & leni recreare vento
Sparsum odoratis humerum capillis:
Qualis aut Nireus fuit, aut aquosa
Raptus ab Ida.

CAR-

13. *recreasse* Lipſ. 4. Alt. 1. 14. *adoratis* Mentel. 15. *Nereus* indocto lapsu, codd. Torrent. unus Bersm. ac e nostris Lipſſ. Fran. Helmst. Deſſ. 2. Eadem varietas Epod. XV. 22. *aquosus* Lipſ. 4.

sitam habet *palmam*, victori dandam, *sub pede*, eam non, ut alias brabeutae solent, manu tenet, sed humi positam pede premit, ei insistit, ὑπὸ πόδα τίθησι (v. Victor. varr. lectt. XV. 4.); quod cum ad potestatem, tum ad neglectum contemtumque pertinet. Declaratur Nearchus contentionem, cuius in ipsius potestate exitus est, negligens, non curans, nec festinans dirimere. — *nudo*, graphice, quod Nearchus, pedum venustate insignis, illa ut cerneretur, more mollium hominum, non calceos, sed soleas modo gereret. v. Gell. XIII. 20. Cic. Verr. V. 33. Ita luculenta pictura est, ut mireris, cur sic in illa haeserint VV. DD. Gemmam e museo Florent. (Vol. II. t. 83. n. 5.) attulit Klotz. *vom N. u. G. der geschn. St.* p. 174. ubi sub pedibus duorum athletarum palma iacet. At ea gemma si recte expendatur, vix nostro l. convenit; certe ad eum illustrandum nil prodest. — 13. *&* interea, dum vos pugnatis, otiose & frigide spectans, ac, ut solent callide, qui amari se & expeti sciunt, velut aliud agens, *recreat* se *leni vento*, ventulum sibi flabello facit; more delicatiorum. Erant flabella veterum de pennis pavonum, aliarumve pulchrarum avium, item de tabellis tenuibus. v. Westerhov. ad Terent. Eun. III. 5. 50. Casaub. ad Sueton. Aug. 82. Iam pro, recreat *se*, praeclare, *humerum*, qui, cum nudum eum gererent molles, ventulum etiam sentiret. — *sparsum*, conspersum, *capillis odoratis*, suaveolentibus, vel unguen-

CARMEN XXI.

ARGVMENTVM.

Erat M. Valerius Messala Corvinus, quem & Tibullus celebravit, vir Augusti aetate summus ac splendidissimus, gratia Caesaris rebusque domi & militiae gestis maxime florens, gravis idem & sapiens, magnus philosophus, orator atque historicus, doctorumque hominum, inpr. Tibulli, item Horatii, amicissimus. Cf. Cic. Epist. ad Brut. 15. Cos. fuit cum Octaviano Caesare, a. V. DCCXXIII, & a. DCCXXVII de Aquitanis triumphum egit. Hic tantus vir cum convivam se aliquando Horatio obtulisset, poëta, honoris, qui sibi ea re obtingeret, sensu affectus, hanc oden confecit. Coenabit apud me Messala. Nobilissimus meus cadus relinendus est. Sed *pro eo, nova & ingeniosa conversione*, ipsam amphoram, diu servatam, alloquitur; eam descendere tandem de apotheca in Messalae honorem, & reddere Massicum suum vetustum iubet. *Tum vero* laudes & varia effecta vini persequitur; *quo quidem facilis & naturalis in hoc affectu Horatii transitus erat. v. & ad v. 13. Possimus etiam suspicari, fuisse Messalam, in illa gravitate ac sapientia sua, amatorem vini, & sic laudes illius libenter audisse: paulloque ante, forte in alio, cui & Messala interesset, convivio, inter Horatium & aliquem convivarum, affectatae sapientiae hominem, super virtutibus vini ac ebrietatis disceptationem incidisse, in qua ille, e vino rixam, insaniam, tristitiam exsistere, nec decere itaque sapientem potando*

unguento, vel rosa. v. II. 11. 15. & cf. hinc expressum l. Ovid. F. II. 309. Admodum ἐναργῶς ostenduntur capilli, ut in puero delicato, promissi, fluentes circa humeros, & a ventulo leniter commoti. Vniversa pictura vv. 11 - 14. si, quod fieri debet, uno obtutu & iunctim adspiciatur, inter consummatissimas & suavissimas ex tota antiquitate referenda est. Nec poterant non depugnantes, eo statu ac more Nearchi tanto magis ad amorem furoremque accendi. Comparant denique Sophocl. Trachin. 520 sqq. at inde expressisse Horatium sua, vix credam. — 15. 16. *Qualis* h. quali humero, i. qua pulchritudine. Cf. not. ad II. 5. 18. *Nireus*, Choropi & Aglaiae f. Graecorum, qui ad Ilium venerunt, excepto Achille, formosissimus. v. Homer. Il. β. 671 sqq. & cf. V. 15. 22. — *raptus ab Ida*, Troadis monte, Ganymedes. Res nota. v. IV. 4. 2 sqq. — *aquosa*, ob fontium abundantiam, ex Homericis Ἴδη πολυπίδαξ, πιδήεσσα. Ovid. M. II. 218. *celeberrima fontibus Ide.* Mela I. 18. *Huc ab Idaeo monte demissus Scamander exit & Simois.*

potando indulgere, graviter moneret; unde fortassis novam lucem accipiant vv. 2--4. item 9--12. At, ne quis nos haec pro certis aut ad intelligendum carmen simpliciter necessariis venditare velle putet, quaesumus. Quamquam pluribus Horatii locis individua talia, quae hodie ignoramus, facta occasionem dedisse, nemini dubium. --- In ipso carmine magna doctrina est, sed & magna elocutionis venustas, multus ornatus, copiosa varietas, elegans dilectus, praeclara denique versuum structura. Neque autem, cum ob graecismos, quibus insignis est oratio, tum ob alia, dubium esse potest, quin in multis, inprimis in laudibus vini, graecum poëtam noster ante oculos habuerit. v. ad v. 13. De tempore scripti carminis vix certum indicium est. Cf. tamen Masson. vit. Horat. p. 130. & Sanad. qui annum DCCXXII ei satis probabiliter assignat. Quod vero idem Sanadonus optat, Horatius copiosius laudes ipsius Messalae tractasset, id profecto suave, Gallum hominem in museo suo, quid isti tempori & loco aptius fuisset, melius ipso poëta nosse velle.

AD AMPHORAM.

METRUM XVI.

O nata mecum consule Manlio,
Seu tu querelas, sive geris iocos,

Seu

1. *Mallio* (vel *Malio*) Scholl. unus Bersm. Anhaltin. Fabr. codices Torrent. Dess. 2. Lips. 1. 4. Helmst. in marg. Basill. 1555. 1580. aliaeque editt. Male! Noster enim natus Consule Manlio, & alia minusque illustris gens Mallia fuit. 2. *seu geris* Lips. 3. 4. *genis* Cuning. ab antiquo *geno*, pro *gigno*. Docte utique! sed neque opus ea emendatione, & multo magis poëtice amphora dicitur *gerere* querelas, iocos cet. quam *gignere*.

1—4. Habet omnino difficultates hoc tetrastichon; sed earum bona pars ab Intpp. est. O *testa*, amphora (v. I. 20. 2.) *pia* h. benefica, bona; nil h. l. amplius. Nam & placida ac mitis adversus alios bonitas *pietas* dicitur. Sed argutantur Intpp. & vel de numine amphorae somniant. Item magnas turbas faciunt, dum id epitheton convenire negant *querelis*, *rixae*, vel nonnisi ad *somnum*

Seu rixam & insanos amores,
Seu facilem, pia testa, somnum,
Quo-

3. *rixas* Lipf. 1 a m. pt. 4. *Testa*, maiuscula littera, Bentl. Cun. Ion. Sanad. Male. *pia*, *testa*, *somnum* distinguit Bentl. ut *pia* non nisi ad somnum pertineat; probante Klotz. lectt. Ven. p. 324. Sed v. Obss.

somnum referendum aiunt. v. V. L. *Pia testa* prorsus nil pertinet ad enumerationem vv. 2-4. sed ad v. 1. & est generalis amphorae compellatio; quamquam eam sic reiicere, & inter *facilem somnum* inserere, venusti iudicii erat. — *nata*, ad amphoram, quae eodem anno fabricata sit, referunt Cruqu. Dacer. Gesn. Klotz. alii, laudantes I. 27. 2. Sed etiamsi dare velis, quod tamen praestari nullo modo potest, amphoris annum, quo factae essent, inscripsisse forte interdum artifices: tamen aetatis amphorae talis mentio, ut iam vidit Bentl. valde hoc l. minuta, exilis ac prope ridicula esset. Quis tandem, ut vinum suum commendet, aetatem testae laudat? nec vini potius ipsius ea conditi aetatem memorat? Neque sane illam, sed hanc, semper alias ap. Horatium, omninoque ap. veteres scriptores, tituli cadorum declarant. v. III. 14. 18. III. 28. 8. cet. Itaque, quod nondum occupato lectori statim occurrit, pro testa, qua conditum est vinum natum Cos. Manlio, ornata doctaque inversione dicitur testa ipsa *nata c. M.* Nil planius. Neque opus est, cum Bentl. urgere, semper nova vina novis vasis fuisse condita. — *mecum*, eodem, quo ego, anno, np. a. DCLXXXIX, L. Manlio Torquato, L. Aurel. Cotta Coss. Exquisitus in eo affectus est; & tanto suavius dicitur *nata* testa. Vid. vit. H. & cf. omnino V. 13. 8. unde probabile, & copiosum & excellentem eo anno vini proventum fuisse. Erat igitur hoc Massicum circiter XXXIII annorum. — 2-5. Facit vinum alios *querulos* h. morosos, difficiles, alios *iocosos* & hilares, alios *amore* furiosos, *somnolentos* alios. Vnde ornate amphora dicitur *gerere*, i. continere, tamquam fetus in utero, *querelas*, *iocos* cet. — 3. *rixam* accipe, ut I. 13. 11. ubi v. not. *&* *insanos amores* explicativum est; v. ad II. 7. 9. *insanos*,

Quocumque lectum nomine Massicum
Servas, moveri digna bono die:

Descen-

5. In Lipſ. 2. τῇ o in *nomine* ſuperadpoſitum *u*; quod memorabile. *Numine* Sivr. *Quocumque foetum numine* (h. quacumque poteſtate praeditum) coni. Bentl. quam coniecturam, Bentleianarum prope omnium peſſimam, iure aſperius perſtrinxit Cuning. anim. c. XIII. p. 221.

inſanos, quatenus amantes inſaniunt, inter vina praeſertim. Cf. I. 13. 9-12. & ad I. 17. 24 ſqq. — *facilem*, II. 11. 8.

5. *nomen* de nomine Coſſ. inſcripto accipiunt quidam; quod ineptum, ob v. 1. & ibi not. Et ridiculum eſſet, lagenae aetate laudata, de illa vini non quaerere. Bentl. & San. *nomen* explicant titulum, conditionem, cauſſam. Sed male hoc. Vix dici poteſt condi vinum aliud eo titulo, ea cauſſa, ut iocoſos reddat, aliud, ut querulos cet. *Nomen* h. l. ipſa natura ac indoles ſ. vis, adeoque effectus. Vt ſit: quacumque vi ac virtute ſit *Maſſicum* (I. 4. 19.), quod *lectum* h. conditum *ſervas*, plenius pro, quod in te conditum eſt. Minus recte iungunt *quoc. nomine lectum*. Venuſte autem ſic obiter quaſi declarat, *Maſſicum* ineſſe vinum. — *leguntur* proprie uvae; h. l. docte & nove *legi* dicitur vinum inde preſſum, ubi cadis conditur. Male Sanad. expl. electum, egregium. — 6. *digna moveri*, graece pro, quae movearis. *Movere* autem exquiſite pro depromere, ut V. 13. 8. loco enim tunc cadus movetur. Nugantur Galli de motis Deorum ſtatuis. — *bono* h. laeto, feſto. Blanditur hoc Corvino. Sed dicendum nunc de nexu & progreſſu ſententiarum, in quo maxime haerent VV. DD. & inprimis Sanad, turpiter ſe dedit. Enumerat poëta, quod non dubium, effectus vini, pro variis hominum ingeniis, varios & multiplices; illosque effectus, quod bene tenendum, non generatim, verum cum reſpectu ad amphoram ſuam, commemorat. Sed quorſum hoc? Id quidem non ſtatim apparet. Scilicet haud dubie, cum plures adfuturi eſſent convivio, quorum ingenia noſſet Horatius, iam is varia, quae in illis edituræ eſſent veteris ſui Maſſici virtutes, effecta, cum oblectatione

Descende, Corvino iubente,
Promere languidiora vina.
Non ille, quamquam Socraticis madet
Sermonibus, te negleget horridus:

Nar-

10. *Negligit*, h. non solet te negligere, Bentl. 2. 8. Lipf. 1. 4. Sic Bentl. Cun. Apparet, multo aptiorem etiam esse lectionem omnium ceterorum codd. *negliget*. Sed insignes nugas propinat Bentl.

tione quadam, more suo, praesentiebat ac vaticinabatur. (Cf. ad I. 36. 17 sqq.) Quibus addi possunt dicta in Argum. Itaque sic ingreditur sensus: *O testa*, quae *m. nata es c. M.* & quae — *seu* (v. ad I. 1. 21.) *querelas g. seu rixam & i. a. seu f. somnum*, aut *quocumque* denique *l. nomine M. s.* quaecumque demum effecta habiturum est Massicum tuum (*multiplici* enim illud *virtute* praeditum est), — certe *digna* es *m. b. die:* age, *descende* (v. not. ad III. 8. 11. & cf. inf. 28. 7. IV. 12. 18.) hoc tam bono die, *promere*, graece, ut promas *vina* tua *languidiora*, vetusta, aetate lenita. v. sup. 16. 35. *Promere vinum* docte dicitur amphora, cum reddit vinum diu conditum. — *iubente* C. vel, in eius honorem & gratiam, vel, quia is ad coenam, forte ad ipsum hunc Massici cadum, condixerat. Minus recte iungunt Dacer. & San. *iubente promere*.

9. *Sermones Socratici* pro philosophia Socratica, v. ad III. 8. 5. — *madere*, ebrium quasi & plenum pectus sapientia gerere; e vulgari, imbutum esse litteris, iis tinctum esse, infici, eas combibere. Cf. Lucret. IV. 793. Secutus nostrum Mart. I. 40. 3. VII. 68. 2. Eo elegantius h. l. verbum, ob antithesin ebrietatis ex vino, de qua sollemne *madere*. — 10. Etsi est philosophus, tamen non erit ita *horridus* (cf. not. ad I. 28. 23.), i. morosus ac tristis, ut te *negligat*, spernat; in quo λιτότης est: bibet te largius, s. ut Galli, *il te goutera*. Elegans iudicium in illo *horridus*, non solum, quod philosophiae studium severi & horridi quid moribus impertire vulgo creditur, sed inprimis etiam ob eum, quem inducere poëtae in animo erat, Catonem.

11. 12.

Narratur & prisci Catonis
Saepe mero caluisse virtus.
Tu lene tormentum ingenio admoves
Plerumque duro: tu sapientium
Curas

12. *incaluisse* Bentl. spreta omni librorum auctoritate, e Mario Victorino grammatico, p. 2606. Putat, suaviorem inde versum evadere, & meliorem sensum. Vtrumque facile negare possis. 13. *Tu leniter mentem* emend. Waddel. V. C. anim. critt. p. 46. nam ad ingenium durum expugnandum non *leni* tormento, sed fortibus armis opus esse; quod quidem non necesse est sane refelli. Comparat vir doctiss. Horat. Epist. II. 2. 36. & ait se reperisse in codice bibl. Vatic. *Tu lenicter tormentum. --- amoves* nonnulli ap. Glarean. duo Bersm. Brod cum glossem. „ separat „ ac e nostris Mentel. Dess. 2. Lips. 3. 4. item 1 a m. s. (a m. pr. *removes*) & 2 a m. pr. Helmst. Fran. cum scholio: „ removet „ & *lene* cum nota: „ leniter. „ Sed aperte iungendum *lene tormentum*, oppositum eleganter *ingenio duro*. 14. *sapientius* Dess. 2.

11. 12. Non abhorrere a sapientia hilarem vini usum, nec dedecere igitur Messalam potare, nullo poterat exemplo, quam illo venerandi & frugalitate inprimis noti Catonis, luculentius declarari. Intelligendus (ut recte Scholl.) Cato maior s. censorius, cui proprium *prisci* nomen. At alii (ut Lamb. Torrent. Marcil. Gesn.) ad Vticensem referunt, quod de censorio illo nil tale ap. Plutarchum legatur, cum de iunioris amore bibendi constet e Plut. Cat. min. p. 762. B. Senec. Tranqu. 15. Plin. Epist. III. 12. quique *priscus* dicatur ob mores priscos & severos. Hoc certe durum ac insolens; neque omnino assequor, cur non satisfaciat viris doctis ipse, quem Lamb. laudat, locus Plut. Cat. mai. p. 351. E. ubi memorantur Catonis censorii δεῖπνα δαψιλέστερα, isque dicitur ruri cum vicinis συνδιαγεῖν ἱλαρῶς, quibus sane & compotatio continetur. Omnino Catonis Vticensis exemplum pluribus de caussis minus h. l. aptum fuisset. — *virtus Catonis* pro, ipse Cato, periphrasi cum alias usitata poëtis (v. dicta in Arte poët. lat. p. 475. & ad III. 5. 13.), tum h. l. doctissima: venerabilis ille Cato cum sua virtute & gravitate stoica. — *calere* pro inebriari, ut saepe. Est autem

Curas & arcanum iocoso
Consilium retegis Lyaeo:

Tu

15. *arcani* Lipſ. 3. a m. pr. 16. *reteges* Lipſ. 4. *religas* Alt. 2.

tem hîc & in ſqq. de ebrietate non forte turpi, ſed decora liberalique cogitandum. Argutiores ſunt, ne quid gravius dicam, qui poſt Landinum h. l. ipſam virtutem Catonis vino auctam & excitatam intelligunt.

13 ſqq. Laudes vini: quibus comparentur I. 18. 3-6. Epiſt. I. 5. 16-20. Ovid. A. A. I. 237-42. Tibull. I. 7. 37-42. Ariſtoph. ἱππ. 89-94. Anacr. XXV. XXVI. cet. item locus pulcherrimus Bacchylidis ap. H. Steph. c. Lyr. p. 568. ſed inprimis fragmentum verſuum Diphili comici, ap. Athen. II. 1. quos Horatium h. l. ſecutum probabile eſt: Ὦ πᾶσι τοῖς φρονοῦσι προσφιλέστατε, Διόνυσε, καὶ σοφώτατ᾽, ὡς ἡδύς τις εἶ, Ὅταν ταπεινὸν μέγα φρονεῖν ποιεῖς μόνος, Τὸν τὰς ὀφρῦς αἴροντα συμπείθεις γελᾶν, Τόν τ᾽ ἀσθενῆ τολμᾶν τι, τὸν δειλὸν θρασύν — deſunt reliqua. — *Tu*, o amphora, *lene t.* lenia tormenta, *admoves*, adhibes, *ingenio plerumque duro*, h. quod alias durum eſſe ſolet. Sic I. 34. 7. Attamen languidi quid ac otioſi in illo *plerumque* ineſt. — *ingenium* pro indole animi, ut ſaepius. — *durum* h. triſte, moroſum, aſperum. — *tormentum admovere*, pro, torquere, i. vi flectere ac domare; quatenus vinum moroſis ac tetricis hominibus, ut praeclare Porphyr. *extorquet animi gravitatem* ac ſeveritatem, illos emollit, lenit, exhilarat; idque per dulcem quamdam gratamque violentiam: unde ſuaviſſimo oxymoro *lene tormentum*; quam non minus venuſte γλυκεῖαν ἀνάγκην dixit Bacchyl. l. l. Eadem idea ſubeſt inf. 28. 4. *adhibe vim ſapientiae*. Alii poſt Lamb. *lene tormentum* explicant de explorandis ac tentandis per vinum hominibus; ut Epiſt. I. 18. 30. *vino tortus*, & Art. poët. 435. *torquere mero*. Sed vix id erat inter nunc debentia dici. Bentl. accipit de ingenii vena difficili, quam vinum laxet atque aperiat; ut Ovid. M. VII. 432. *vinum ingenium facere* dixit. Sed ſuperior

ratio

Tu spem reducis mentibus anxiis
Viresque: & addis cornua pauperi,

Post

19. *spes* Helmstad. *reducas* Mentel. 18. *addes* Lips. 2 a m. pr.

ratio & simplicior, & aptior iis, quae de Catone praecesserant, & vero convenientior illis Diphili: τὸν τὰς ὀφρῦς αἴροντα πείθεις γελᾶν. — 14. *sapientes* non, ut vulgo, sensu politico, eos intelligo, qui in magistratibus sunt; esset enim id minime in vino laudandum, quod tales effutire secreta consilia faceret: sed philosophos, qui *Socraticis madent sermonibus*, ut Messala. — *retegis*, aperis, facis, ut eloquantur *curas & a. consilium*, pro, consilia. *Curae*, non vulgari sensu; nam non cadit (ut recte Landin.) in sapientem perturbatio: sed cognitiones rerum gravium, *cura*, i. commentatione, studio, exercitatione comparatae. — *arcana consilia*, interiores super aliqua parte doctrinae cogitationes atque opiniones, quas alias non facile prodit philosophus. Dulce est, talem virum, vino disertum & candidum factum, inter pocula de variis rebus docte & suaviter disputantem, ipsasque secretiores suas sententias expromentem audire. In carmine ad philosophum, aptius, quam ab *hac* parte, laudari vinum non poterat. — 16. Efficis hoc ope illius, quem servas, *Lyaei*, Bacchi, i. vini, *iocosi*, quod ad iocum & hilaritatem, hinc ad candorem impellit. Nomine *Lyaei*, a λύειν, *solvere*, cum dilectu h. l. usum esse poëtam, quis non videt?

17. Cf. IV. 12. 19 sq. Epist. I. 5. 17. ubi eadem idearum progressio: *operta recludit; spes iubet esse ratas; in proelia trudit inertem.* Ἐλπὶς αἰθύσσει φρένας ἀναμιγνυμένα διονυσίοισι δώροις, Bacchyl. l. l. — 18. *addis*, das *pauperi cornua*, h. animos, audaciam affers; ab animalibus ducto verbo. Imitatur Ovid. l. l. *tunc pauper cornua sumit.* — 19. *post te*, docte pro, hausto s. sumto vino tuo; ut I. 18. 5. *post vina.* — tre-

Post te neque iratos trementi
Regum apices, neque militum arma.
Te Liber, &, si laeta aderit, Venus,
Segnesque nodum solvere Gratiae,

Vivae-

19. *nec i.* aliquot MSS. ut e nostris Helmst. Lips. 4. Locher. Venett. Asc. Bentl. (sine mentione codd.). Sed *neque* omnes mei ceteri, & sic e suis Lamb. Cruqu. Torrent. cet. Recte! e legibus numeri. *timenti* Helmst. e glossa.

trementi, docte (omisso *propter*), pro, metuenti, ne *reges* quidem *iratos*. *Apex*, insigne sacerdotum, virgula e summo pileo sacerdotali assurgens, de qua v. Phil. Ruben. elect. II. 25. unde post totus pileus *apex* dictus. Figura eius in numis frequens. Iam regum Parthorum, Armenorum, omninoque orientalium diadema (tiara s. cidaris) vel uno tali apice, vel pluribus sursum horrentibus munitum erat. Itaque ausus noster *apices* dicere pro diademate s. tiara, & pro ipsis regibus iratis, *iratos r. apices*, non ornate solum, sed & graphice & cum vi, quatenus, cum illi irati caput quatiunt, etiam tiara cum apicibus nutat; in quo maiestas ac terror est. — 20. *militum arma*, exercitus armatos, pericula bellica; ut Epist. I. I. *in proelia trudit inertem*.

21 sqq. Dulcissimum tetrastichon, sed doctioris structurae, quae a nostro sermone plane abhorret. Proprie *producitur* convivium s. compotatio per noctem; hinc exquisitiori forma dicitur *produci* s. protrahi *vinum*, & ipsa h. l. *amphora*, cum inde sic bibitur, ut commissatio usque ad lucem extendatur. Iam suavissimo phantasmate poëtico inducuntur *Liber*, cuius munera capiuntur, *Venus*, quatenus amori & lusibus locus est, cum in convivio puellae sunt, & *Gratiae*, quae cum suavem amicitiae sensum, tum ipsam hinc coenae hilaritatem iocosque designant. Itaque cum ista Numina & adsint coenae, & praesint, eamque dum deliciis suis implent, ut fit, protrahant; praeterea *lucernae* (quibus & alias ἐναργῶς declarari convivium noctur-

Vivaeque producent lucernae,
Dum rediens fugat astra Phoebus.

CAR-

24. *fuget* Sivr.

nocturnum solet; v. I. 27. 5.), festivitati alluceant, eique hactenus ipsae quoque praesint, partemque laetitiae suo sibi iure vindicent: apparet ratio, quomodo h. l. doctissima sermonis poëtici inflexione, *Liber*, *Venus*, *Gratiae* & *lucernae* amphoram ac coenam *producere*, h. ea ut producatur, facere, productamque comitari dici potuerint, pro vulgari: „Per te, o amphora, convivium *potu*, lusibus *amoris* (si qui dabuntur), *amicitiae* deliciis & laetis *iocis*, ad *lucernarum* fulgorem, usque ad lucem producetur." — *si* quidem *laeta*, h. propitia, *aderit*. Est enim subinde saeva ac morosa. Puellas autem adhibitas fuisse convivio, apparet. — 22. *Segnes solvere*, graece pro, ad solvendum, h. non facile solventes *nodum*, i. nexum, complexum; quae semper iunctae, implexis invicem brachiis, aegre distrahuntur. Venustissimus color, magno cum delectu h. l. adhibitus; quoniam (ut bene Baxt.) aegre divelluntur compotantes sodales, eoque convivia facile protrahuntur. — 23. *vivae*, ardentes, quae non exstinguuntur, totam noctem lucent. Cf. sup. 8. 14 sq. — 24. Vsque ad ortum solis. Cf. Propert. IV. 7 extr. *donec iniiciat radios in mea vina dies.* Item Summ. Vz. §c. lyr. I. 11. 41-48. Opp. poët. T. I. p. 29.

CARMEN XXII.

ARGVMENTVM.

Hymnus ad Dianam, cui consecrat pinum villae suae propinquam, ad quam quotannis verrem se immolaturum Deae promittit. *Dulcissimum est sane odarion, quod ob brevitatem, simplicitatem, nativamque venustatem, numerorum denique suavissimum flumen mirifice placet. Super illius occasione multa nugantur Intpp. Veluti, Horatium effugisse verris aut apri ictum mortiferum, aut alia aeque inepta somniant. Dacerii tamen & Sanadoni suspicionem, cum nuntiatum esset Horatio de felici puerperio amicae, ob eam caussam illum hoc carmine Dianae Ilithyiae pinum sacrasse, votumque sacri anniversarii suscepisse --- hanc igitur suspicionem mihi valde arridere non nego: licet eam mordicus tenere nolim, si quis putare malit, poëtam, celebratis vv. 1-4. praecipuis Dianae officiis (vid. & ad v. 3.), illi quacumque alia de ratione, forte animi tantum caussa, amoenam pinum dedicare. Quamquam non negligendum fortasse, quod nimium immorari poëta illi inprimis characteri Dianae, quo est parturientium adiutrix, eoque rationem eorum, quae sequuntur, designare videtur.*

AD DIANAM.

METRVM XVII.

Montium custos nemorumque, Virgo,
Quae laborantis utero puellas

Ter

DIANAE OFFICIA CELEBRAT editt. vett.

1. *Virgo*, παρθένος, perpetuum Dianae attributum. *montium custos*, quatenus eos amat, frequentat, incolit, earum domina est. Cf. not. ad I. 21. 5. Graecis dicta οὐρεχία, ὀρεσκόμος, ὀυρεσίφοιτος. — 2. 3. Ilithyiam, Ἐιλείθυιαν, Deam parturientium custodem adiutricemque, a Diana diversam, Iunonis filiam, inducunt Pindar. Nem. ζ. pr. Hesiod. Θ. 922. Homer. Il. π. 187 cet. De eius religione v. Pausan. I. 18. VII. 23 cet. Plures adeo

Ter vocata audis, adimisque leto,
Diva triformis:

Inmi-

3. *letum* Lipf. 1 a m. f. & iam, ut videtur, Comment. Cruqu. fic legebat.

adeo Ἐιλειθυίας memorat Homer. Il. λ. 270. Contra eadem eft Diana cum Ilithyia v. c. ap. Platon. Theaet. p. 110. F. Callim. H. in Dian. 20 fqq. item in Orphicis diferte Ἄρτεμις Ἐιλείθυια. Romanis etiam Ilithyia *Lucina* vel *Iuno Lucina* dicta, eadem cum Diana fuit. Dionyf. Halic. antiqu. IV. 12. Ἐιλείθυιαν Ῥωμαῖοι καλοῦσιν Ἥραν Φωσφόρον. Plut. fymp. III. 10. οἶμαι τὴν Ἄρτεμιν Λοχείαν, καὶ Ἐιλείθυιαν, οὐκ οὖσαν ἑτέραν ἢ τὴν Σελήνην, ὠνομάσθαι. Scilicet ob creditam antiquis occultam lunae vim ad partus levandos. Vid. & Cic. N. D. III. 27. Catull. XXXII (ad Dian.). 13. *Tu Lucina dolentibus Iuno dicta puerperis*. Horat. carm. faec. 13 - 16. Vnde Graecis dicta εὔλοχος, λοχεία, Φωσφόρος, ὠκυτόκος, ὠκυλόχεια (in Orphicis faepius), Latinis *lucifera*, *opifera*, *opigena* cet. in numis & marmoribus etiam. v. Torrent. — *laborantes utero* (prof. *ex utero*), partus doloribus afflictas, h. parturientes. Ovid. Am. III. 13. 19. *laborantes utero miferata puellas*. — *puellas*, v. ad II. 8. 23. — *vocata*, invocata; cf. Plaut. Aulul. IV. 7. 11. Terent. Andr. III. 1. 15. — *ter* pro, faepe, iterum iterumque; nil amplius. Argutius alii nunc ad myfticam numeri ternarii vim, nunc ad *triformem* Deam, triplicemque eius poteftatem referunt, nunc ad tria nomina, *Lucinae*, *Ilithyiae*, *Genitalis* (v. Carm. faec.), quibus eam vocarint parientes, quod ultimum e folo ingenio habent. — *adimis leto*, facis, ut incolumes pariant. Obfervent ftudiofi, tranfitum, qui h. l. eft, a Diana ἀγραίᾳ ad Φωσφόρον, eumdem effe ap. Callim. H. Dian. 20 fqq. & Catull. XXXII. 9 - 14. — 4. *triformis* dicta Diana ob tres eiusdem Numinis diverfas vires & poteftates, cum in caelo effet Luna, in terris Diana, apud inferos Proferpina, ut notum; quo refpectu inprimis *Hecates* myfticum nomen geffit, & ficta eft tribus modo capitibus, modo

Inminens villae tua pinus esto,
Quam per exactos ego laetus annos
Verris obliquum meditantis ictum
Sanguine donem.

CAR-

modo corporibus, obverso tergo iunctis. Vid. Schol. Aristoph. Plut. 594. Causei mus. Rom. T.I. t. 20. p. 65. Vocata hinc τρίμορφος, τριπρόσωπος, τρισσοκάρηνος, *triceps*, *triplex*, *tergemina* & h. l. *triformis*. Cf. Virg. Aen. IV. 511. ibique Cerd. & Ill. Heyn. Ovid. F. I. 141.

5. Ipsa consecratio. *Imminens villae* meae, quae prope eam est, ei impendet, eam obumbrat; haud dubie cara poëtae arbor, quam & Dianae caram esse vellet. — *tua*, tibi sacra, *esto*. Erat propria pinus Isidi, quae eadem cum Diana. v. Plut. de Isid. p. 372. D. Cl. Sivrius iungit *pinus tua*, aitque designari certum pinuum genus, Dianae triformi sacrum, np. terebinthum. Haec ego scripsisse nolim. — 6. *per annos exactos*, singulis annis finitis, h. quotannis. cf. sup. 18. 5. — *laetus*, quatenus erit dies festus. — 7. 8. *quam* h. sic ut eam *ego donem sanguine verris*, pro, verrem s. porcum masculum immolem illi, h. tibi ad illam. Affundebatur arboris radicibus sanguis victimae; unde exquisite *sanguine verris*. cf. I. 36. 2. Docte *donum* & *munus* ap. poëtas pro sacrificio; ut sup. 13. 3. Virg. Aen. III. 439 cet. De immolatis autem apud veteres porcis, v. Gerstener. sylloge opusc. philol. T. I. p. 1 sqq. *obliquum meditantis ictum*, suavis pictura verris iunioris, in ea aetate constituti, qua eminere incipiunt dentes illi maiores, utrimque exserti; quos ubi nasci sentit, animosior fit, & (ut pulchre Baxt.) ante diem ferire conatur. Excellenter itaque dicitur *meditari*, iam in animo habere *ictum obliquum*, ictus oblique s. e transverso infligendos, ex animantis natura ac dentium positu. Sic ap. Homer Il. μ. 148. dicuntur apri δοχμοὶ ἀΐσσειν. Comparetur simillima pictura sup. 13. 4 sq.

CARMEN XXIII.

ARGVMENTVM.

Ipsa argumenti veritate & sanctitate hoc carmen sese commendat. Sed illud argumentum minus recte a plurimis constitui, iam monuit H. Stephanus diatr. IV. p. 71. Sed magis etiam, quid poëtae in eo consilii fuerit, quaeri potest. Est carmen ad Phydilen, *villicam haud dubie s. procuratricem in fundo Sabino Horatii. Iam cum multum tribueretur religioni apud homines rusticos (v. Virg. Ge. I. 339.), essetque feminarum & villicarum, sacra in agris procurare, v. Cato R. R. 143. tum videtur Phidyle hac parte nimium pia ac religiosa, subinde timuisse, eumque timorem poëtae significasse, ne parva, quae ipsa Diis offerret, munera, ad illorum gratiam ineundam minus sufficerent. Hunc metum ei eripere poëta conatur.* Dii non sacrificia, eorumque vel opulentiam vel paupertatem, spectant, sed purum eius, qui offert, animum. Illis simplex pietas, in exiguis ac levibus donis, aeque grata est, ac sumtuosorum sacrorum, quae in Vrbe fiunt, splendor. *Hinc orta ode venustissima, cum ab grata in hoc argumento simplicitate, quae tamen decoram dignitatem servet, tum ab exquisita conversione, copiaque & ornatu orationis poëtico. Inprimis* religionis pauperis & agrestis piam simplicitatem *consummatissima pictura expressam cernimus. — Commenti sunt Dacer. & Sanad. nimios Phidylen sumtus in sacrificia vel impendisse, vel ut impendere sibi liceret, optasse; idque Horatium, astute dissimulata Epicuri disciplina, sumtaque pietatis persona, impedire voluisse. Quod licet & Gesnero placeat, eo tamen mihi quidem carmen universum prorsus de loco suo moveri videtur. Nullum in eo astutiae aut irrisionis vestigium ego reperio (v. & ad v. 15.). Omnia seria, candida, pia sunt. Neque sane opus erat, Horatium, dominum fundi, villicam suam, id est, servam aut libertinam, callida carminis arte a nimia in sacris faciundis profusione retinere, cum id ab ipsius iussu arbitrioque penderet. Nolebat omnino (id vel caecus videt) lautiores, quam res ferret, in agro suo religiones fieri; at hoc non tam sumtuum caussa (erat enim minime avarus), quam, quod esset homo sanae mentis, qui, quid cuique esset tempori locoque aptum & conveniens (vid. v. 9-16.), omninoque veritatem eorum, quae hic scribit, plane intelligeret. In pauca ut rem conferam, non* proprie atque inprimis *Phidyles gratia, desideriique lautiorum sacrificiorum illi excutiendi caussa, Horatius hoc carmen fecit: sed cum illi poëta (forte in singulari aliqua occasione) istud ipsum, Diis parva munera aeque accepta esse, ac splendida, respondisset: horum eorumdem sensuum veritate ac vi animatum eius ingenium lyricum, nostram inde oden, per rusticationis haud dubie otium, composuit. Eam quod ad Phidylen scripsit, cum occasioni tribuendum esse facile apparet, tum simul pro* exquisitiori rei vulgaris conversione *erat. Similis res in I. 38. cuius v. Argum. Aliorum Intpp. errores commemorare supersedeo.*

AD

AD PHIDYLEN.

METRVM XVI.

Caelo supinas si tuleris manus
Nascente Luna; rustica Phidyle,
Si ture placaris & horna
Fruge Lares, avidaque porca:

Nec

2. Varie corrumpitur nomen in libb. *Phidile*, *Phydile*, *Fidile*, *Phillide*, *Filide*, *Fillide*, *Philode*, *Phylire*, *Philire*, *Philyre*. Sed recte *Phidyle* omnes Blandd. Cruqu. e Gr. Φειδύλη, h. e. parca. *Phidale* coni. Lamb. nulla ratione. *Phidyli* coni. Bentl. ut „Phidylis„ dicatur ad formam „Thestylis„. 3. *orna* libb. Torrent. Lips. 1. 4.

1—4. Exornatio simplicis sententiae: „si religiones tuas agrestes pie colueris.„ *Si tuleris*, sustuleris, extuleris *caelo*, ad caelum, *manus supinas*. Habitus is olim precantium Deos, ut ad caelum tenderent manus expansas & ita reclinatas, ut palma sursum pateret; quae sunt *manus supinae*. v. Virg. Aen. III. 176. Plura Lamb. — *nascente luna*, sub novilunium; quod tempus cum omnino prisco mortalium generi admodum festum erat, tum agrestes homines illo Diis suis litare solebant. *Solent rusticae mulieres in initio primae lunae preces caelo effundere*, Acr. cf. Tibull. I. 3. 34. — 2. *rustica*, suaviter! — 3. *placaris*, pro, si iis obtuleris tus cet. v. I. 36. 2. — *horna* (pros. hornotina), huius anni. — *fruge*, frugibus. Intelligendae frugum primitiae, quae donari Diis rusticis solebant. v. Epod. II. 21. Tibull. I. 1. 13 sq. *Lares*, np. rurales, agri s. villae Dii praesides ac tutelares. v. Tibull. I. 1. 20. Iuvenal. IX. 138. *O parvi nostrique Lares, quos ture minuto, aut farre & tenui soleo exornare corona.* — *porcus* Laribus immolatus, ubi sollemnius sacrum esse debuit. Serm. II. 3. 165. Tib. I. 10. 26. ubi v. Ill. Heyn. — *avida*, voraci, ornans epitheton; nil amplius.

Nec pestilentem sentiet Africum
Fecunda vitis, nec sterilem seges
Robiginem, aut dulces alumni
Pomifero grave tempus anno.
Nam, quae nivali pascitur Algido
Devo-

7. *rubiginem* vulgo scribitur. Sed *robiginem*, e vera & antiqua scriptura, Blandd. Cruqu. Locher. Bentl. Cun. v. Cellar. orthogr. lat. ed. Harl. T. I. p. 341. 8. *Pomiferi-anni* emend. Markland. V. C. ad Stat. Silv. I. 3. 8. (ut *teneri tempora anni*, Martial. IX. 14. 1.). Sed esset haec forma vulgarior. 9. *Alcido* Fran. Lips. 2 a m. pr.

5—8. Haec ad Deorum ineundam gratiam, avertendaque a fundo meo mala, sufficient. Hoc ornat enumerandis quibusdam partibus fundi, & malis, quae eas tangere possunt. *Nec fecunda vitis*, h. vinea, *sentiet*, experietur, *p. A.* Non inferet A. pestem vineae. Est ventus is, qui hodie Italis *Scirocco* dicitur, veniens a Libyae desertis arenosis, unde non modo gravissimum aestum, sed etiam arenularum ignitarum copiam advehit, ut homines, pecudes, agri, arbores, omnia denique laedantur, adurantur, prosternantur. Cf. Brydone's Tour through Sicily and Malta, Vol. I. p. 6 sqq. — 7. *robigo*, morbus ille frumentorum, cum grana nigrescunt & corrumpuntur; nobis *Brand*, *Meelthau*. Vnde *sterilis*, sterilem faciens segetem. Cf. Virg. Ge. I. 150. Variis eam caussis tribuunt veteres. v. Plin. XVIII. 28. Erat & *Robigo* Dea, de qua v. loc. pulcherr. Ovid. Fast. IV. 907 sqq. Attamen h. l. eam inferre nolim — *aut* pro repetendo *nec.* v. V. L. ad III. 1. 44. — *alumni*, vernulae, domi nati & educati, quibus delectantur domini & villici, ludunt cum iis cet. unde *dulces.* v. sup. ad 18. 4. — 8. *grave*, noxium *tempus* in *a. pomifero*, doctiori iunctura pro, *anni pomiferi* (cf. IV. 7. 11.), h. auctumni. Nam *annus* pro parte s. hora anni, ut V. 2. 29. Vid. ad II. 14. 15. Serm. II. 6. 18 sq.

9 sqq. *Nam* tempori, loco & fortunis cuiusque convenire debent sacrificia, ut intersit aliquid inter hominis priva-

Devota quercus inter & ilices,
Aut creſcit Albanis in herbis,
Victima, pontificum ſecuris
Cervice tinguet. Te nihil adtinet
Tentare multa caede bidentium

Par-

11. *hortis* nonnulli, teſte Ge. Fabr. 12. *ſecurim* Pulm. 1. eod. Giſan. ind. Lucret. v. *tinguere*, Bentl. 1. 6. 9 a m. pr. 18. Lipſ. 2. Et ſic Bentl. cum euphoniae cauſſa, ne tres continui verſus in *s* exirent, tum, quia una victima. Illud de euphonia nihil eſt, ut facile ſentitur, hoc de una victima argutius; nam, ut recte Ioneſ. debebat ita etiam poëta ſcribere *pontificis*. Atque omnino plures victimae intelliguntur. 13. *tinguat* malit With. ut I. 31. 9. *premant*. 14. *bibentium* Fran. Lipſ. 1 a m. pr.

privati munera, & inter ſollemnia illa ſacra, quae publice pro ſalute populi a pontifice fiunt; his relinquendae magnae & lautae victimae. Id vide quam ſplendide ornarit! *Victima devota*, deſtinata, np. ad ſacrificium. Nam ſtatim poſt partum deſignabantur pecora alia gregi ac feturae, cet. alia aris. v. Virg. Ge. III. 159 ſqq. & cf. Varro R. R. II. 7. 15. Alienum eſt, quod laudant ex Epiſt. I. 3. 36. — 11. Iam ornatus gratia nobiliſſima duo paſcua, non procul Vrbe ſita, ac vicina inter ſe, ubi inprimis victimae ad ſacrificia publica paſtae ac ſaginatae fuiſſe videntur, enumerat, alterum ſaltuoſum, alterum herboſum, prius haud dubie ad *porcos ſacres* (v. Varr. R. R. II. 1. 20.), poſterius ad *boves* pertinens; ut ſic lautiſſimae hoſtiae declarentur. *Algidus*, Latii mons nemoroſus, v. I. 21. 6. IV. 4. 58. Docte *in Algido, quercus inter & i.* pro, in ſilvis glandiferis Algidi. — *nivali*, cuius cacumen nive tectum ob altitudinem. — 11. in *herbis*, pratis herboſis circa Albam longam, ad lacum & montem *Albanum*. — 12. *tinget*, fas eſt, eam victimam tingere *ſecures pontificum cervice*, ſanguine, e cervice percuſſa profluente (cf. Virg. Aen. II. 224.), h. mactari a pontificibus, in ſacro publico.

13 ſqq. *Nihil attinet*, opus, neceſſe eſt, refert, *te tentare parvos D.* cet. *Tentamus* eos, quos

Parvos coronantem marino
Rore Deos fragilique myrto.
Inmunis aram si tetigit manus,
Non sumtuosa blandior hostia

Molli-

17. Vltimos quatuor vv. resecuit Guietus. 18. *Hanc s. unus* Bersm. *Nae sumt.* emend. Chr. Daum. ap. Cun.

quos volumus muneribus corrumpere. Itaque praeclare *tentat Deos*, qui nimia sacrificia facit. — *multa caede bidentium*, ovium (v. Gesn. thes.), pro, caede multarum b. & hoc docte pro, multas b. mactando, immolando. — *parvos*, suaviter, e simplicitate religionis rusticae, cum exigua ac vilia essent sigilla Deorum agrestium. Cf. Tibull. I. 10, 17 sqq. Nil amplius. Perperam enim Sanad. irrisionem Deorum rusticorum subesse putat. — *coronantem*, cum coronas eos *rore m.* & *myrto*, h. cum iis die festo sacrificium paras. Sertis enim ante rem sacram Dii, velut epulaturi, coronabantur. Etiam *ros marinus*, λιβανωτὶς (v. Dioscor. III. 89.), & *myrtus* ad agrestem & simplicem cultum spectant. Minus apte alii *coronantem* expl. dummodo corones.

17 — 20. Pia & generalis sententia, nobilem odario exitum tribuens. „Nam Dii non muneris pretium, sed mentem piam respiciunt.„ Cf. Xenoph. memor. Socr. I. 3. 3. Cic. Parad. I. 3. Plin. paneg. 3 extr. Senec. benef. I. 6 extr. Ovid. Her. XX. 181 sq. Pers. II extr. — *manus immunis* sc. a scelere, h. innocens, pura (Serm. I. 4. 68.), *si aram tetigit*, tangit, h. e. si, vel dummodo quis pia mente Deos precatur, veneratur. Sic Scholiastae. Orantes veteres aram manu tenuisse, notum. v. Virg. Aen. IV. 219. Sed *immunem manum* pro vacua a muneribus (v. IV. 12. 23. Epist. I. 14. 33.), & *si* pro *etsi* accipiunt Lamb. Marcil. Dacer. Bentl. alii, quia nusquam alias simpliciter dicatur *immunis*, pro, innocens. Verum hoc leve argumentum in poëta lyrico: est enim eo doctior vocabuli usus in priori explicatione: quam & sententiae progressus, si recte expendatur, postulat. — 18 - 20. Valde turbant Intpp. in his vv. Non du-

Mollivit aversos Penatis,
Farre pio & saliente mica.

CAR-

19. *Mollibit* Acr. vulgatus, plerique Cruqu. omnes Torrent. Pulm. 2. 3. 4. 5. Bentl. 1. 2. aliique, Lips. 3. 4. Alt. 1. Mentel. Venet. 1492. Mancin. Locher. unde in secutis editt. vulgo legitur. Sic Asc. Basill. Bonfin. Lamb. Torr. Cruqu. Muret. Fabric. Steph. Rutg. Heins. Fab. Dacer. Baxt. Ion. Sivr. Sed *mollivit* Acr. ms. ap. Bentl. Pulm. 1. unus Bland. Mald. Mart. Cruqu. cod. Gisan. duo Bersm. Bentl. 6 a m. pr. 9. Sax. Lips. 1. 2. Dess. 2. Helmst. pro var. lect. Venet. 1478. Mediol. 1477. 1502. Bentl. Gesn. Recte Bentl. neminem ait Horatii aetate futurum quartae coniugat. in *ibo* terminasse, idque igitur si Horatius fecisset, certe adnotaturos fuisse grammaticos vett. quod argumento sit, legisse illos h. l. *mollivit*. Postulat etiam sententiae elegantia tempus praeteritum *mollivit*, ut ante *tetigit*, cum notione perpetui s. aoristi temporis, pro praesenti, venusta & poëtis sollemni enallage, positum. cf. Ill. Heyn. ad Tibull. I. 4. 27. --- *mollirit* Cun. ex Gögav. & Sanad. minus concinne. --- *adversos*, facili lapsu, Mald. Mart. Cruqu. unus Bersm. Lips. 1. 3. 4. Helmst.

dubium, quin optime sic expediantur: tum *sumtuosa hostia non blandior*, non blandius, non magis *mollivit* (v. V. L.), graeco more, pro, mollire solet, mollit, placat, *ἱλάσατο*, *Penates aversos*, minus propitios, non magis valet ad eorum gratiam ineundam, quam *far pium* & *saliens mica*, i. mola salsa, ex farre tosto & sale, simplicissimum ac vilissimum munus priscorum hominum (v. Ovid. Fast. I. 337 sq.): h. tum molae salsae parva dona aeque grata atque accepta Diis sunt, ac sumtuosa sacrificia. Cf. Tibull. IV. 1. 14 sqq. Sed *sumtuosa hostia* pro ablativo habetur a Lamb. Glar. Dac. Sanad. aliis; ut sit: *non mollivit* manus *blandior aversos P.* per *hostiam s.* quam per *far* cet. vel: *mollivit* manus *a. P. farre p. & s. m. non blandior* futura per *s. hostiam.* Quae quam dura sint, facile sentitur. Rectius pro nominativo accipiunt Scholl. Stephan. (diatr. IV. p. 71.), Bentl. Baxt. Gesn. Non obstat ultima per se brevis in *sumtuosa*, inprimis ob sequens *bl.* vid. Bentl. ad h. l. & ad III. 2. 1. & cf. sup. 5. 17. Sane & hostia

CARMEN XXIV.

ARGVMENTVM.

Invehitur hoc carmine venerandus Horatius vates IN LVXVM SAECVLI SVI, *eiusque perpetuam comitem*, AVARITIAM *sive habendi cupiditatem.* Luxus & divitiae non tribuunt aut veram vitae felicitatem ac tranquillitatem, aut a morte immunitatem. Potius ex his fontibus profluunt innumerabilia mala, quae civitati pestem ac perniciem afferant. Hinc enim illa hodie morum corruptela, scelerumque licentia *(cf. v. 17 sqq. 29. 59 sqq.)*; hinc illa apud nos educationis perversitas *(v. 54 sqq.)*; hinc tantae illae reipublicae calamitates, quas vidimus & videmus *(v. 25 sq.)*. *Verum haec elocuturus poëta, nova gravissimaque sententiarum conversione utitur, dum* & feliciorem & sanctiorem Scytharum Getarumque in simplicitate ac paupertate vitam, quae ab istis cupiditatibus immunis sit, praedicat. *In qua barbarorum hominum comparatione quanta ad feriendos animos vis & acrimonia insit, intelligere facile est. Itaque ex hac eadem comparatione nobilissimo ipse Horatius accensus affectu*, exoptat, dari tandem aliquando Reipublicae virum, qui tantis malis, e luxu progenitis, medeatur, *qui Vrbem corruptissimam ad veterem disciplinam morumque sanctitatem revocet (in quo quanta adversus Augustum adulatio sit, videbimus)*: quod autem effici posse negat, nisi *caput omnium miseriarum ac malorum*, LVXVS, ipse tollatur: nisi, hoc ipsum ut fiat, exstinguatur AVRI CVPIDITAS, *spernere discant Romani divitias, & ad priscam continentiam frugalitatemque redire. Addit poëta philosophus*, hoc ultimum vix obtineri aliter posse, *nisi iuventutis, inprimis generosioris*, educatione meliorem ad rationem revocata. — *Hoc carminis argumentum, in quo ita apta & connexa inter se sunt omnia, ut, quomodo Ill. Homius (elem. crit. c. 1. T. I. p. 34.) nexum inter illius partes nullum viderit, iure admireris. Nuper I. F. Schmid. V. C. haud dubie Baxteriana epigraphe ductus, caput argumenti ita constituit, ut adversus inductionem pecuniae oden scriptam putet. Sed cum paullo subtiliorem in eo, tum ne satis quidem verum multis visum iri Virum Doctiss. arbitror; quod pecuniam eiusque usum* omnem *tolli poëta vix voluit,*

hostia potius dicitur *mollire Deos*, quam manus; rectiusque iungitur *blanda hostia*, quam *bl. manus.* Ovid. Fast. V. 300. *pro peccatis hostia blanda fuit;* haud dubie e nostro l. — 19. *aversos*, cf. V. 10. 15. Contra *respicere.* — 20. *pium far*, sollemni epitheto, quod pietatem testatur. v. Tibull. III. 4. 10. *farre pio placant & saliente sale.* — *mica*, granum salis; cf. Ovid. Fast. IV. 409. — *saliens*, micans, exsiliens & crepitans in igne. Male Land. Asc. Cruqu. explicant, salsum reddens.

luit, vix velle potuit. — Carmen ipsum in nobilissimis & perfectissimis Horatii operibus esse adnumerandum, non potest, si cui sensus sit lyricus, dubitare. Virum gravissimum & sapientissimum, censorem sanctum & venerabilem cernimus, qui animose & acriter in saeculi sui vitia insurgit, illorum fontes ipsos persequitur, ipsa principia ac praesidia oppugnat, seque intelligere ostendit, unde universae civitatis pestis gignatur, ex educatione. Cf. Argum. II. 2. Tractationis autem virtutes lyricas vix satis admirari possis. Sententiarum quae nervosa brevitas! quae sublimitas ac maiestas! quam excelsum & aptum pathos! quae elocutionis vis & gravitas! quae admixta, ubi locus fuit, gratia! Ornatus poëtici quae dignitas! qui decor! qui delectus! Orationis denique quae copia & varietas cernitur! inprimis, si similis argumenti loca & carmina comparentur: ut, de moribus saeculi illius, II. 15 & 18. III. 6. de educatione, III. 2. de divitiarum inutilitate, II. 2 & 16. ac praesertim III. 1. qualem comparationem studiosis & utilissimam & iucundissimam commendamus. — Tempus scripti carminis Masson. Dacer. & Sanad. ante a. DCCXXIV, h. e. finem bellorum civilium ponunt; v. ad v. 25. Certe ante expeditionem Aelii Galli in Arabiam oden factam esse e v. 1. colligunt, ubi v. not. — Denique comparent studiosi versionem cl. Mastalerii.

METRVM V.

Intactis opulentior
Thesauris Arabum & divitis Indiae,

Caemen-

IN AVAROS:

IN AVAROS ROMANOS ET DE SCYTHARVM CONTINENTIA

editt. vett.

1—8. Sententia saepius ab Horatio expressa, aliis semper coloribus, ut II. 18. 17-32. III. 1. 9-40. quae loca inpr. conferri volo. — 1—4. „Licet vel omnium ditissimus sis.„ Hoc generale ornavit & auxit memoratis gentibus notis divitiarum fama. *Licet opulentior thesauris A. & I.* cet. De *Arabibus* v. ad I. 29. 1. De *Indiae* divitiis res vulgata. — *intactis*, quos nondum attigit, invasit, expugnavit avaritia Romanorum. Nam nondum in Arabiam felicem pervenerant arma Romana. Ipse, qui

Caementis licet occupes
Tyrrhenum omne tuis & mare Apulicum,
Si

4. *mare Ponticum*, multi mss. & edd. ut Iann. Lamb. a m. s. Pulm. 2. 3. 4. unus Bland. Div. aliique ap. Cruqu. aliquot Torrent. Lips. 1. 3 a m. s. 4. Alt. 1. Acr. Venet. 1492. 1590. Locher. Asc. Basill. 1527. 31. 55. 80. Muret. Steph. Fabr. Rutg. Cruqu. omninoque fere editi ante Lamb. Defendit hanc lectionem Steph. diatr. sec. III. p. 144. ex eo, quod maria celebria voluerit poëta memorare. Sed sic poterat etiam mare Indicum vel Caspium dicere. Item I. F. Schmid. V. C. retinendam censet lectionem, qua augeatur Romanorum luxuria. Equidem viri Romani, in mari Pontico aedificantis, notionem capere non potui. *Punicum* Pulm. 1. Div. Cruqu. pro var. lect. & nonnulli alii. Est lectio Landini, nihilo melior. *publicum* Bland. antiquiss. (cum gloss. „late patens„), item alius Bland. & Sil. Cruqu. Lips. 2. 3 a m. pr. Burm. ed. 1713. Inepte tam generalis notio sequeretur specialem maris Tyrrheni. *Apulicum* duo Lamb. tres Torrent. Pulm. 5. Mald. Cruqu. & unus Bland. pro var. lect. Mentel. Dess. 2. Bentl. e suis, it. Lamb. Torrent. Heins. Fab. Dacer. Baxt. Cun. Sanad. Gesn. Iones. Optima ad sensum lectio; v. Obss. ex eaque quomodo ceterae varietates oriri potuerint, apparet.

qui primus eam adiit, Aelius Gallus (v. Argum. I. 29.), parum profecit. Vnde vel *post* eam expeditionem ode scripta esse possit. — *opulentior thesauris*, doctior & audacior iunctura, pro, opulentior iis, qui thesauros possident, Arabibus; vel, opes thesauris A. maiores habens. — 3. Luxum divitum, e more lyrico, uno colore adumbrat, ducto, ut solet, ab insania, in mari aedificandi, de qua v. ad II. 18. 20. it. III. 1. 33. quibus ll. eadem sensuum progressio est. — *mare Apulicum* (v. V. L.) pro mari supero s. Hadriatico, quod Apulia attingit, nove & docte dixit, cum inpr. Apulia opposita esset Campaniae, talibus praetoriis frequenti. — *caementa* (v. sup. ad 1. 35.) ornate & exquisite pro ipsis villis s. aedificiis marinis. — *occupatur* locus aedificiis, in quo illa ponuntur. Vt sensus sit: licet vel utrumque mare, superum & inferum, per utramque Italiae oram, praetoriis tuis impleas. Ingens vero idea! — 5. 6. *Necessitatem* post Scholl. fere pro Morte accipiunt, sed est Μοῖρα,

Si figit adamantinos
Summis verticibus dira Necessitas
Clavos,

5. *Si-clavos* uncis inclusit manus recentior in Lips. 3. Idem vult Bentl. sed pro *si* coniicit *sic*, primum, quia absurda sit sententia: „cum necessitas adiget clavos per caput tuum, in metu eris & morieris„ ita enim exponit; deinde quod Scholiastae iam *sic* legerint, dum explicent *cum quidem*. Ohe vero! tamquam explicatio ea non potius eos *si* legisse doceat. Plane intolerabile h. l. est illud *sic* intelligentibus, & e vulgato textu pulcherrimus sensus exsistit. v. Obss. Interim Bentleium secutus Sanad. -- *figet* quidam editi, male. 6. *dira* omnes mss. & edd. Sed *dura* emend. Bentl. quia proprium id epitheton sit necessitatis. Eum secuti Cun. Sanad. neque viderunt, Necessitatem DEAM multo praeclarius & efficacius „diram„ quam „duram„ dici. v. Obss.

Μοῖρα, Ἀνάγκη, *das Verhängniß, Schiksal.* v. ad I. 35. 17. III. 1. 14. — *dira*, ut I. 35. 17. *saeva*, ex epithetis perpetuis, *κρατερὴ*, *δεινὴ* cet. — *clavos*, Necessitatis symbolum, iam vidimus I. 35. 17. ubi v. not. & Exc. Ii *adamantini* dicuntur, h. durissimi, firmissimi (v. ad I. 6. 13.), ad declarandam Fati vim immutabilem, aeternam, invictam. Sic ap. Pind. Pyth. δ. 125. *ἀδάμαντος ἅλοι.* Item ex alio mytho ap. Platon. Rep. X. p. 762. E. sqq. describitur *ἄτρακτος* Necessitatis, cuius *ἠλακάτη τε καὶ τὸ ἄγκιστρον ἐξ ἀδάμαντος.* Sed quomodo h. l. dicatur Dea *clavos figere summis verticibus*, in eo se torquent Intpp. Multi (inde a Comment. Cruqu.) *vertices summos* explicant capita hominum insignium, quae Necessitas clavis suis per cerebrum adactis transfigat. Sic Cruqu. Torrent. Baxt. & nuper Cl. I. F. Schmid. item Cl. Mastaler. paullum lenita imaginis atrocia. Sed obest ei rationi, tam, quod Necessitas a Morte diversa, neque illi igitur tale carnificis attributum convenit (cf. & Excurs. ad I. 35.), quam quod vel ipsa Mors, clavos per capita hominum adigens vix possit pro idéa graeca romanave haberi. Dacer. intell. vertices s. culmina villarum sumtuosarum; quod sane nullum sanum sensum praebere potest. Bentl. capita s. vertices ipsorum clavorum, ut Necessitas eos dicatur *verticibus* h. usque ad vertices infigere,

Clavos, non animum metu,
Non mortis laqueis expedies caput.
Campeſtres melius Scythae,

Quo-

7. *animos* Mentel. Bona & magis poëtica lectio! 8. *expediet* idem Mentel.

figere. Sed quam inutilis eſſet & inops is color. Rectius in *ſummis v.* cogitemus res excelſas, earum culmina ſ. apices, quibus fortuna magna & excelſa declaratur. Eius in ipſo faſtigio figit N. clavos, dum vim ſuam immutabilem & ineluctabilem in eam exercet atque exſerit. Imago & clara & magnifica, in qua iam Porphyr. *non malam conceptionem* agnoſcebat. Igitur ſenſus vv. 5 - 8. „tamen non ideo vel a metu liber eris, vel mortem aliquando effugies; *ſi*, h. (ut recte Scholl.) *ſiquidem* ſ. cum neque ſplendidiſſima altiſſimaque fortuna a Fati potentia immunis ſit.„ Minus recte Spenc. Polym. D. X. p. 152. advocat Valer. M. VII. 6. 4.

7. 8. *metu*, curis & angoribus. Cf. praeter iam ll. ll. Epiſt. I. 2. 47 ſqq. — *caput* pro vita. — *laqueos*, plagas, retia, antiquiſſima notione omnium gentium Morti tribuere ſollemne, neque opus, de ſervis Romanorum laqueariis aut retiariis cogitare cum Spenc. Polym. D. XVI. p. 262. v. Pſalm. XVIII. 6. cet. — *expedire*, liberare, cum curis tum laqueis praeclare aptum.

9 ſqq. Praeclara ſententiae inflexio! v. Argum. Erant Scytharum alii gregibus paſcendis (Nomades) alii agro colendo inprimis intenti; ut docent Strab. XI. p. 492. Herodot. IV. 17 & 18. Vtrique, nulla certa ſede, ſine urbibus & tectis, in aperto campo vivebant (unde h. l. *campeſtres*), vel ſub tentoriis, qui σκηνῖται vocati, vel in mapalibus ſive tuguriis, plauſtro impoſitis, ut cum familia & ſupellectile vagarentur, novosque continuo agros quaererent. Hi dicti ἁμαξόβιοι, ἁμαξοβίται, ἁμάξοικοι. v. Strab. VII. p. 300 ſqq. Iuſtin. II. 2. Ammian. XXII. 19. Multa ap. veteres ſunt de illorum in paupertate continentia, frugalitate, integritate, iuſtitia. Δικαιοτάτȣς ἀνθρώπων vocat Homer. Il. ν. 6. *genus piiſſi-*

Quorum plauſtra vagas rite trahunt domos,
Vivunt, & rigidi Getae:
Inmetata quibus iugera liberas
Fruges & Cererem ferunt,
Nec cultura placet longior annua:

De-

piiſſimum, calcare omnia mortalia conſuetum, Ammian. XXII. 6. *Aurum & argentum perinde aſpernantur, ac reliqui mortales appetunt:* — eaque *continentia iis morum quoque iuſtitiam edidit:* Iuſtin. l. l. Multus etiam Strabo l. l. — *Getae*, Thraciae populus, cum eodem, ac Scythae, more vitam degebant, tum pari continentiae iuſtitiaeque fama erant. v. Strab. VII. p. 302. Eam talem barbarorum ſimplicitatem & integritatem h. l. praedicat Horatius Romanorumque luxuriae & moribus corruptis opponit. Locus conſummatiſſimus! — 9. *Melius*, beatius vivunt, ſine divitiis. — *campeſtres*, cf. I. 35. 9. IV. 14. 42. — 10. Iunge *quorum domos plauſtra trahunt*, quorum domus plauſtris vehuntur. Oppoſita haec imago *caementis* (v. 3.) ſ. villis Romanorum ſplendidis. — *vagas* ornate! Pulchre Maſtal. *wanderndes Haus*. — *rite*, ex more & conſuetudine illorum. Aeſchyl. Prom. 214. πλεκτὰς ςέγας ἐπ' εὐκύκλοις ὄχοις. Sil. III. 290. *Nulla domus; plauſtris habitant; migrare per arva* mos, *atque* errantes *circumvectare* Penates. Cf. Virg. Ge. III. 343 ſqq. — 11. *rigidi*, vel ob frigus regionis, ut Porphyr. vel, quod praeſtat, ob morum aſperitatem.

12 ſqq. Suaviſſima ſimplicitatis pictura! Cf. ſimillimus locus Caeſ. bell. Gall. IV. 1. de Suevis. — *quibus* tam ad Scythas quam Getas referendum. — *immetata iugera*, 'agri nullis limitibus diſtincti ac deſcripti, & ſic communes. Argutior eſt Sanad. — *liberae fr.* nulli domino propriae, quas cuique percipere liberum. In medium ſ. commune & agrum colunt, & fructus colligunt. Nemini quidquam proprium aut privatum. Cf. Virg. Ge. I. 126 ſq. *& Cererem*, frumentum, explicative adiectum. v. ad II. 7. 9. — 14. Multi poſt Scholl. ita hunc v. explicant: non plus colunt ſ. colendo

Defunctumque laboribus
Aequali recreat sorte vicarius.
Illic matre carentibus
Privignis mulier temperat innocens:

Nec

colendo agro comparant, quam quantum uni anno sufficiat, ob incertas etiam sedes. Sed vix praebent hunc verba sensum. Alii (ut Lamb. Dacer.) accipiunt sic: Nemo diutius agrum colit, quam annum; ut, qui per hunc annum laborarint, altero anno quiescant, succedant alii. At neque haec ratio satis luculenta. Verum sensum aperte docet Caes. 1. l. *Privati ac separati agri apud eos nihil est; neque longius anno remanere uno in loco, incolendi caussa, licet.* Sic Scythae vagi agros, quos per annum coluissent, relinquebant, & novos singulis annis quaerebant, ut priores requiescerent, & in posterum etiam utiles essent. Erat ea veluti lex; hinc h. l. *placet.*

15. 16. Eiusque culturae ut fructus, sic labor communis est, ita distributus, ut continuo per certum aliquod tempus alii agrum pro universis colant, ceteris otium sit, tum vicissim alii succedant, & sic per vices operae a fessis in integros transferantur. Gratissima idea! Simile quid recentiori aetate de Peruvianis innotuit. — *defunctum l.* eum, qui perfecerit operam suam, diem suum (f. dies suos) laborando compleverit. — *recreat*, quam suaviter! pro, ei succedit; quatenus ei copiam dat, sese recreandi. Nos dicimus *ablösen.* — *vicarius*, alius, qui illius vices subit. — *aequali sorte*, pari conditione, aequali portione laborum accepta.

17 sqq. Ea in simplicitate magna est Scytharum ac Getarum integritas; ignorantur iis scelera ista & maleficia, quae e luxu gignuntur, Romamque hodie invaserunt. Nam utitur notionibus specialibus iis, quibus simul Romanorum mores oblique petantur. — 17. 18. *Illic* non saeviunt novercae in privignos. Id Romae admodum vulgare (cf. V. 5. 9.), ut vel veneno hos tollerent, quo bonis eorum potirentur. v. Virg. Ge. II. 128. Ovid. M. I. 147. cet. — *matre carentibus*, orbatis, ornat. — *mulier*, pro,

Nec dotata regit virum
    Coniunx, nec nitido fidit adultero:
Dos est magna parentium
    Virtus, & metuens alterius viri

Certo

20. *figit* Lips. 4. 21. *parentum* Lipss. Dess. 2. Sic & legisse se in omnibus suis ait Bonfinis (Annot. XLI.), quare, cum nec locum habere putet *parentium*, quod sit a verbo „parere,„ h. obsequi, igitur emendat *petentibus*. Quas nugas bene castigat Glarean. *Parentium* pro *parentum* ipso usu communi fuisse dictum, ostendit Fabrett. inscriptt. p. 99. 22. *alterius tori* Lips. 4. Memorabilis varietas.

pro noverca. — *temperare* pro miscere, praeparare, scil. pocula, post Acronem multi (etiam Gesn.) accipiunt, ut sit: *innocens*, h. innocenter, non abutens occasione ad nocendum s. dandum venenum, privignis pocula parat; in miscendis poculis vel quotidianis vel medicis innocentem se praestat. Sed longius hoc repetitum, & vix ferenda tam dura ellipsis. Potius *temperare* est parcere, ut vel ap. Cic. Verr. I. 59. *temperare sociis*, & alibi. Noverca non furit in privignos, non iis insidias aut perniciem parat, in eoque *innocens* est, quod copia poëtica additum. Sic praeclare pingitur in his & sqq. *felicitas domestica* barbarorum. — 19. 20. Non ibi ob magnam dotem uxor marito imperat, ut Romae fit. Sine dote nubunt uxores, & sic viris obediunt. Laudant Plaut. Asin. 74. *Argentum accepi, dote imperium vendidi.* — *nec nitido adultero*, pulchro amatori, *fidit*, credit se, non ab eo se patitur pellici. *Fidere* proprium amori verbum, quatenus cum fiducia quadam adhaeret amatori muliebris animus.

21 — 24. Nobiles versus! Describit poëta, quae spectent barbari in uxore deligenda, quibusque nitatur illa matrimonii apud eos felicitas. *Nam* non, ut avari Romani, amplam dotem sequuntur, sed illis *magna dos est* (at quam praeclara conversio!) *virtus parentium*, quae exemplo & educatione in filiam propagari creditur. Apte laudatur Theogn. 183 sqq. — 22. 23. *foedus*, matrimonium; & *f. certum* h. tutum, firmum, sanctum. Est autem *certo foedere* iungendum ut

attri-

Certo foedere castitas,
Et peccare nefas, aut pretium emori.
O quisquis volet inpias
Cae-

24. *Aut peccare* var. lect. ap. Ionef. *& pret.* Alt. 1. Deff. 2. Lipf. 4. Ion. *pretium est mori* vulgata lectio; sed *pretium mori* Comment. Cruqu. unus Bersm. Lipf. 1. a m. f. 4. Alt. 1. Deff. 2. Bentl. 13. Sax. Zar. Afc. Heinf. *pretium emori* Pulm. 1. Baxt. Gefn. Cun. Sanad. Recte haud dubie; nam & omisso *est* nobilior exsistit sententia (v. Obff.), & *emori* vocabulum doctius est, &, quomodo inde lectio *est mori* enata sit, intelligitur. 25. Hinc Porphyrionis aetate in nonnullis libris nova ode incipiebat, quod is perperam fieri ait. *O quis, quis-civicam?* emend. Bentl. contra omnes libros, & nulla necessitate, & vero inepte. Quod enim ad vulgatam lectionem *quisquis* subridet: „quasi vero multi essent, qui id facere possent!„ id nollem excidisset tanto critico. Neque sanius est, quod exclamationem *o quisquis* putidam esse, nec pathos habere pronuntiat. Denique e vulgari lectione aptissimus, e Bentleiana indoctus est sententiae progressus ad v. 27. In Diomedis grammatici loco nil esse praesidii, facile intelligentibus patet. Interim Bentleium secutus Sivr. --- *O si quis* var. lect. ap. Ion. quam recep. Sanad. & I. F. Schmid. V. C. Sed exquisitius: *quisquis volet -- si quaeret,* quam geminatum *si.* --- Mox *valet* var. lect. ap. Ionef.

attributum cum *castitas*, ut sit doctior iunctura, pro, castitas, quae certum foedus, sanctum matrimonium servat. — *metuens alterius*, h. alius *viri*, alium f. alienum virum vitans, ab eo aversa, abhorrens. Ornatu poëtico adpictus pudicitiae color, fugax timiditas. — 24. *peccare*, violare fidem coniugalem. v. sup. 7. 19. Iam plerique sic: *&* apud eos *peccare nefas* est, pro summo flagitio habetur, *aut*, si qua peccarit, *pretium*, poena est *emori*, mori, h. mors, supplicium. Nam *pretium* pro mercede f. praemio in utramque partem, ut Gr. τιμὴ, μισθός. v. Virg. Aen. XII. 350. Doctior autem & efficacior ratio, proposita a Bentl. & Gefn. qua infinitum: *peccare nefas aut pr. e.* pro substantivo est, & refertur ipsum etiam ad *dos est*, more Horatii; v. ad II. 9. 21. Itaque explica: *&* magna dos est, quod uxores *peccare nefas* ducunt, *aut*, si nequeant alio modo effugere intentatum flagitium, *pretium* illius putant *emori*, h. illud morte sua, tamquam pretio

Caedis & rabiem tollere civicam,
Si quaeret pater urbium

Sub-

26. *caedes aut* Pulm. 2. 5. Lipf. 2. Basill. Fabr. Muret. Cruqu. Torr. Rutg. Cun. Erat Lambini tempore lectio vulgaris. Sed *caedes &* omnes Lamb. Bentl. &, praeter unum, nostri, Pulm. 1. 3. 4. Venett. Locher. Asc. Fab. Dacer. Steph. Bentl. Sanad. cet. Recte! sententia etiam poscente. Neglexisse videntur codd. suos Torr. & Cruqu. 27. *quaerit* quid. Lamb. unus Bersm. Pulm. 5. Mentel. Lipf. 1 a m. f. 2. Dess. 2. Bentl. 1. 9. 13. Facilis erat lapsus. Praestat auctoritate vulgata *quaeret*, tum & ob *valet* v. 25.

pretio redimendum, i. a se avertendum existimant; pro vulgari: quod iis constitutum est, mori potius, quam fidem in maritum violare. Obstinatae pudicitiae imago! Contra leg. sup. 6. 25 sqq.

25 sqq. Insurgit affectus poëtae, perculsi hac Scytharum innocentia & felicitate, cum eaque comparantis mores & hinc ortas calamitates aetatis suae. *Has* averti non posse, nisi *illis* frenum iniiciatur, & restituatur prisca disciplina; neque *hoc* fieri posse, nisi tollatur luxus & avaritia. v. Argum. — 26. 27. „O, si quis velit omnium calamitatum nostrarum finem facere.„ — *quisquis* eleganter pro *qui* s. *si quis*. cf. II. 2. 23. II. 10. 5. v. V. L. *caedes impiae* (v. II. 1. 30. & ibi not. ad v. 5.) & *rabies civica*, furor civilis (v. II. 1. 1. IV. 15. 17.), pro bellis civilibus. — *tollere*, exstinguere, h. vel finire, vel, quod malim, iam finitis eum modum ponere, ut numquam iterum exardescere possint. Probabile enim, iam, cum haec scriberet Horatius, Augustum, de cuius corruptelae morum medendi studio constat, leges eo spectantes ferre coepisse. Igitur & magnificum in his & sqq. Augusti inest elogium, & eius leges institutaque Romanis graviter commendantur. Sed observetur studiosis conversio sententiarum nobilissima. 27. *pater urbium*, h. patriae s. orbis terrarum; cf. II. 20. 5. III. 4. 46. qui erat splendidissimus titulus. Vid. omnino ad I. 2. 50. Suet. Aug. 58. *Si quaeret*, cupiet, Pater Patriae *esse*, *vocari*, idque nomen mereri. Pro eo splendide, *subscribi*, inscribi, *statuis*;

Subſcribi ſtatuis, indomitam audeat
Refrenare licentiam,
Clarus poſtgenitis, quatenus, heu nefas,
Virtutem incolumem odimus,
Sublatam ex oculis quaerimus invidi.

Quid

30. *carus* codex antiquus ap. Canter. Nov. lect. VII. 30. Placet Lambino, Fabro, Dacerio, ob ſq. *odimus*, & ſic edidit D. Heinſ. item I. F. Schmid. V. C. Sed e vulgari *clarus* & verior ſententia, & elegantior oppoſitio ad ſq. *invidi.* Praeclare laudat Bentl. Cic. Balb. 6. *Mors enim cum exſtinxiſſet* invidiam, *res eius geſtae ſempiterna nominis* gloria *niterentur.* --- *poſt genitis*, diviſe, Lamb. Heinſ. Sed auctoritate codd. editores ceteri iunctim. --- *quatinus* Lamb. e nonnullis ſuis, Pulm. 4. Lipſ. 3. Venet. 1492. Mancin: Cruqu. Steph. Fab. Dacer. Baxt. Sic & ſcribi volunt Acron & Comment. Cr. quia *quatinus* coniunctio ſit, *quatenus* adverbium. Similia Feſtus, Caper, Fronto, Victorin. v. Cellar. orthogr. lat. (edit. Harl.) T. II. p. 48. Sed ſunt talia pro argutiis Grammaticorum habenda. Nullum eſt diſcrimen, niſi in ſcriptura, ut in *protenus* & *protinus.* Antiquior ſcriptura eſt per *e*, quam & h. l. codd. tantum non omnes exhibent.

tuis: ſi velit ſibi publice poni ſtatuas, cum titulo Patris Patriae; qualis inſignis honor obtingere viris de civitate meritis ſolebat. — 28. is *indomitam* morum *licentiam*, calamitatum principium, ſibi putet *refrenandam*, ſeveriſſimis legibus aſperrimaque diſciplina coërcendam. Cf. IV. 15. 9 ſqq. At quam praeclarum illud *audeat!* — 30. Quo ſi nunc nullam a civibus gratiam ineat, certe apud poſteros *clarus* & immortalis futurus eſt. Notum, Auguſtum ob morum diſciplinam correctam in plurimorum invidiam incurriſſe. Sic vides, quam gravis in his ſit Romanorum reprehenſio. *poſtgenitis*, Gr. τοῖς ἐπιγόνοις. *quatenus*, ſiquidem. — *heu! nefas!* vox πάθους cenſorii. — 31. *Virtus* pro viro bono, de patria merito. Sed quantam vim habet h. l. abſtractum! inpr. ſi de Auguſto cogites. *incolumem*, dum vivit, ſuperſtes eſt. v. IV. 5. 27. Illud *odimus* eo maiorem vim habet, quod v. 26. talem virum ſtatuis & Patris Patriae nomine dignum dixerat. —

32. *Sub-*

Quid triſtes querimoniae,
Si non ſupplicio culpa reciditur?
Quid leges, ſine moribus
Vanae, proficiunt, ſi neque fervidis

Pars

35. *Quid l. ſ. moribus? Vana proficiunt: ſic* coni. apud Ioneſ.

32. *Sublatam ex o.* ereptam. Cf. I. 2. 48. *quaerere* pro deſiderare, deſiderio affici, ut Gr. ζητεῖν, ἐπιζητεῖν, pro ποθεῖν, ἐπιποθεῖν. — *invidi*, h. ideo incolumem virtutem odimus, ideo ſublatam demum deſideramus, quia praeſenti invidemus. Sed laborant fere Intpp. Ad ſententiam cf. Epiſt. II. 1. 13 ſq. Vellei. II. 92. *Praeſentia invidia, praeterita veneratione proſequimur; his nos obrui, illis inſtrui credimus.* v. & V. L.

33 ſqq. Hinc usque ad v. 44. adoleſcentes maſculae & robuſtae eloquentiae vim ſentiant. *Quid proficiunt* (e v. 36.) *querimoniae?* Quid prodeſt, omnes conqueri de corruptis moribus, ſi nemo tentat eos corrigere ſeveris legibus & poenis propoſitis? — *culpa* pro ſceleribus, maleficiis. — *reciditur*, reprimitur; ductum verbum a violenta amputatione per falcem, enſem cet. — *ſupplicio*, poenis graviſſimis ſaevaque diſciplina. Hoc in gratiam legum Auguſti, quae nonnullis atrociores viderentur. — 35. Sed *quid proficiunt* ipſae hae *leges*, quae *vanae*, inutiles & imbecillae, ſunt *ſine moribus*, h. morum diſciplina ac emendatione, qua leges in uſum & conſuetudinem deducuntur, & ſic florent, dum iis mores civium ultro reſpondent. Sic IV. 5. 22. *mos & lex.* Recte Ariſtot. polit. II. 8. ὁ νόμος ἰσχὺν οὐδεμίαν ἔχει πρὸς τὸ πείθεσθαι, πλὴν παρὰ τὸ ἔθος. — 36. Quid igitur leges proficiunt, niſi exſtirpantur, quamdiu imperium habent apud nos luxus & avaritiae immenſae cupiditates? Nam ex iis oritur licentia, impunitas, ambitus, denique omne voluptatum & flagitiorum genus. Sic mores nulli; igitur & vanae leges. En philoſophum graviſſimum! Sed illud, *niſi tolluntur cupiditates*, vide ut variarit. — 36-41. *Si* (donec) lucri aviditatem nulla peri-

cula,

Pars inclusa caloribus
  Mundi, nec Boreae finitimum latus,
Durataeque solo nives,
  Mercatorem abigunt? horrida callidi
Vincunt aequora navitae?
  Magnum pauperies obprobrium iubet

Quid-

39. *solo* omnes libri. Sed pro eo Bentl. ex ingenio *gelu*, additque, ut solet, agmen locorum, quibus „gelu durare„ aut „nix gelu durari„ dicitur. Movet eum inpr. id, quod per naturam non nisi in *solo* iacere nives possint. Sed quis ad subtilitatem dialecticam revocet ornatum poëticum? Sic & possit quis regerere, non nisi *gelu* durari nives. Optime habet vulgata lectio, & est multo exquisitior. v. Obss. Cf. Cun. Animadv. p. 225. 40. *abiiciunt* Mentel. 42. *Pauperies*, maiusculo *P*, Sivr. Minus recte h. l. si quid intelligo.

cula, nullae aerumnae prohibere possunt, quo minus remotissimas, quibus Deus interdixisse videtur, terras adeat, naturaeque insultet. Cf. I. 3. 21 sqq. Iam admirare exornationem: *si neque pars mundi inclusa*, subiecta, *fervidis caloribus*, i. zona torrida (cf. I. 22. 21 sq. III. 3. 55.), nec *latus* mundi (v. I. 22. 19.) *Boreae finitimum*, vicinum, terrae boreales (v. II. 20. 16.), *&* *nives* frigore *duratae* (explicative additum), h. zona frigida, *mercatorem abigunt*, arcent, deterrent, quo minus eo penetret. — *solo*, in solo, humi, ornat. Alii, casu dandi, quae solo induruerunt, ad solum adstrictae sunt. Subtilius Sanad. expl. ad solum usque. — 40. Ante *horrida* & mox v. 42. ante *magnum* repetendum ἀπὸ τοῦ κοινοῦ *si*. v. V. L. Similis ratio sup. 28. 7. IV. 29 sqq. *navitae* iidem qui mercatores. v. I. 1. 14. *callidi*, quatenus ad lucrum e mercibus faciendum ingenium iis dat avaritia. Subtilius alii ad navigandi artem referunt. — *horrida aequora*, trucem pelagum, *vincunt*, docte pro, navigant, percurrunt, superant, quatenus cum procellis undisque colluctandum est. — 42. si (donec) publico populi iudicio *pauperies magnum opprobrium* ac dedecus est, habetur, eaque res *iubet* cives cet. Actum enim est de natione, apud quam

Quidvis & facere & pati,
Virtutisque viam deserere arduae?

Vel

43. *aut f. aut p.* unus Bersm. 44. *vias* unus Bersm. *deserit* lectio omnium codd. nisi quod Lipf. 3. *deseret.* Sed praeclare Bentl. emendat *deserere*, eaque haud dubie vera lectio; e qua, cum in antiquis codd. per compendium scriberetur *desere*, cum lineola super ultima littera, facile potuit errore librariorum, quibus etiam *iubet* (v. 42.) in mente adhuc & oculis esset, oriri *deserit* (v. ad I. 1. 6.); cui suspicioni favet etiam lectio in Lipf. 3. Nulla ratione satis apta est e lectione *deserit* sententia. Vrgent quidem Cun. anim. c. XV. p. 268. & L. Bos anim. ad Hor. p. 45. doctius dici ipsam pauperiem deserere viam virtutis, quatenus faciat, ut homines eam deserant: cuius sane generis exempla plurima sunt apud poëtas; e. g. *spes sulcis semina credit*, ap. Tibull. Verum h. l. alia res est, quod quidem inprimis monere debebat Bentl. Non simpliciter *pauperies* subiectum est, sed *paup. magnum opprobrium*, i. e. HOC, QVOD pauperies m. o. est. Sic vident intelligentes, non apte sequi pro praedicato posse: *deserit v. v.* pro, facit, ut deseratur via. Igitur non potui, quin Bentleium sequerer. Quod paullo asperiores ex ea lectione numeri exsistunt, id non erat quod Bosius male ferret; nam vid. v. c. inf 28. 7. & cf. Cun. l. l. --- Eodem v. *arduam* coni. Lamb. sed exquisitius haud dubie dicitur *virtus ardua*. v. Obss. & Cuning. l l. p. 270. Denique & v. 41. post *navitae*, & h. v. post *arduae* interrogationis signum ponendum, & omnia hactenus referenda esse ad *si* v. 36. recte viderunt T. Fab. Brouckhuf. ad Propert. II. 24. 12. Dacer. San. I. F. Schmid. V. C. Quod Bentl. Cun. Baxt. male neglexere.

quam talia principia semel invaluerunt; periit simplicitas & innocentia; omnes malae artes, maleficia omnia exercentur. Iuvenal. X. 294. *Nullum crimen abest facinusve libidinis, ex quo Paupertas romana perit.* & v. 297. *Prima peregrinos obscena pecunia mores Intulit, & molli fregerunt saecula luxu Divitiae molles.* — *pauperies*, ut I. 1. 18. opposita luxuriae ac splendori, de victu tenui, qui viro forti satis est. v. ibi not. Ad sententiam cf. etiam Serm. I. 4. 29 sqq. II. 3. 91 sqq. Epist. I. 1. 42 - 46. 53 sqq. — 43. Graecis usitatum πάντα ποιεῖν τε καὶ πάσχειν. *Quidvis*, etiamsi flagitium sit, *facere*, mala quaevis & pericula *pati*. — 44. Cum proprie virtutis *via ardua*, h. praeceps, difficilis sit, tum docta inversione ipsa *virtus ardua*

Vel nos in Capitolium,
Quo clamor vocat & turba faventium,

Vel

46. *Quos* Mentel. *ac, turba* Cun.

ardua dicitur, quatenus per viam arduam in altum enititur. v. Stat. Theb. X. 839. *hac me iubet ardua virtus ire.* Similiter ap. Ovid. Tr. IV. 3. 74. *gloria ardua.* Cf. ad rem Hesiod. ἔργ. 287 sqq.

45 sqq. Erumpit hinc nobilissimum pathos indignationis in *materiam ac pabulum cupiditatum*, atque malorum omnium principium, divitias. Optat, Romanos, quo ad maiorum paupertatem & virtutem revertantur, aurum gemmasque omnes removere a se atque abiicere; quod magnifice exornavit. Ad v. 45. multa & varia Intptum doctrina. Guell. respicere putat poëtam illa tempora, cum in magnis periculis matronae mundum omnem in Capitolium ad sumtus belli comportassent. Lambin. cogitat de more, pecuniae in templis deponendae. Sed hoc certe non esset se abdicare pecunia. Potius huc vocanda donaria, ἀναθήματα, quae vel a privatis, vel publice, vel a principe, in templa deportari, Diisque dedicari & consecrari solebant. Pro quovis templo ac numine ponitur illustrissima *Iovis Capitolini* sedes, ubi immensi thesauri erant, non solum per triumphos, sed aliis etiam temporibus illati atque donati. Sic praeclare iubet poëta omne aurum a divitibus Iovi Capitolino dedicari: quo redeat illa *veterum norma*, II. 15. 12. cf. ibi 13 sqq. Quod si recordemur e Sueton. Aug. 30. *Augustum aedes sacras opulentissimis donis adornasse, ut qui in cellam Capitolini Iovis XVI millia pondo auri, gemmasque & margaritas quingenties HS. una donatione contulerit:* sane *hac* sententiae exornatione nil vel excellentius, vel Augusto gratius, vel ad percellendos Romanos fortius esse poterat. — 46. Fieri solebant tales donariorum dedicationes sollemni pompa, comitante & acclamante populo. Hinc *clamor & turba* h. tumultus, strepitus. *Favere* & *favor* sollemnia de plausu, ut notum. — *vocat*, docte! Quatenus *praeit* populus acclamans, hactenus *vocare* videtur sequentem cum donis.

Vt

Vel nos in mare proximum
Gemmas, & lapides, aurum & inutile,
Summi materiem mali,
Mittamus, scelerum si bene poenitet.

Era-

47. *mare publicum* editt. nonnullae, ut Cruqu. 1611. 49. *materiam* quid. codd. item Venett. 1492. 1590. Locher. Asc. Basill. Lamb. Torrent. Mur. Fabr. Heins. Steph. Fab. Rutg. Dacer. Ion. & fere editt. Sed *materiem* omnes Cruqu. Pulm. 1. 3. 4. 5. duo Bersm. Bentl. 1. 2. 3. 6. 13. & alii, omnes mei praeter Lips. 4. Venet. 1478. Marcil. Cruqu. Vascos. Bentl. Cun. San. Baxt. Neglexerunt haud dubie libros suos Lamb. & Torr. 50. Puncto post *mittamus* posito, illa: *scelerum si b. p.* ad sqq. trahunt omnes prope editt. Sed ad ea, quae praecedunt, referunt Gesn. I. F. Schmid. V. C. quos sequi ad sententiam melius videbatur.

Vt v. 46. sit pro vulgari: *inter acclamantium voces & plausus* conferamus aurum in C. — 47. Vel, quo certius atque in perpetuum e conspectu cupiditatum nostrarum tollantur, *in mare mittamus.* En crescentem & sententiam & affectum! Omnino *in mare mittere* sollemne de re, quam exsecramur, quam longe abesse cupimus, ut notum. Obseruetur cum vi repetitum illud *vel nos.* — *proximum*, Tyrrhenum, quo citius hac peste liberemur. — *mittere*, proiicere, convenit proprie tantum τῷ *in mare;* ad *Capitolium* referenda notio generalis *inferendi.* Nota figura. — 48. Enumerat luxus capita. — *lapides* saepe pro gemmis, ut notum; sed h. l. ab iis distinguuntur. Itaque sic vocari aiunt id gemmarum genus, quod non sit pellucidum. At non meminerunt Catull. LXVI. 4. *pelluciduli delicias lapidis.* Potius *lapides* h. l. uniones, margaritae; ut Tibull. I. 8. 39 ubi v. Broukhus. Etiam Graecis margaritae λίϑοι. v. Athen. III. 8. — *inutile* h. perniciosum; quo sensu saepius *inutilis* ap. Cicer. & Liv. eleganti charientismo. Similiter Graeci ἀχρεῖον dicunt. v. Clark. ad Homer. Il. β. 269. 49. *materies*, unde quid & oritur & alitur. — *summum malum* dictum ut *summa respublica, summa salus* cet. id, a quo omne malum pendet, h. luxus & avaritia. — 50. *si bene*

Eradenda cupidinis
Pravi sunt elementa: & tenerae nimis
Mentes asperioribus
Formandae studiis. Nescit equo rudis
Hae-

52. *Pravae* Acr. Pulm. 5. Anhaltin. Fabr. Mentel. Altt. Lips. 4. Sed v. ad III. 16. 39. *proni* emend. Cun. *primi* coni. With. *pravis* coniect. ap. Iones. 54. *Firmandae* emend. Bentl. quod aptius respondere putat τῷ *nimis tenerae* & τῷ *asperioribus*. Secuti eum Cun. San. Sivr. Item Gesnero placet emendatio: nec sane laude ingenii caret. Sed nil video in vulgata omnium codd. lectione reprehendendum. v. Obss.

bene h. vere ac recte *poenitet* nos (cf. sup. v. 33.) *scelerum*, flagitiorum, quibus huc usque corrupti fuimus. Sic malim h. l. quam de solis bellis civilibus accipere.

51 sqq. Verum subtracta cupiditati materia, etiam ipsa tolli debet. Sed quomodo? *educatione*, quae nunc tam perversa est (v. 54 sqq.), meliorem in modum instituta. v. Argum. — *cupidinis pravi*, avaritiae (v. II. 16. 15.), *elementa*, semina ac principia (ut Iuvenal. XIV. 123. *vitiorum semina*) *eradenda sunt*, h. ipsa radicitus exstirpanda est. Non in hoc nimis argutandum, ut fecit Sanad. — *eradere* propr. radendo tollere, hinc funditus sensim delere, nullum ut vestigium supersit. Senec. Epist. 11. *eradere vitia*. Senec. Thyest. 517. *timor erasus*. — 52. Ratio, qua id obtineri possit, per & subiecta. — *nimis tenerae*, nimium molles & effeminatae per luxum *mentes* sc. adolescentium (ut e sqq. apparet), *formandae* sunt (*formare* generale educationis verbum) *studiis*, exercitationibus, *asperioribus*, durioribus, h. rebus asperis, aerumnis, laboribus tolerandis; quod inpr. ad disciplinam militarem pertinet. Cf. omnino III. 2. eiusque Argum. Comparetur cum his & sqq. nobilissimus l. Virg. Aen. IX. 603-615. de veteris Italiae disciplina.

54—58. Versus pulcherrimi, iidem acerbissimi, de misera educationis facie. — 54. 55. Non exercentur adolescentes in campo Martio artibus gymnasticis, more maiorum. Ex illis memorat equitationem. Cf. I. 8. 3-7. Virg.

Haerere ingenuus puer,
  Venarique timet; ludere doctior,
Seu Graeco iubeas trocho,
  Seu malis vetita legibus alea:

Quum

58. *mavis* Lipſ. 4. Poſt *alea* punctum, & mox v. 62. poſt *properet* colon exhibent Lamb. Cruqu. Torr. Fab. Heinſ. Dacer. Cun. cet. Sed rectius poſt *alea* colon, & poſt *properet* punctum ponunt Bentl. San. Geſn.

Virg. l. l. 606. *flectere ludus equos.* — *rudis*, non exercitatus. Iungendum cum *neſcit.* — *haerere* praeclare pro inſidere, cum notione imbecillitatis. Pulchre Maſtaler. *wie ſchwach, wie ohne Richtung.* — *ingenuus* non, ut nonnulli, nobilis, ſed omnino adoleſcens *romanus.* 56. Venatio conſueta apud fortes populos iuvenum exercitatio. Sic Virg. l. l. 605. *venatu invigilant pueri.* Cf. Horat. Epiſt. I. 18. 14 ſqq. — *timet* quam ἐναργῶς! *doctior ludere*, h. ad ludendum *trocho* & *alea.* Praeclare & cum invidia oppoſita haec iſtis ſtudiis. Notetur forma poëtica: *Seu iubeas* — *ſeu malis.* Cf. I. 4. 18. *Trochus* τροχὸς, circulus grandis aeneus, rotae ſimilis, mobilibus ferreis annulis & claviculis intus aptatis, quem virga ferrea pueri currentes agebant & regebant, continuo cum ſtrepitu tinnituque annulorum. v. Hier. Mercurial. de arte gymn. I. 8. ubi & ex antiquo monum. figura trochi expreſſa; it. Geſn. relatt. de libb. nov. faſc. 8. p. 498. & Intpp. ad Propert. III. 14. 6. Ovid. Tr. III. 12. 20. Martial. III. 13. 2. XIV. 168. 169. Male confundunt fere trochum cum *turbine*, βέμβικι, ſ. ligno illo conico, quod ſcutica impellebatur. v. Virg. Aen. VII. 378. Tibull. I. 5. 3. & ad utrumque l. Ill. Heyn. Venerat trochi ludus e Graecia, unde *Graecus* h. l. & licet in gymnaſticis numeretur (ut Art. poët. 380. & ll. ll. Ovid. ac Prop.); tamen e noſtro l. apparet, delicatiorum eum magis fuiſſe, minusque utilem habitum. At peior etiam, quae ſequitur, *alea.* *Alea* proprie ludus talorum ac teſſerarum, poſt omnis ludus, in quo fortuna & caſus regnat (nobis *Haſardſpiel*), propoſita pecunia vel alia rei familiaris parte; oppoſitus

Quum periura patris fides
Consortem socium fallat & hospitem,
Indignoque pecuniam
Haeredi properet. Scilicet inprobae
Crescunt divitiae: tamen
Curtae nescio quid semper abest rei.

CAR-

60. *Consortes* male emend. Cun. *hospites* Blandd. Mald. & Sil. Cruqu. Pulm. 1. 3. 4. 5. unus Bersm. Mentel. Lips. 1. 4. Altt. Fran. Helmst. Brod. Bentl. 1. 2. 23 aliique, Venet. 1478. Mediol. 1477. Flor. 1486. Bentl. Cun. Reliqui mss. & edd. *hospitem*, quod haud dubie longe elegantius. --- *Consortem & socium* coni. Bentl. quia inter consortem & socium intersit. Eadem de caussa Dacer. *consortem, socium* cet. v. Obss. *fallit* & mox *properat* edidit Iones.

situs ludis ingenii & virtutis gratia. v. Bùlenger. de ludis vett. c. 1 & 58. Alea Romae cum turpis, ut notum, & infamis, tum *legibus vetita* fuit. Mentio talis SCti adversus aleam est L. 2. §. 1. D. de aleator. & *legis de alea* ap. Cic. Phil. II. 23. De utriusque & aetate & auctore non constat. At videntur plures etiam de alea leges libera iam republ. exstitisse; sed quaenam eae fuerint, non liquet. Quod enim vulgo laudant leges Titiam, Publiciam & Corneliam, in eo falluntur VV. DD. Nam has ad sponsionem tantum pertinuisse, clarum est e L. 3. D. de aleat. Cf. Cuiac. paratitl. in lib. XI D. tit. 5.

59. *Cum*, dum interea *periura fides* (cf. I. 18. 16.), perfidia, *patris*, h. pater periurus, in eo totus est, ut *fallat* cet. — 60. *Socii*, verbum generale, ii, quibus in quocumque negotio communis res, commune consilium, lucrum, damnum est: *consortes*, speciali notione, qui pecuniam in medium conferunt, mercandi & negotiandi caussa, commune & lucrum & damnum pro summa quisque sua ferentes. Itaque recte iuncta *socius consors*. Nam *sors* non solum (ut Bentl. vult) pars haereditatis, sed omnino in re pecuniaria idem, quod alias *caput* (nobis *Kapital*), hinc & summa in medium collata.

Falle-

CARMEN XXV.

ARGVMENTVM.

En alterum dithyrambum *s.* carmen bacchicum *Horatii, illiusque omnium operum lyricorum excelsissimum, ipsi alteri illi eiusdem generis, II. 19. si quid sentio, anteferendum, tam ab enthusiasmi & phantasiae nisu, quam, quod usque ad exitum virtutem suam sine ulla remissione servat. Sed vix satis recte videntur plurimi eius indolem assecuti, haud dubie, quod essent (ut sic loquar) nimium sobrii homines ac frigidi. Statim in materia vel (ut vulgo dicitur) obiecto carminis haerent; quoniam illud non vulgari ratione tractatur, sed ex affectu ac sermone ebrii stupefactique vatis exprimitur. Mihi protulisse oden videtur acrior excelsiorque* sensus magnitudinis & maiestatis Augusti, *cum e rerum gestarum gloria, tum inprimis etiam (quod mihi post Sanadonum maxime probabile) e consecratione s. apotheosi, cum ei nuper divini honores decreti fuissent. His magnificis sensibus plenus ac perculsus* poëta tanta enthusiasmi vi abripitur, quae furori illi, quo Bacchae agitante Deo concitabantur, similis sit; *ut offusa menti ex ingentium phantasmatum potenti impetu velut caligine quadam, prorsus attonitus vates & quasi inebriatus, quid se factum sit, nesciat. Baccho ut quemvis furorem sic poëtarum vehementiorem enthusiasmum tribui, vidimus ad I. 32. 9. II. 19. 1. Itaque incedente enthusiasmo*, videtur sibi Horatius a Baccho agi in deserta nemora atque antra *(v. not. ad v. 1.)*; numinisque spiritu percitus, sentit se ad magnum & sublime quid canendum rapi. Ergo *(at quam divina sensuum inflexio!)* AVGVSTVM vult canere. Sed raptim & velut obiter is iniicitur sensus; *tamquam fulgur per caliginem illapsum, haec principis argumenti clarior cogitatio in medio enthusiasmo vati subito percipitur, eiusque mentem percellit: sed* mox *in illius animo, ex hac cogitatione tanto magis obstupefacto*, omnis prope lux, *ut ita dicam*, exstinguitur, ab enthusiasmoque absorbetur. Succedit merus sensus, mera ἔκστασις usque ad finem. *Vt totum carmen summam,* ut

Fallere socium, item *hospitem*, erat fidem & iusiurandum violare, & sic summum scelus. Cf. Cic. Rosc. Am. 40. — 61. *& pecuniam*, thesauros, *indigno h. properet*, properando paret, cumulet. v. ad II. 7. 23. V. 12. 22. Docte exprimit hoc verbum assiduum illud & fervidum studium avari. — 62. Ratio eius rei, inexplebilis cupiditas. *Scilicet*, nam quamquam *improbae* h. immensae (v. ad III. 9. 22.) *divitiae* continuo *crescunt*, *tamen semper nescio quid*, h. aliquid *abest* (v. I. 9. 17.) h. deest, *rei curtae*, angustae, pauperi, np. pro cupidine avari, quam nondum explet res. *Multa petentibus desunt multa*, sup. 16. 42.

ut hodie aesthetici vocant, ebrietatem spiret, & pro nobilissimo fragmento ἐνθεασμοῦ poëtici habendum sit. Facile intelligit, cui sensus lyricus est, quam insigne ac praeclarum elogium insit in brevi illa & velut per transitum iniecta laude ac mentione Augusti, omnique in omni hoc habitu, omni hac conversione carminis. Vt mirandum sit, fuisse, qui vel hac ode aliam demum nuntiari putarent, vel inania dicerent poëtam verba iactare, vv. 7 sqq. 17 sqq. quae nil sequatur. Tamquam non hic ipse, quem prae se fert Horatius, per ebrietatem quasi canendae Augusti gloriae conatus, sensuum perturbatione atque impotentia obrutus --- quavis ampla plenaque laudatione multo excellentior sit. Cf. I. 36. III. 14. Argg. Saepius in Horatio carmen, quo aliud promitti videtur, ipsum hoc est; quae exquisitior forma in errorem multos induxit. Vid. v. c. I. 26 & 36. Argg. Novam nuper proposuit I. F. Schmid. V. C. interpretandi carminis rationem, np. poëtam Bacchanalibus Bacchi laudes voluisse canere, sed ei consilio, vel ipso invito, bis intervenisse carissimam illius animo ideam Augusti Caesaris; quo factum sit, ut alterne Bacchum & Augustum caneret. Sed eam rationem mihi paullo & impeditiorem & a sensu lyrico alieniorem visam esse non infitior. --- Virtus itaque primaria odes nostrae inest in effero illo & bacchico, qui ab initio usque ad finem regnat, sensuum ac phatasmatum enthusiasmo, in quo vera sublimitas lyrica cernitur; & qui (quod plane praeclarum!) per totum carmen Maenadum a Baccho actarum furori παράλληλος fingitur. Tum elocutionis quam conveniens tali enthusiasmo species! Nullus multus aut delectus ornatus, nulla copia, nulla transitionum vincula! Potius abrupta omnia, incisa, illaborata, ebria. Colores festinanter ac temere iniecti, sed fortes iidem & violenti. In verbis quae & sublimitas, & vero audacia, tam excelso phantasiae volatu digna! Non dubium, quin Horatio in multis graeca ante oculos fuerint. Denique in numeris quam insignis nisus! qui quasi fervor, ex uno versu in alterum continuo te rapiens, nullam dans moram aut requiem! Comparent studiosi imitationem Gleimianam (Od. nach d. Hor. *p. 21.). Item cf. dicta in Argument. II. 19.*

AD

AD BACCHVM.

METRVM VI.

Quo me, Bacche, rapis tui
Plenum? Quae nemora, quos agor in specus,
Velox

IN LIBERVM PATREM un. Bersm.
DITHYRAMBVS San.

2. *quae in nemora* satis multi codd. mss. & hinc editt. seriores, ut Lamb. Torr. Muret. Heinf. Steph. Fab. Dacer. cet. Item sic Serv. ad Virg. Aen. VII. 568. Sed abest *in* a pluribus & melioribus Cruqu. & Bentl. a nostris omnibus praeter Alt. 2. a duobus Torr. Brod. Gott. & ab editt. priscis, Flor. Venet. 1478. 1492. Locher. item omiserunt Asc. Basill. 1527. 31. 55. Cruqu. Fabr. Rutg. Bentl. Cun. San. Baxt. Ion. Multo etiam elegantius praepositio duo casus regens, *nemora* & *specus*, posteriori demum iungitur. v. Virg. VI. 692. & ibi Ill. Heyn. Sed ut ibi, ita nostro l. priori etiam praepositionem adlevere grammatici. Mox *&* *quos* plures Lamb. ac Torr. aliquot Bentl. Pulm. 5. Basill. 1527. 31. 55. Muret. Fabr. Torr. Rutg. *aut q.* Acr. tres Lamb. duo Torr. Pulm. 1. 2. 3. 4. unus Bersm. omnes Cruqu. & nostri, Bentl. 1. 2. 6. aliique, Venett. Locher. Asc. Lamb. Cruqu. Steph. Heins. Fab. Dacer. Baxt. Ion. Bentl. San. Praestat igitur *aut* auctoritate. Similis locus Virg. Ecl. X. 9. Sed fateor, mihi illud *aut*, licet minus languidum, quam *&*, tamen ipsum etiam ab hoc enthusiasmi rapidissimo impetu plane alienum, ac nimis otiosum tardumque semper visum fuisse. Tum neque ad sententiam satis iusta interrogatio per distributionem: „quae in nemora *aut* in quos specus„. Itaque e sensu lyrico vera lectio, & sententiae & fervori poëtico aptissima, quam dedit Cuning. (& post eum Ion.) quaeque iam est in uno Bersm. nostrisque Mentel. Helmst. Dess. 2. *quae nemora, quos a. in sp.* Haud dubie de metro solliciti grammatici illud *&* s. *aut* intrusere. Sed v. V. L. sup. ad 16. 26. Item suspicor, in plurium libris veram istam lectionem exstitisse, sed non ab illis notatam, quia pro errore librarii haberent omissionem particulae. — Eodem v. *agar* cum superadposito *o*, Lips. 2.

1. Statim principium divinum! quocum comp. I. 12 pr. II. 19 pr. III. 4. 5 sqq. Imitatus illud Vz. lyr. I. 17 pr. T. I. p. 41. Sollemni poëtis notione, is, qui ἐνθουσιάζει, sibi videtur agi in recessus agrestes ac silvestres (v. ad I. 1. 30. II. 1 extr.), inprimis in loca vel Musis sacra,

Velox mente nova? Quibus
Antris egregii Caesaris audiar
Aeternum meditans decus

Stellis

5. modulans emend. T. du Hamel, quia non audiatur meditans. Ohe vero!

sacra, ut I. 12. 3 sqq. (ubi v. not.), vel Baccho Maenadumque choris frequentata, ut I. 12. 6. (*gelidove in Haemo*) II. 19. 1. Haec postrema idea ad excelsiorem enthusiasmum designandum valet, cui e sensu poëtico praeclare conveniunt loca fera & horrida, & qui hoc modo Maenadum, talia ipsa loca percursantium, furori similis fingitur. Sic h. l. Horatius ἔνθεος adstupet nemoribus, antris, specubus, quo eum Bacchus abripit (at quam sublime phantasma!); subitoque cum impetu erumpit, non amplius continens sese, ebrius furor: *Quo me* cet. *Bacchus* neutiquam cogitandus Deus vini, sed Deus enthusiasmi, & dux Maenadum, ut totum carmen docet. v. Argum. Scilicet in Cithaeronem, aut Haemum, Horatius actus sibi videtur. — *plenum tui*, tuo numine. v. II. 19. 6. — *velox*, velociter, veloci impetu, iungendum cum *agor*. — *mens nova*, novus, ac insolitus mentis divino spiritu adflatae habitus; quatenus nova ei phantasmata obiecta, novi insuetique sensus ac nisus immissi sunt. Iam *mente nova* fere iungunt, ut caussam, cum *velox* sive *agor*, sed rectius simpl. accipias pro attributo poëtae: cum *mente n.* vel, *mente n.* praeditus. — *quibus antris* post Scholl. nonnulli, etiam Dacer. relative accipiunt: *quos a. in specus! quibus antris* pro, ut in iis *audiar*. Facile sentitur, quam hoc languidum & frigidum sit, & esse potius novam exclamationem. — *antris*, cf. II. 1 extr. Expressit Vz. l. l. 19 sq. Iam dubites, sitne, *in q. a.* an, *ex q. a.* an iungas, (a) *q. a. audiar*, cum respectu ad echo. Cum praecedat, *quos a.* in *specus*, malim ego: *in q. a.* (quae in antra abreptus) *Augustum ego canam?* Observa cum divinam inflexionem orationis ad obiectum enthusiasmi (v. Argum.), tum immensam maiestatem in elocutione τοῦ *canam Augustum!* 4. *egregii*, v. I. 6. 11. — 5. *aeter-*

num

Stellis inserere & consilio Iovis?
Dicam insigne, recens, adhuc
Indi-

6. *consilio* Comment. & codd. omnes Cruqu. plures Torrent. Mentel. Fran. Helmst. Lips. 1. 2. 3. (cod. 4. *conscilio*) Venett. 1478. 1492. Locher. Basil. 1555. 580. Land. Torr. Cruqu. Baxt. ed. pr. Habuerunt haud dubie & multi libri Lamb. & Bentl. *consilio*, sed neglexerunt viri docti. Equidem lectionem hanc priscam revocandam censui pro vulgata *concilio*, quia illa, praeter tantam e codd. mss. auctoritatem, & doctior est, & sublimiorem, si quid video, ideam praebet. Nam *consilium* (ἡ βουλή, *der Divan*) Iovis, supremos illos caelestes, qui ei in rerum administratione assessores sunt & consiliarii, designat; quae notio in *concilio* non inest. v. Gesn. thes. & Ernest. cl. Cic. v. *consilium*. Saepissime a librariis permutata *consilium* & *concilium*, ut notum.

num decus pro immortali gloria. Tum *Caesaris aeternum decus* splendide pro ipso Caesare. v. sup. 5. 13. item 21. 12. *meditari* eleganter dici de exercitatione e Gr. μελετᾶν, notum. Vnde *meditari carmen* pro, componere, canere, vacare cantui; ut Virg. Ecl. I. 2. ubi v. Cerd. Vnde audacius etiam *meditari* simpl. pro canere. — Cum sollemnia poëtis, *tollere ad astra*, *ferre ad sidera*, *ad caelum vocare* (Catull. 6 extr.), tum h. l. excelsissimo nisu: *stellis*, Olympo, *inserere & consilio* (v. V. L.) *Iovis*, pro, carmine celebrare, aeternitati & & immortalitati consecrare, ἀποθεοῦν. cf. ad III. 2. 21. & maxime IV. 8. 28 sqq. Explicant alii *inserere*, insertum canere, apotheosin Augusti iam factam celebrare; quatenus docte dicuntur poëtae ea facere, quae fieri s. facta esse narrant, ut Virg. Ecl. VI. 62 sq. Ge. II. 37 sq. Sed cum ad suavitatem inprimis pertinere in placidiori argumento talis ornatus, tum simplicior (v. Ill. Heyn. ad Virg. Ecl. V. 51.), excelsior, dithyrambo dignior esse prior ratio videtur. Spectare sensum poëtae ad divinos honores Octaviano nuper tributos, maxime probabile (v. Arg.). Sed vult ipse vates ἔνθεος cantu suo Caesari praestare apotheosin eam, quam nuper ei populus R. decrevisset. — Observent etiam studiosi plenitudinem ebriam in *meditans* (meditando) *inserere* pro simpl. *inserere*, & *audiar* canere, pro, canam. Et hoc quam praeclare! Toti terrae exaudiri cantum suum poëta

Indictum ore alio. Non secus in iugis
Exsomnis stupet Evias,

Hebrum

9. *Exsomnis (exomnis)* Acr. Comment. Cr. Fa. Vrs. Iann. Torn. & tres Vatt. Lamb. omnes Cruqu. plures Torr. plures, ut videtur, & vetustiores Bentl. Brod. duo Bersm. Mentel. Fran. Lipss. Alt. 1. Helmst. Dess. 2. Mancin. Asc. Basill. Lamb. Cruqu. Torrent. H. & Ro. Stephh. T. Fab. Fabric. Baxt. Dacer. Ion. cet. Est enim post Stepn. vulgata lectio. Sed divise *Ex somnis* nonnulli Lamb. & Torrent. Helmst. Gott. Zar. Venett. 1478. 1492. Locher. Basil. 1555. Heins. Muret. omninoque vulgo editt. ante Steph. *Ex somniis* Mediol. 1486. 1502. *Et somnis* Venet. 1495. aperto lapsu. *E somnis* Alt. 2. Flor. 1482. Venet. 1486. Land. Cun. Sive *ex* putetur esse pro *post*, uti saepius, etiam Gr. ἐξ, sive, quod doctius sit, βραχυλόγως dici *ex somnis stupet*, pro e somno evigilans *stupet*, satis bene habeat *ex somnis*, divise scriptum; pro quo *e somnis* maluisse nonnullos festivum est. Attamen *exsomnis* & tanta codicum mss. auctoritate defenditur, & tam aperte ab Horatio e graeco expressum est, & habet denique tam gratam sensui lyrico vim ad designandum ipsum temporis punctum, quo Evias evigilat (quod in altera lectione vix sentitur), ut mihi quidem mirum videatur, quomodo sperni tam insignis & aperte vera lectio potuerit. Inprimis Bentl. emend. *Edonis*, h. Thracia, vel Thraciis, iungendum vel cum *Evias*, vel, quod ille mavult, cum *iugis*; qua emendatione vix quidquam audacius esse potest. Primum Bentl. ait, verbum *exsomnis* semper esse idem ac insomnis, Bacchas autem (quod notum) non insomnes mansisse, sed denique obdormiisse. Verum v. Obss. Quae addit, τὸ *iugis* non posse esse sine epitheto, & Ovidium Tr. IV. 1. 42. etiam dixisse *Edonis stupet iugis*, ea bella profecto, si Dis placet, argumenta sunt. De emendatione *exanima* ap. Ion. ne verbum quidem. In eodem v. *Euhias*, *Euchias*, *Heuhias*, *Euhyas*, *Heuchias*, sollemnes aberratt.

ta putat. Denique in v. 5. nimium doctus & subtilis Baxt. dum e Schol. Apollon. IV. 262. cogitat de XII signis, quae ex Aegyptiorum mythis essent Iovi ϑεοὶ βουλαῖοι, βουληφόροι.

7. In *dicam* non tam vox obsequium pollicentis, ut vult Dacer. (v. II. 19. 9.) quam arrogantior enthusiasmi nisus. Minus iam lucide loqui incipit, gravius premente Deo, attonitus vates. *Dicam*, canam, quod est *insigne*, magnum, *recens*, cuius nil umquam simile exstitit, *adhuc indictum ore alio*, quale

Hebrum prospiciens, & nive candidam
Thracen, ac pede barbaro
Lustra-

10. *Haemon pr. aut nive c. Atho arcem, aut pedite arbore* emendat. ap. Ion. *candidum* Lipſ. 4. Venet. 1492. Locher. 11. *aut pede b.* unus Bersm. Deſſ. 2.

quale nemini dum mortali canere contigit. Praeclare decent turbidum talem ſenſum haec neutra infinita; quae non tam ad modos virtutesque carminis, quam ad materiam, h. facta & gloriam Augusti, referam, ut vel docet v. 17. Cf. III. 1. 2. Sic & *indictum o. a.* non eſt nuda declaratio *τȣ̃ recens*, ſed novam ideam praebet. Nobilis climax iam aliis obſervata. Denique male poſt Porphyr. nonnulli ad genus lyricum, ab Horatio primum tentatum, hunc v. retulere.

8—12. In ipſo niſu, dicendi illud *inſigne*, *recens*, cet. ſumma enthuſiaſmi perturbatione corripitur; quod quam divinum ſit, manifeſtum eſt. *Non ſecus*, np. ac ego; quod proclive. — *in iugis*, montibus. Thracia ſcena picturae. — *Evias*, Baccha, ab Orgiorum voce *Evoe*. v. II. 19. 5. — *exſomnis* (v. V. L.), e ſomno expergefacta, Gr. ἔξυπνος, unde manifeſte finxit Horatius. Seriori aetate *exſomnis* pro inſomnis poni coeptum; ut ap. Vellei. II. 88 & 129. Solebant Bacchae, ubi aliquamdiu cum furore diſcurriſſent, feſſae denique in ſaltibus & iugis recumbentes ſomno profundo opprimi, quo paullulum mitigari furor creditus. cf. nobilis l. Eurip. Bacch. 682 ſqq. Itaque h l. fingitur Maenas e ſopore tali motu ſubito evigilans, & nunc ad lunae fulgorem *proſpiciens*, de ſummis iugis (ubi obdormiit) videns ante ſe *Hebrum* & *Thracen*, Thraciae campos *nive candidos* (v. I. 9. 1.), ac de iis aſſurgentem *Rhodopen*. Quam ſtupendae auguſtaeque imagines! — *ſtupet*, adſtupet venerando ſpectaculo, tam admiratione quam horrore metuque defixa & attonita eſt; quid ſe factum ſit, quomodo huc venerit, neſcit. Illi Maenadi comparat ſe ipſum vates, pari ſtupore ac horrore correptus, dum Bacchi plenus, ab eoque in nemora raptus, Auguſtum vult ſtellis inſerere. Magnificum vero phantasma! quod praeclare continuatur v. 12. *ut mihi*

Lustratam Rhodopen. Vt mihi devio
Ripas & vacuum nemus

Mirari

12. *Lustratum*, optimus Torr. Helmst. a m. pr. Sic *nemorosum Oeten* multi codd. Ovid. Met. IX. 165. ubi v. Heinf. *Substratam Rh.* Deff. 2. — *aut mihi* Deff. 2. *ac mihi* Div. Sil. Mart. Cruqu. haud dubie e v. 11. Amplexi tamen hoc Bentl. & Cun. ob praecedens *non secus*, quo referunt *ac mihi* cet. Multis probat Bentl. vulgo dici latine *non secus ac;* tamquam non ob id ipsum, etiamsi velis referre ad *non secus*, exquisitius sit *ut*. Ingratum etiam indoctumque esset, ut iam San. vidit, geminatum *ac* (v. 11. 12.), duplici sensu. Omnino praeter Bentl. & Cun. iam Acron & Comm. Cr. ac post eos plurimi, ut Cruqu. I. F. Schmid. V. C. &, qui plane novam observationem in eo se afferre dicit, Cl. Sivr. omnia illa: *Non secus - mirari libet*, in unam sententiam iunxerunt, ut esset similitudo quam maxime methodica. Contendit enim Bentl. τὴν *non secus* semper aliquid, quocum instituatur comparatio, vel ante vel post se habere debere. O frigus grammaticum in dithyrambo! a cuius natura, ut bene Sanad. monet, tam methodicae grammaticaeque connexiones, enthusiasmum refrigerantes, alienissimae sunt. Sensus lyricus ferre h. l. non potest tam accuratum subtilemque commensum particularum, sed post *Rhodopen* punctum poni iubet; ut sqq. *Vt mihi* cet. novam sententiam constituant. Recte sic Lamb. Torr. Baxt. Sanad. Ion. 13. *Ripas* omnes codd. mss. omnesque editt. ante Muretum, qui primus correxit *rupes*, eumque secuti Lamb. Steph. Fab. Dacer. Despr. Heinf. Cun. Sanad. Ion. plurimique alii. Movebat Viros doctos hoc (ut diserte Bentl. ex eoque Sanad.), quod nusquam simpliciter *ripa* ponatur, sine mentione fluminis aut aquae. Attamen neque *rupes* Bentleio placent, sed emendat *rivos*, quia inducantur *Naiades*, & ap. Eurip. Bacch. 1049. 1091. Bacchae in convalle Cithaeronis ad rivos considеant. Vtrumque argumentum admodum debile. Hoc verum, saepius librarios *rivos*, *ripas* & *rupes* permutasse. Sed non solum praeclare habet, multoque magis poëtica est lectio *ripas*, verum & magnificam prorsus imaginem praebet, quam nec *rupes* nec *rivi* ostendant. *Rivos* multo minus etiam h. l. probem, quam *rupes*. Illis enim *mirari* (v. 14.) s. stupere vix satis convenit. Hoc ipse Bentl. sentiens, de rivis lactis, mellis, vini, ex II. 19. 10. cogitat, quod vix cuiquam mortalium, praeter illum, in mentem venire poterat.

mihi devio cet. — *Hebrus* (hod. *Mariz*) fluvius, & *Rhodope* (hod. *Dervent*) mons Thraciae, sacris Liberi patris & Baccharum choris celeberrimus (Mel. II. 2.) — 11. *lustrare* pro circumire, pererrare. — *pede barbaro*, pedi-

Mirari libet! – O Naïadum potens,
Baccharumque valentium
Pro-

15. *Violentium* Deff. 2. Non male haberet per se forma: *violentium vertere.* Sed praestat *valentium* simplicitate ac vi.

pedibus barbarorum, h. a barbaris. Sistuntur Rhodopes iuga, barbarorum, h. Thracum (v. Eurip. B. 482.), Orgia agentium, choris tecta. Insignis figurarum complexio!

12 sqq. Continuata phantasmata versuum 1 sqq. 8 sqq. ut modo dictum ad v. 8. *Vt* servit exclamationi, quod melius convenit huic poëtae sensui, quam si referre velis ad *non secus.* v. V. L. — *mihi libet mirari* pro *miror*, stupeo, adstupeo nemori. Sed egregie declarat haec forma mixtum illum ex effera voluptate (*mihi libet*) & horrore (*mirari*) sensum, qui in bacchico enthusiasmo inest; ut II. 19. 6. *turbidum laetatur.* — *devio*, erranti per loca devia, a nemine dum trita. — 13. *ripas* aiunt esse pro rivis s. flumine; quod insolens quidem (v. V. L.), at ea ipsa de caussa iam per se tanto magis decet audaciorem, qui per totum carmen regnat, nisum lyricum. Cf. IV. 2. 31. Sed insignior quaedam vis, ex meo quidem sensu, vocabulo subest. Sunt poëtae ante oculos ripae altae, saxeae, praeruptae, horridae, infraque eas in profundo decurrens fluvius. Eam augustam sensuique poëtico admirandam imaginem, e regionis asperae pictura expressam, uno hoc verbo & quasi colore enthusiasmus Horatii declaravit. — *vacuum nemus* dicit, in quo ipse solus vagatur, utpote *devius:* quod cum ad horrorem valet, & ad phantasmata vv. 1 sqq. refertur, tum praeclare respondet arrogantiae poëtae, qui primus sibi & solus canere Augusti gloriam conari videtur. Male hoc etiam ad genus lyricum referunt.

14. *potens*, κρατῶν (cf. I. 3. 1.), qui praees *Naiadibus* h. omnino Nymphis, earum choros ducis. Sollemnis notio. v. II. 19. 3. ibique not. — 15. 16. Vi implentis se numinis stupenda miracula edebant per furorem Bacchae (v. II. 19. 18 sqq.); e quibus unum h. l. commemoratur. — *vertere*, evertere, evellere humo. — *fraxini* pro quibus-

Proceras manibus vertere fraxinos:
Nil parvum, aut humili modo,
Nil mortale loquar. Dulce periculum –
O Le-

16. *fraxinus* Bentl. I. Plura arborum nomina, quae proprie secundae sunt declinationis, doctiori forma ad quartam inflecti, iam vidimus. v. II. 7. 19. II. 14. 23. II. 15. 6. cf. ibi Bentl. De *fraxino* tamen timidior eram. 17. *humile* Lambin. (sine mentione codd.), quinque Torrent. Lipss. Altt. Helmst. Flor. 1482. Venet. 1486. Baxt. Gesn. Maxime vitiosa lectio, quam quomodo Gesnerus praeferre potuerit, ego non capio. Nec festivum argumentum Baxteri ex III. 3 extr. neque climax, Gesnero in „parvum, humile, mortale„ reperta, ad eam tuendam valet. Nam ne dicam de metro, intolerabile sic est illud *modo*, pro tantummodo accipiendum. Rectius omnes ceteri libri *humili*, quod ob praecedens *parvum* facile in *humile* mutabat librarii aut correctoris inscitia. 18. *loquor* Venet. 1492. Locher. Asc. minus bene. In vulgari lectione: *dulce p. est*, mihi semper suspectum fuit τὸ *est*, nimisque languidum, & ab hac enthusiasmi vehementia alienum, atque e grammatici glossemate in contextum irrepsisse visum. Abest etiam a nostro cod. Helmst. item a Venet. 1478. Itaque abieci.

vis arboribus. Cf. Eurip. Bacch. 1093 sqq. — *proceras* auget ideam. — 17. Sic & ego, tui plenus, ac potens per te, *nil parvum — loquar;* turbide iterum, ut v. 7. pro, Augustum canam. Excelsissimo nisu miraculis Baccharum aequalem conatum suum, illique tamen tanto conatui parem se sentit iactatque. — *loqui* pro dicere, canere, inpr. de grandi argumento, uti IV. 9. 4. IV. 15. 1. cet. — *nil parvum*, sed magnum, *insigne* (v. 7.), idque non *humili*, sed sublimi *modo*, cantu, sublimibus modis. Nam *modi* cantus proprie flexus, modulatio, (vulgo *Melodie*); itaque de ode, tractatio argumenti & elocutio. — *nil mortale*, np. de Augusto immortali, Deo.

18 — 20. Novus, isque turbidissimus enthusiasmi impetus! Periculosus quidem est is tantus conatus meus, sed *dulce* est *periculum sequi D.* cet. Saltu lyrico illud prius omissum. — *sequitur Deum*, qui ab eo rapitur per silvas, montes, campos. Ductum verbum a Baccharum choris, Bacchum ducem secutis. Igitur declaratur eo furor bac-

O Lenaee! – ſequi Deum
Cingentem viridi tempora pampino.

CAR-

19. *O Silene* conieƈt. ap. Ion. Totum autem v. hoc nomine reprehendit Bentl. quia, *o Lenaee*, *ſequi Deum* idem ſit ac, *o Bacche*, *ſequi Bacchum*, pro *te;* quod ineptum & putidum ipſi videtur. Vnde emendandum coniicit: *Te, Lenaee*, *ſequi ducem.* Sed reƈte Geſn. hunc verſum venuſtiorem forte, at alterum, quem omnes libri habent, magis bacchicum eſſe iudicat. Non eſt illud, *o Lenaee*, propria ad Bacchum allocutio, ſed exclamatio bacchica, ut in Orgiis: *io Bacche! Evoe!* Putabam aliquando, forte legendum *Io Lenaee!* cum & ap. Catull. LVIII. 124 cet. haud dubie *io* pro monoſyllabo ſit, & facile ab initio verſus perire potuerit littera *i.* Sed & *o* pro *io* bene habet, quemadmodum ὦ Ἴακχε, ὦ Βρόμιε.

bacchicus. Iam cum non ſine periculo praeſenti numini appropinquari, aut illud cerni poſſe credebatur, tum enthuſiasmus talis graviter vexabat ac torquebat mortale corpus; quod & illuſtrat Baccharum ſpecies in monumm. antt. Hinc h. l. *periculum;* hinc horror ille & metus in enthuſiasmo (II. 19. 9.): ſed ob admixtam ei efferam laetitiam, niſumque placentis ſibi tali in furore, eique indulgentis animi, *dulce periculum* eſt, dulce tali enthuſiasmo corripi. Similiter II. 19. 6. *peƈtus turbidum laetatur.* it. III. 4. 5. *amabilis inſania.* — 20. Varie hunc v. accipiunt. Nonnulli *cingentem* non referunt ad *Deum*, ſed ad illum, qui *ſequitur.* Vt ſit: dulce eſt, me (vel alium quemcumque) *cingentem tempora*, *ſequi D.* ſive, dulce eſt, *ſequi Deum & cingere* cet. quia & Bacchae & poëtae dicantur edera pampinove ſe cingere, ut notum. Sic Baxt. & Geſn. Sed duriſſimum hoc, meo iudicio. Proclive & ſimplex eſt, iungere *Deum cingentem.* At nunc etiam ambiguum eſſe ait Schol. ſibine dicatur Deus cingere tempora, an his, qui ipſum ſequantur. Verum hoc ultimum (ut reƈte Bentl.) nullo modo in verbis Horatii ineſt. Potius *Deus cingens* ſibi ſ. cinƈtus *viridi tempora pampino*, eſt piƈtura *Bacchi.* cf. IV. 8. 33. Scilicet oculis cernit poëta ἔνθεος pampinis coronatum Deum

CARMEN XXVI.

ARGVMENTVM.

Aiunt vulgo Intpp. iam senem factum Horatium, veluti fractum & emeritum militem, amori hoc c. valedicere, ac modo rogare Venerem, ut Chloën superbam puniat. Sed minus recte sic argumentum consiliumque carminis constituitur. Horatius amabat Chloën, *illam haud dubie, de qua I. 23. III. 9. 9.* neque eam ullo modo expugnare *atque in sui amorem pellicere* poterat. Itaque *aegritudine tandem & impatientia victus, hoc carmen componit, quo* consilium se cepisse declarat, *numquam iterum posthac amandi, omninoque* amori nuntium remittendi. *Sed hoc pictura poëtica plane insigni exornatum. Nam cum solerent olim, qui arti alicui s. vitae generi valedicerent, eius instrumenta numini illi, in cuius tutela esset ars, consecrare, in eiusque templo tamquam ἀναθήματα dedicare ac suspendere (veluti v. Epist. I. 1. 4 sq. Virg. Aen. V. 484.): tum* Horatius lyram, qua amores adhuc cecinit, & instrumenta amori & comissationi olim inservientia, in sacello Veneris, quod domi suae habet, dedicat, Deamque precatur, ut Chloës superbiam puniat, *h. amoris cruciatus & ipsam aliquando experiri faciat. v. Obss. ad vv. 9 sqq. Multi, in his Ascens. & nuper I. F. Schmid. V. C. exitum odes sic accipiunt, ut putent, poëtam, subito mutato consilio, orare Venerem, ut Chloën sibi propitiam reddat, suique amore inflammet. Sed nullum est v. 9. tale mutati propositi indicium (uti est IV. 1. 33.), neque preces poëtae proprie ad immittendum puellae adversus se amorem referri possunt, ut videbimus. Hoc verum, poëtam, dum, quia a Chloë spernitur, universo amori valedicere vult, puellaeque poenam saevitiae imprecatur, eo ipso ardentissimum in illam amorem prodere. --- Igitur venustissimum hocce odarion habeamus pro perfectissima vividissimaque* pictura taedii zelique amatorii (*Gallis* dépit amoureux); *in eaque agnoscamus* sensuum & veritatem, *sic plane e natura amoris animique humani expressam,* & vero delicatam urbanamque inflexionem, *qua utraque non possimus non maxime delectari. Gratissimus esse ipsi Chloae is. talis aestus fervor.*

Deum, ante se ingredientem, summaque furoris bacchici vi percitus, exclamat: *o Lenaee!* h. io Bacche! Evoe! v. V. L. (cf. II. 19. 5.); quod quam praeclare hîc insertum sit, nunc, puto, intelligetur. Iamque sequitur Deum vates, totumque se abripienti permittit; iamque, quod plane excellens, cantus, opprimitur. Denique comparare aliqua parte possis cum hoc exitu II. 7 extr. *dulce mihi furere est,* item Anacreonteum θέλω θέλω μανῆναι. Nostrum imitatur summus Denis. (*Lieder Sineds* p. 153.): *Gefährlich ist der Reiz, dem Einzigen zu folgen! Aber zu mächtig! Er sey gewaget!*

fervorque, talisque sensuum conversio, debuit; ut & spes esse posset, fore, ut ad miserandum redamandumque poëtam hac odarii specie puella flecteretur. Certe post amatum ab ea fuisse Horatium, patet ex III. 9. --- Sic non senex carmen scripsisse putandus Horatius, sed vel adolescens scribere potuit (idque, ut suspicor, post I. 23. & ante III. 9.), momento aliquo temporis, quo vere serioque ipsum pertaesum amoris esset, licet, ut fit, non perpetuus is ei sensus fuerit. De ceteris odarii virtutibus, elocutionis suavitate, ornatu, enargia, v. Obss. Illud autem probabile, poëtae antiqui graeci lusum, inpr. inde a v. 9. ante oculos Horatio fuisse. Comparent tirones imitationem Gleimianam.

AD VENEREM.

METRVM XVI.

Vixi puellis nuper idoneus,
Et militavi non sine gloria:
Nunc arma defunctumque bello
Barbiton hic paries habebit,

Lae-

1. 2. Pristinam felicitatem amatoriam extollit, qua ex recordatione augeri oportebat aegritudinem. *Vixi* pro, fui. — *nuper* h. olim, neque ita diu est, hucusque. Tanto acerbior dolor e Chloës fastidio. — *idoneus*, aptus, commodus, h. gratus; facile eas expugnare poteram. — 2. *militavi*, amoribus operam dedi, ex nota amoris cum *militia* comparatione, quam amplificavit Ovid. Am. I. 9. Cf. IV. 1. 16. Praeclare convenit *non sine gloria*, h. laude & praemiis victoriae; quatenus potitus est puellis, ex eoque boni felicisque amatoris fama fuit. Cf. omnino Ovid. Am. II. 12. — 3. *Nunc* ita mutata est ac desperata fortuna, ut cet. — *arma*, cuiuslibet artis instrumenta, ut Gr. ὅπλα. Sed h. l. *arma*, ut mox *bellum*, ad comparationem pertinent cum militia, quam qui dimitterent, Marti arma dedicarent. De universo hoc more v. Argum. *Arma* autem intell. ipsum *barbiton*, v. 4. nam hoc explicativum est. v. ad II. 7. 9. *defunctum bello*, lyram; quae absol-

Laevum marinae qui Veneris latus
Custodit. Hic, hic ponite lucida

Funa-

6. *Sic* Deff. 2.

absolvit militiam, otiatur ab ea, h. cessat iam a canendis amoribus. *habebit paries* lyram, h. in eo lyra pendebit. Praeclarum & vividum illud *hic*, tamquam in re praesenti. Omnia statim in *actionem* transeunt; dedicationem coram fieri cernimus; cernimus poëtam ingressum sacellum suum, adstantem parieti, lyram suspendentem, pueros advocantem cum funalibus, vectibus. — 5. *Venus*, statua Veneris *marinae*, anadyomenes (v. IV, 11. 15. & ad I. 3. 1.), quae in monumentis nuda, madidis comis, ut modo mari egressa. Talis celeberrima Venus Apellis, post ab Augusto in templo Divi Iulii dedicata (Plin. XXXV. 10.); talis Venus Cnidia, Praxitelis opus (Plin. XXXVI. 5.). In utramque plura sunt epigrammata in Anthol. Gr. IV. 12. it. v. Ovid. Am. I. 14. 33. A. A. III. 223. Pont. IV. 1. 29. Talis & Venus Medicea. Omnino gratissima & frequentissima tam artificibus quam poëtis haec Veneris idea. cf. Spenc. Polym. D. XIV. p. 219 sq. Lippert. dactyl. Mill. I. n. 239 sqq. ed. Germ. Itaque & Horatius in privato suo s. domestico sacello (nam de templo publico non cogitandum) tale Veneris marinae signum habuit. — 6. Alias *tegere*, *servare*, *claudere*, *latus*, pro, ad latus esse, comitari, ut Serm. II. 5. 18. Iuvenal. III. 131. Igitur h. l. doctius *custodire laevum l. V.* dicitur paries, qui Deae ad sinistram est, adoranti ad dextram, h. australis: ponebantur enim fere signa Deorum ad orientem, ut occasum spectarent: v. Cic. Catil. III. 8. 20. Fuisse illum donariis locum proprium puto. Multa praeter rem disceptant h. l. & argutantur Intpp.

6. *Hic*, *hic ponite*, pueri! Quam graphicum & vividum hoc! cf. I. 19. 13. Cum omnibus, quae ad amorem pertinent, abdicare se velit, etiam consecrat Veneri *instrumenta comissationis*, quatenus ad hanc pertinebat quoque post compotationem nocturna per urbis vicos & plateas cum taedis & symphonia vagatio, ad puellarum amatarum domos itio, excubatio

Funalia, & vectis, & arcus
Oppositis foribus minacis.

O quae

7. *Funabula* Lipf. 3. *vestes* Mentel. Mox *arcus*, sagittandi instrumenta, quomodo hic locum habere possint, cum vix intelligatur (v. Obss.); Bentl. emend. *vectes securesque*, quod praeclare convenit, cum comissatores etiam secures secum gesserint ad fores effringendas. v. Theocr. id. β. 128. Plaut. Bacch. V. 1. 31. cf. Virg. Aen. II. 480. Potuit quoque, omisso primum *que*, tum initiali *s*, ex *ecures* denique oriri *& arcus*. -- *& harpas* emend. Cun. eumque secutus San. Harpe ensis falcatus, quali Mercurius Argum, Perseus Medusam confecit. Sed licet haec emendatio a litterarum similitudine propius accedat ad vulgatam lectionem, tamen insolens sit, ense falcato iuvenes Romanos comissantes armare. --- *ad arcus* (ponite) emend. Klotz. lectt. Ven. p. 331. arcus explicans fornices, qui circa templa structi fuerint. Sed hoc & durum, neque aptum satis, cum non de templo publico, sed de sacrario privato agatur. Igitur Bentleii emendatio ceteris praestat. Divinabam aliquando, *& artes*, h. instrumenta, arma; sed vereor, ne hoc sit nimis generale. Possis & suspicari *& hamos (amos)*, h. instrumenta ferrea incurva, vel, quod forte magis placeat, *uncos*, fustes s. palos incurvos; v. Burm. ad Val. Flacc. VIII. 298 Si tamen hos ipsos uncos docte *arcus* h. l. dictos putes, emendari nil opus sit. v. Obss.

rio cum cantu ante illarum fores, harumque, nisi sponte aperirentur, violenta oppugnatio effractioque. v. Argum. I. 25. cf. ad III. 15. 9. — 7. *funalia*, funiculi cera obliti, h. faces; v. Serv. ad Virg. Aen. I. 726. non, ut vult Mancin. ad cumburendas fores, sed ad lucendum. cf. Cic. Sen. 13. Perf. V. 166. — *vectes*, pali grandiores lignei vel ferrei, ad effringendas ianuas. v. Terent. Eun. IV. 7. 4. — *arcus* quomodo ad comissationem valere potuerint, non potest coniici, aut ex aliis poëtis declarari. Aiunt, ad terrendos ianitores, vel hos, qui arcere domo oppugnatores vellent, vel denique spectatores. Sed cum haec idea a moribus Romanorum, in summa etiam licentia, abhorret, tum diserte dicuntur arcus minaces *foribus*. Igitur, nisi velis lectionem mutare (v. V. L.), dicendum sit, *arcum* vel vocatum fuisse Romanis, vel docte vocari Horatio, instrumentum nobis hodie igno-

O quae beatam, Diva, tenes Cyprum &
Memphin carentem Sithonia nive,

Regi-

9. *regis* nonnulli Lamb. unus Bland. Mald. & Mart. Cruqu. duo Bersm. Bentl. 1. 6. 10. 13. Lipf. 2 a m. pr. 3. Deff. 2. Sed auctoritate praestat *tenes*, item, quod sequitur mox *Regina* — & abest ab uno Bersm. Deff. 2. 10. *Memphim* vulgo. Sed doctiori forma *Memphin* Bentl. 1. 2. 6. 10. 13. Mentel. Lipf. 1. 2. Venet. 1478. Fab. Dacer. Bentl. Cun. San. *Sythonia*, *Scithonia*, *Scythonia*, errores.

ignotum, quo fores everti possent, forte vectis genus aduncum, curvatum, arcus instar; cum alias vectis esset rectus. Certe *arcum* dici, poëtis praesertim, quamcumque rem arcuatam, notum. Cf. Virg. Ge. II. 26. Omnium minime cum Gesn. velim arcubalistas huc advocare. — 8. *oppositis*, clausis, quatenus ingressuris obstant. — *minaces*, ornate.

9. Perfecta dedicatione en ante aram Deae προσκυνοῦντα vatem! Insignis vero sensuum inflexio! *O Diva! quae tenes* (v. III. 4. 62.) *Cyprum*, h. incolis, regis, κρατοῦσα Κύπρου. cf. ad I. 3. 1. ubi quoque Venus marina. *beatam*, opulentam; ob notam fertilitatem. — 10. *Memphis*, urbs Aegypti clarissima, arx regum, prope Delta, in sinistra Nili ripa, cuius rudera hodie e regione urbis Cairo cernuntur. Habebat cum in aliis Aegypti oppidis, tum hic, Venus Hospita s. Graeca templum. Herodot. II. 112. Strab. XVII. p. 807. Non saepe alias memoratur Venus Memphitica. *carentem nive Sithonia*, Thracia (v. I. 18. 9.), frigore Thracio; ob calorem Aegypti. Sed graviter nivem Sithoniam post Torrent. reprehendit T. Faber, quia ferri non possit sententia: nivem Thraciam non esse apud Memphim; tum nec posse talia epitheta gentilia aliis locis applicari. Repetita haec a Dacer. & Broukhus. ad Prop. III. 11. 6. Sed quis quaeso putet, Horatium nos docere velle, nivem, quae in Thracia cadat, non iacere ad Memphim? Dicitur *nix Sithonia* ad solum ornatum, nix, qualis est in Thracia, ducto epitheto ab insigniori genere, ut solent poëtae. Nam Thracia frigore nobilis. Cf. sup. 19. 8. Virg. Ge. III. 311. 345. ibique Ill. Heyn.

Regina, ſublimi flagello
Tange Chloën ſemel arrogantem.

CAR-

12. *Cloën* ſollemnis aberratio.

Heyn. in quib. ll. eodem modo argutari poſſis. At cur omnino hunc colorem; *carentem S. n.* adpinxit poëta? Quod Sanad. putat, Thracium frigus memorari, quia Chloë fuerit Threſſa (III. 9. 9.), & Geſn. quia velit Horatius frigidam puellam amore caleſieri, id venuſtulum ſane eſt ac frigidulum. Ego puto, poëtam ſolius ornatus gratia, ut Cyprum *beatam*, ſic Memphim *calidam* deſignare, & pro, calidam, dicere *nive carentem*; forte, ut graecum aliquod epitheton, quod ante oculos eſſet, exprimeret. Cur enim non graecus quis poëta lyricus Μέμφιν ἄνιφον vel ἀνιφῆ dicere potuerit? Simillimo modo ἀθανάτες θεὲς dixit *gelida morte carentes*, II. 8. 12.

11. *Regina*, ἄνασσα, proprium Deabus nomen. v. ſup. 4. 2. *Flagellum*, μάςιγα, nusquam alias Veneri tribui videas. Credo, eſſe ideam Aegyptiam, Venerique Memphiticae proprium hoc inſigne fuiſſe. Nam Dii Aegyptii fere in monumm. flagellum gerunt (ut Oſiris), quod ſignum erat priſca aetate poteſtatis regiae, tum ſeveriorem inprimis deſignaſſe videtur. Ex quibus notionibus & Rehabeamus loquitur, Regg. I. 12. 14. Apud Graecos & Romanos flagellum gerunt v. c. Bellona & Furiae, ut notum; interdum & Cybele in monumm. v. Winkelm. Allegor. p. 47. item in numis nonnullis Mars; v. ibid. p. 42. quin ipſe Iuppiter ap Homer. Il. ν. 812. Erat itaque ſignum Veneris in ſacrario Horatii nudum (v. ad v. 5.) &, quemadmodum Memphi (cum Veneri Graecae attributum domeſticum, ut fit, Aegyptii addidiſſent), flagello armatum: unde h. l. inprimis *Cypria* & *Memphitica* dicta; excellenterque conveniunt tali ſtatuae tales preces. Quare cum flagello declaretur haud dubie ſaevum Veneris imperium, inprimis (ob dicta) ad puniendum ulciſcendumque, unde & Furias illi interdum iungi videas (v. Valer. Fl. IV. 13. & ibi Burm. Stat. Th. V. 66. ibique Schol. & cf. Ovid. Am.

CARMEN XXVII.

ARGVMENTVM.

Nobilissimum carmen! sed in cuius & exordio & universa dispositione ita haereant ac laborent Intpp. ut Sanadonus hanc difficillimam fortasse omnium odarum Horatii esse dicat, nullumque in ea, uti solet, nexum sententiarum agnoscere velit Ill. Homius, el. crit. c. 1. T I. p. 34. Sed nihil sane aptius, nihil planius aut excellentius descriptione carminis, illa si recte expediatur, esse potest. Volebat Galatea, amica Horatii, iter in Graeciam facere, *& sic Roma ire Brundisium, hinc per mare Hadriaticum in Epirum navi traiicere.* At *cum esset auctumnus (v. ad v. 17.), qua anni hora tempestates & procellae, inprimis in mari isto, saevire solerent;* dehortari poëta puellam cupit, ne hoc iniquo ac periculoso tempore navigationem instituat, *neque flanti Iapygi, secundo in Graeciam ituris vento, aut sereno iam placidoque caelo quidquam confidat. Haec enim videtur dissuadenti Horatio Galatea opposuisse. Verum illius talis dehortationis excellentissima tractatio est atque conversio. Habebat vulgaris superstitio multa, quibus pericula & calamitates portendi crederet; quod facile & ubique omina reperire animus anxius solet. Iam, si quis vellet amicum ab itinere, aut alio quocumque incepto, retinere, omina infausta advocare solebat, illique vel narrare oblata, vel ut offerrentur, precari; quo is a proposito deduceretur. Itaque hinc ductis poëta exornationis coloribus,* o Galatea, *inquit,* nolo nunc ego te, *quamvis aegre feram abitum tuum,* retinere ab itinere narrandis vel imprecandis malis ominibus. In impios peregre ituros talia convertantur *(v. 1-7.).* Potius bona omina, felicemque navigationem cum cuivis, qui mihi carus est, tum tibi ex animo precor *(v. 7-16.).* Sed maius quid, *omnibusque auspiciis maius*, a te cogitari cupio, procellosum anni infestumque tempus *(v. 17-24.). Haec vera, arbitror, idearum progressio, in qua constituenda varias Intptum aberrationes percensere aut*

Am. I. 2. 35.): intelligitur, Horatium non proprie rogare Deam, ut Chloae sui amorem immittat, sed eius *arrogantiam* f. superbiam puniat, np. immissis ei invicem amoris gravis, sed infelicis ac spreti, cruciatibus & quasi furiis. Cf. III. 10. 9 sqq. ibique not. Aptus, ex eademque forte flagelli idea ductus loc. Plaut. Pseud. I. 1. 13. *sub Veneris regno* vapulo, non *sub Iovis.* — *sublimi*, in altum elato. Pulchre pingitur uno vocabulo status ferire volentis. Nil amplius. — 12. *tangere*, καθικνεῖσθαι, ferire; ut *ferire* alias pro tangere. — *semel* modo aliquando feri. Suaviter! & ex affectu! Sed in *tange*, *sublimi* & *semel*, varie argutati Intpp. inpr. Landin. & Sanad.

aut refellere non vacat. Inprimis nil sane opus est, privata auguria ab Horatio vel Galatea capta cum plerisque ad interpretandum carmen adferre. Sentiatur autem studiosis, quam exquisita ac insignis sit illa talis sententiarum elocutio atque conversio; quam urbanum sit inpr. hoc, quod non statim a principio dissuadendi itineris consilium appareat; quam generosi prodantur candidique amicitiae sensus; quantaque in oratione doctrina ornataque copia cernatur. --- Sed, quae inde a v. 25. sequitur, de Europae raptu fabula, *quamquam haud dubie nobilissima carminis pars, ac praestantissimis antiquitatis operibus adnumeranda, tamen, si illius cum universo argumento nexus spectetur, multorum vituperationem subiit. Esse eam excellenter elaboratam fatentur omnes, sed & nimis copiose tractari queruntur, neque satis aptum, quod Galateae proponi posset, Europae exemplum videri aiunt. Hoc ultimum certe, essetne aptum exemplum, nec ne, vidisse Horatianum iudicium, nobis quaeso persuadeamus. Europa, Agenoris, Phoenicum regis, filia, pulcherrima virgo, blanda Iovis in taurum mutati specie ita capitur, ut animali tam miti placidoque plane confidat; post tergo eius conscenso, subito ab illo de litore per mare avehitur, seroque, cum iam in mediis fluctibus & periculis est, se deceptam intelligit; denique, ubi videt, quas in calamitates uno errore deducta sit, acerbissima credulitatis temeritatisque suae poenitentia, ac maestissimo parentis & patriae, pristinaeque felicitatis, desiderio afficitur.* HACTENVS *cum illa Europa comparari pulchram puellam, navigationis periculis se obiecturam, blanda ac placida caeli marisque specie confisam, vento secundo fretam, omnia sibi tuta putantem, quae, ob suspectam illam auctumni tempore perfidamque aëris & ponti tranquillitatem, certas temeritatis poenas datura videtur, quam ut mediis procellis fluctibusque Hadriae involutam, nihil iam praeter astra undasque videntem, sera erroris & inconsideratae fiduciae poenitentia, serum patriae relictae desiderium subeat, futurum est --- id quidem ita suave ad sensum poëticum, ita aptum & praeclarum est, nihil ut supra esse possit. Sed sunt, qui in talibus omnia ac singula ad allegoriae subtilitatem revocari velint, & sic h. l. quae de Europa memorantur, singula anxie cum Galateae persona comparent; quod quam odiosum ac putidum sit, atque a poëtica ratione alienum, quis est quin intelligat? Sic iam Perraultus (Parall. III. p. 183.) miratur, Horatium non vidisse, quam parum valeat ad retinendam Galateam, cum audiat, Europam factam esse coniugem summi Iovis. Quae alii serio vel refutare, vel, quomodo haec omnia ad Galateam transferri possent, docere annisi sunt. Cruquius v. c. Galateam, peregrini hominis amore captam, invitis parentibus hoc iter instituentem facit. Sanadonus autem poëtam puellae similem casum, qualis Europae evenerit, augurari, at simul, si quid illi tale acciderit, iam in antecessum eam consolari ait. Quae quam ridicula sint, non opus est monere. Oporteret, ut hoc unum opponam Perraultiano acumini, gnaviter brutam stultamque fuisse puellam, quae ne ob exitum carminis, procellis Hadriae ad Deum aliquem amatorem delatum iri orbisque parti nomen daturam sese crederet, verendum fuisset, aut contra, quae talis fortunae timore Romae mansisset,*

fiſſet, nec potuiſſet diſcernere, quae ad ſolam exornationem carminis pertinerent. Omnino e ſenſu lyrico ad illum, quem propoſuimus, comparationis modum revocanda eſt univerſa de Europa fabula, ſed ſingulas eius partes proprie tractaſſe, ſuisque ornamentis condecoraſſe poëta putandus. Ex hac veluti lege neglecta ſimiliter turbatum ab Intpp. in I. 14. III. 3. quorum vid. Argg. Si quis credere velit, habuiſſe alia quaedam poëtam in animo, quibus hanc fabulam, tamquam velum aliquod, obtenderet, ſane talia & ignota obſcuraque hodie ſint, neque omnino ad explicandam oden neceſſaria. Quod paullo longior eſt fabulae tractatio, id tribuendum niſui poëtico, indulgenti ac placenti ſibi in nova tam grati argumenti, ad quod delatus eſt, quodque tam praeclare tractari poſſe videt, exornatione; de qua ratione, Pindaricae proxima, dictum in Argum. III. 3. (p. 33. lin. 6 ſqq.). Item cf. proluſ. de poëſi lyr. T. I. p. CV extr. Poëticas tractationis fabulae virtutes, inſignes illas & ſplendidas, in Obſſ. attingemus. Ceterum, quae illa Galatea fuerit, non conſtat. Hoc probabile, fuiſſe vel matronam vel virginem ingenuam ac nobilem, pulchram eamdem, item doctam, quae inprimis poëſi ac graecis mythis delectaretur. Inter illam Horatiumque nullum aliud, niſi honeſtae amicitiae vinculum fuiſſe, prodit etiam verecundus ille, quem ſola veneratio profert, per totum carmen decor. Sed plura his ſe ſcire iactat Sanadonus. Galateae nomine deſignari ait Laeliam (ſ. potius Aeliam) Gallam, uxorem Poſtumi, ad quam pertinent Propert. III. 12. & (ut coniiciunt VV. DD.) IV. 3. quae a. V. DCCXXXII vel XXXIII maritum in Graecia militantem ſequi voluerit. At hoc quis velit praeſtare? --- Denique de Harduini ſuper hoc c. ineptiis v. Geſn.

AD GALATEAM.

METRVM XVII.

Inpios parrae recinentis omen
Ducat, & praegnans canis, aut ab agro
Rava

AD GALATEAM NAVIGATVRAM vulgo.

1. *parrhae* a nonnullis ſcriptum. *retinentis* Lipſ. 4. 2. *ducit* emend. Cun. & ſic San. Perperam. *aut pr.* Cun. San. *praegnas* quidam ſcribunt hic & alias.

1. Cum mala, quae ab aliquo abeſſe cupiunt, ſolent poëtae in aliud obiectum (I. 28. 25.), ſaepe in hoſtes (I. 21. 15.) ut convertantur, optare, tum h. l. Horatius mala omina ab hominibus ſibi caris, ad *impios*, quibus Dii

Rava decurrens lupa Lanivino,
Fetaque volpes:

Rum-

3. *Rauca* in nonnullis fuisse olim, facili lapsu, videtur. Nam in Acronis commentariis, ubi h. l. plura scholia iuncta sunt, una nota expl. „voce non clara.„ *rufa* libb. antt. ap. Mancin. *Lanubino* multi scribunt, sollemni permutatione τȣ *v* & *b*. *Lanivino* scribendum ait Mancin. ob lapidem antiquum, quem ipse in eo oppido vidit, in quo: S. P. Q. LANIVINVS. Item ap. Gruter. CCCLXXXI. 1. CVR. R. P. LANIVINOR. cf. Sigon. ad Liv. VIII. 13. Drakenb. & Heins. ad Sil. XIII. 364. *Lanibino* unus Fabr. *Lanivino* etiam Venet. 1492. Ascens. Vulgo *Lanuvino*. Nil interest; at cum scripturam per *i* antiquiorem esse appareat, in contextu sic posui. 4. *fataque* Bentl. 2. pro v. l. *festaque* Bentl. 1. *paestaque* unus Bland. Cr. *fertaque* alius Bland. Cr. *paetave* coniect. ap. Ion. *fordaque* (h. gravida) coni. N. Heins. ap. Bentl. Sed proprium illud vocabulum bovi, vaccae. v. Bentl. *foetaque* vulgo; melius *fetaque*. v. Cellar. orth. lat. ed. Harl. T. I. p. 236. *foetave* Cun & San. uti v. 2. *aut*. Sed nil opus h. l. tali emendatione, cum plura simul omina offerri profecturo possent.

Dii irati, iter facturos ablegat. Ex illis quaedam, quae superstitio illius aetatis pro infaustis haberet, ornatus poëtici caussa memorantur. Cf. omnino not. ad I. 27. 21. & 28. 23. Praeclare ad vim statim ab initio positum verbum *impios*. — *parra* avis nobis hodie non satis nota, apicem in capite habens, Sirio oriente ipso die non apparens, donec occidat. Plin. XI. 37. XVIII. 29. Alii alaudam, inpr. galeritam, alii parum, alii picum viridem, ex meropum genere, esse dicunt. Sed his omnibus attributa Pliniana non conveniunt. Forte rectius putetur esse e genere vanellorum (nobis *Kiebitze*). Ad nostrum l. satis est, fuisse veteribus avem inauspicatam, cuius inpr. cantus pessimi ominis esset. v. Prudent. Symm. II. 570. — *omen*, augurium, *parrae*, quod parra edit, facit. — *recinentis*, canentis, nil amplius. v. ad I. 31. 12. Subtilior Baxt. Maxime in his omnibus turbat Sivr. Inanem & multi operam ponunt in investiganda, cur haec tristia habita fuerint, ratione; tamquam superstitioni cum ratione conveniat. — 2. *ducit* omen, quatenus praecedit iter, ante illud offertur.

Memo-

Rumpat & serpens iter institutum,
Si per obliquom similis sagittae
Ter-

5. *Rumpit* Bentl. 1. & sic Bentl. quia e vulgari *rumpat* bene fit impiis, si admoniti domum redeant. Sed quid iubebat eum sic explicare? v. Obss. Tum, si cum eo exponas: „quin & serpens rumpere solet cet.„ nihil hac sententiarum iunctura ineptius aut indoctius esse potest. Interim *rumpit* etiam Cun. San.

Memorantur hinc *auspicia pedestria* dicta. — *praegnans c. np.* occurrens, vel trans viam currens — 3. *ravus* color, e flavo nigricans (nobis *fahlgelb*). Est epitheton ornans. — *Lanivium* s. *Lanuvium* (v. V. L.), oppidum Latii, ad dextram viae Appiae situm, qua via Brundisium ibatur, & sic Galatea quoque itura erat; unde insignis delectus in epitheto. — *decurrens*, quia ager Lanuvinus altior. — 4. *feta* h. l. quae peperit; ut saepius. Minus bene expl. gravida, quia iam adfuit *praegnans*.

5. *rumpat*, interrumpat (non, abrumpat) *iter*, vel, quatenus equi territi nolunt progredi, vel, quod malim, simpl. quatenus *per obliquum*, per transversam viam fertur, eam oblique traiicit; quod ipsum est interrumpere. Durius Gesn. rumpere conetur, dissuadeat. — 6. *si terruit*, dum terret, *mannos*, equos parvos ac elegantes, qui erant in deliciis Romae, lautiorumque rhedas trahebant. Cf. V. 4. 14. Scholiastis dicuntur burdi, burdones, burichi (*βούριχοι*, vetus gloss.), & fuisse creduntur ex equo & asina (alias *hinni*), quemadmodum muli ex asino & equa. Docta autem & elegans brachylogia in *per obliquum terruit*, pro, per obliquum transvolans terret. Quam graphicum sit quodque verbum, vide. — *sagittae similis*, quam praeclare ac vivide! Docte cogitat Torrent. de genere serpentum, qui *ἀκοντίαι* s. *iaculi* dicuntur, seque de ramis in viatores velocissime vibrant. Aelian. H. A. VI. 18. Plin. VIII. 23. At hoc praecipue genus designare voluisse h. l. poëtam, non contendam. Faciunt enim ita plures serpentes. Sed male Passerat. & Lambin. int. eam surculi partem, quae in vitibus contorta pangitur, quam *sagittam* dicunt scriptt. rei rust. — 7. Haec talia pro-

Terruit mannos. Ego cui timebo,
Providus auſpex,
Antequam ſtantis repetat paludes
Imbrium divina avis imminentum,
Oſci-

7. *ego quid* Farn. & unus Vat. Lamb. Pulm. 1. 3. 4. 5. omnes Cruqu. praeter duo, duo Bersm. Gott. Sax. Brod. Mentel. Deſſ. 2. Lipſ. 4. Zar. Mediol. 1477. 1502. Venet. 1478. 1492. Locher. Aſc. Cruqu. Vaſcoſ. Baxt. *qui* Lipſ. 2. *cur* unus Bland. Cruqu. Lipſ. 2 pro var. lect. Flor. Venet. 1486. *cui* Bland. antiquiſſ. Cruqu. (quamquam cum litura), cum ſuperadſcr. „ alias quid. „ Lamb. Torrent. & Bentl. e ſuis codd. Pulm. 2. unus Bersm. Lipſ. 1. 3. Fran. Helmſt. Baſill. 1527. 31. 55. 80. Venet. 1590. Muret. H. Steph. Fabr. Heinſ. Fab. Rutg. Burm. Dacer. Bentl. Cun. San. Ion. Praeſtat etiam *cui* ad ſententiam (v. Obſſ.), ex eoque facile ceterae varietates ortae. Mox v. 7. poſt *auſpex* interrogationis ſignum habent Aſcenſ. Baſill. Lamb. (ſed non primus, ut Torr. criminatur) Cruqu. Heinſ. Fabr. Steph. Fab. Rutg. Baxt. & plures; ex non intellecto poëtae ſenſu. At recte nudum comma ponendum cenſuere Paſſerat. Muret. Xyland. Torrent. & ſic Dacer. Zurk. Deſpr. Bentl. Cun. Sanad. Ion. Eſt autem & comma inſerendum poſt *timebo*. Vid. not. 10. *imminentium* ſex Torrent. Lipſ. 1. 3.

prodigia ego ne apprecer amicis meis peregre ituris, quamvis eos retinere cupiam; potius, qui mihi carus fuerit, *cui*, in cuius gratiam *timebo*, cuius de ſalute ſollicitus ero, *illi ego providus a. oſcinem corvum* cet. *antequam* cet. pro: ei ut bonum auſpicium mittant, h. e. iter felix fauſtumque eſſe iubeant, Deos rogabo. Hoc enim poëticis coloribus exornaſſe, non proprie auguria cepiſſe putandus Horatius. — 8. *auſpex* omnino, qui auſpicia obſervat, narrat, nuntiat. Cf. I. 7. 27. *providus*, qui ſibi & amico proſpicit, cavet, quatenus corvum advocat, *antequam* ſtantes cet. — *corvum oſcinem*, clara voce occinentem, *prece ſuſcitabo*, advocabo precibus, h. orabo Deos, ut corvus advolet ac audiatur *ſolis ab ortu*, ab oriente. Oportet hoc fuiſſe laetum augurium; nam dum pro triſti accipiunt Turneb. & Dacer. ſententiam violenter contorquent. Bonum augurium dabant venientes ob oriente aves. v. Sueton. Veſp. 5 extr. *Oſcines* aves, quae

Oscinem corvum prece suscitabo
Solis ab ortu.
Sis licet felix, ubicumque mavis,
Et memor nostri, Galatea, vivas:
Te-

12. *lucis ab o.* nonnulli, teste Mancin. Lips. 4. 13. *navis* cod. vet. H. Steph. (praefat. ad lect.) unde Rutgers. lect. V. c. 8. coni. *nabis*, ut saepius *nare* de navigantibus Probat N. Heins. ap. Bentl. qui & suspicatur *amabis*. Febriculosas coniecturas vocat Bentl. Nec melius With. *amaris*. 14. *At* Cun. San. perperam. *Galathea* error. *vivas usque*, nec coni. With.

quae cantu, *praepetes* s. *alites*, quae volatu augurium faciunt, ut notum. Sed valde haerent Intpp. quod auguri Rom. ad meridiem converso oriens ad laevam fuerit, nec nisi a dextra corvus ratum fecerit; Cic. Div. I. 39. Plaut. Asin. II. 1. 12. At cum augures interdum & videantur orientem spectasse, neque omnino fuerit inter eos conveniens & coniuncta constantia (Cic. Div. II. 39.); tum Serv. ad Aen. IV. 462. docet: omnes bonas oscines fuisse malas praepetes, & contra. Sic corvi volatus a dextra, cantus a sinistra bonus fuit, contra malus. Vnde ap. ipsum Plaut. Aulul. IV. 3. 1. (coll. IV. 6. 3.) corvus ab laeva *cantans* boni ominis est. Sic omnes forte turbae componi possunt, quas hic & alias movent. — *avis divina* (v. A. P. 218.), divinans, praenuntians *imbres*, i. cornix. cf. sup. 17. 12. Ad *paludes* volitans cornix, ad eas confidens, in iis lavans, pluviam significat. v. Arat. progn. 217 - 21. Plin. XVIII. 35. *cum terrestres volucres contra aquam clangores dabunt, perfundentes sese, maxime cornix.* — *repetat p.* np. nunc relictas, sereno caelo. Minus recte laudant Virg. Ge. I. 387. Itaque Horatius, in amicorum gratiam, bona auguria exposcere precibus, *antequam* infausta ostendantur, & sic haec antevertere vult. Nam quod primum oblatum esset omen, ab eo res pendere credebatur. Vt sit: ita non optabo, dari amicis mala auguria, ut occupaturus sim bona elicere.

13 sqq. Itaque & te, Galatea, bono omine ire cupio. Praeclara haec subita ad puel-lam

Teque nec laevus vetet ire picus,
Nec vaga cornix.
Sed vides, quanto trepidet tumultu
Pronus Orion. Ego, quid sit ater
Hadriae,

15. *Te neque* Lips. 1. *Neque te* mss. & edd. ap. Cun. Vnde is *namque nec*, uti & San. Lectio vulgata optimum praebet sensum. Sed hic non agnitus, ut fit; etiam in sq. *vetet*, quod exhibent omnes codd. mss. praeter quatuor, omnesque edd. priscae, item Muret. Torr. Cruqu. Fab. Steph. Rutg. Dacer. Baxt. Ion. Contra *vetat* unus Vat. Lamb. Brod. Lips. 1 a m. s. Dess. 2. Bentl. Cun. San. Sivr. I. F. Schmid. V. C. Lectionem *vetet* praeferri iubet tam auctoritas codd. quam verus ac planus loci sensus. 16. Post *cornix* colon in multis editis, tamquam sqq. sint apodosis. Falso. 17. *trepidat* Pulm. 1. Lips. 1. Alt. 1 a m. s. Cun. San. Male. 18. Post *Orion* interrogandi signum exhibent Basill. Mur. Cruqu. Torrent. Fabr. Steph. Fab. Rutg. Bentl. Cun. San. Dacer. Melius convenit monitoris affectui simplex punctum.

lam apostrophe. — *licet* elegantem in precando usum habet, ut pulchre observat Rutgers. lectt. V. c. 8. velut Ovid. M. III. 405. *Sic amet iste licet, sic non potiatur amato;* ubi inscite vulgo comma post prius *sic*. Est quasi h. l. *licet* per me, ego non veto, non obsum, h. cupio, opto, per λιτότητα quamdam. Mirum in modum turbatur h. l. etiam a Gesn. — *ubicumque mavis* s. esse (ex *sis*), nusquam Romae apud nos. Molle πάθος in his, & in sq. v. 14. cuius suavissima simplicitas. — *vivas*, sis. — 15. *picus* Martius dictus, magni habitus in auspicatu. Plin. X. 18. *laevus* s. ab laeva picus h. l. vetat, ap. Plaut. Asin. II. 1. 12. addicit. Scilicet forte Plautus de volatu, noster de cantu. v. sup. ad v. 11 sq. *laevus* etiam ad cornicem referendum. Cf. Virg. Ecl. I. 18. *vaga*, volucris, ornat. Nulla te mala omina *ire vetent*, precor. Vix ferendus h. l. Dacer.

17 sqq. Sed *vides*, intelligis, quantae sint hoc anni tempore tempestates, etiam cum arridet caelum, metuendae. Hoc exornavit mentione *Orionis*, tristis sideris, ortu occasuque suo procellas excitare crediti. Vnde alias *nimbosus*, *aquosus*, *saevus* Orion. — *pronus*, ad occasum nunc vergens. v. I. 28. 21. Occidit autem

Hādriae, novi, sinus, & quid albus
Peccet Iapyx.
Hostium uxores puerique caecos
Sentiant motus orientis Austri, &

Aequo-

19. *Hadriae*, v. V. L. ad I. 3. 15. *altus* cod. vet. H. Steph. (v. praefat. ad lect.) 22. *Austri* omnes mss. codd. & editt. ante Muretum, qui primus dedit *Haedi* (ex III. I. 28.) quem secutus Lamb. unde in plures editt. venit. *astri* suspicio ap. Iones. vix probanda. Sed nulla emendatione opus. v. Obss. *&* abest a Pulm. I. Helmst. Venet. 1492. Asc. Cun. San. quia, inquit Cuningamius, conveniat imprecationi dissoluta oratio. Sed convenit multo magis polysyndeton tali vehementiae.

autem cosmice ineunte hieme, sub finem Novembris. Virg. Aen. VII. 719. *Saevus ubi Orion hibernis conditur undis.* — *tumultus* pro tempestatibus, procellis. v. sup. I. 26. inf. 29 extr. — *quanto trepidet t.* post Scholl. fere expl. quanto cum tumultu, fremitu ventorum & maris, *trepidet* h. festinet (II. 4 extr.) ad occasum. Sed cum paullo durior ea ratio, tum obest, quod nunc fuisse adhuc serenum & placidum caelum putandum. Potius Orion, procellas denuntians s. comparans; dicitur *trepidare tumultu* (casu tertio) h. ad tumultum, i. satagere, *ἀγωνιᾷν*, accingens se ad procellas excitandas, ardere quasi ac aestuare spe & ambitione turbandi. Sic *trepidare bello*, Virg. Ge. IV. 69. — 18. *ego novi*, expertus sum; ut qui bis certe traiecerat. *quid*, h. quam infestus sit, quam periculosum, se ei credere, licet blandiatur. — *sinus Hadriae*, mare H. quatenus illud curva litora complectuntur. — *ater*, tempestuosus, ornat. — 20. *Iapyx*, v. ad I. 3. 4. *albus*, serenus, sereno caelo flans. v. I. 7. 15. *quid peccet*, quomodo peccare soleat in eos, quos allexit, & fidem quasi illis datam fallere. Eleganter! 21 — 24. Terribiles sunt procellae, quae hoc anni tempore ab *Austro* (v. I. 3. 14.) in mari Hadriatico timendae. Pro hoc: *sentiant*, videant, experiantur eas *hostium uxores puerique*, non tu. Vsitata poëtis talis abominatio (v. ad v. I.), etiam simpl. ad magnum malum designandum; ut Virg. Ge. III. 513. & alibi. Plane aberrat Acron.

caecos,

Aequoris nigri fremitum, & trementis
Verbere ripas.
Sic & Europe niveum doloso
Credidit tauro latus, & scatentem
Belluis pontum mediasque fraudes
Palluit audax.

Nuper

23. & omisit Cun. item San. *tremendas* Alt. 2. *trementis verbera ripae* Bentl. 7. & sic Cun. Vix „verbera ripae„ sunt verbera, quae ripa patitur, ut iam Bentl. monuit. Haud dubie librarius *trementis* accipiebat pro genitivo sing. — *trementes verbera ripas* dedit Baxt. Possint omnino dici ripae „tremere verbera„. Sed in consensu librorum & bona sententia nil mutandum. *gementes* coni. Bentl. quia navigantes in alto mari non possint sentire trementes ripas, audire gementes possint. At quid? si ne hoc quidem? Sed v. Obss. & Burm. ad Valer. Fl. II. 78. 24. *rupes* emend. San. eadem de caussa, ob quam Bentl. volebat *gementes*. 25. *Europae* Lips. 1. 2. 26. *at scatentem* emend. Bentl. quia sit antithesis. v. Obss. Sic & Sivr. 28. *palluit: audax nuper* vult H. Steph. item Best. de rat. emend. leg. c. 19. p. 170. Iam ita Ascens. 1519. Sed cur tandem *audax* in eo dicatur puella, quod flores legat & coronas nectat? Et sensum & venustatem ex hoc incidendi modo detrimentum capere, apparet. v. not.

caecos, nigros (ut *caeca nox*), vel, quod malim, obscuros, incertos, quia subito ingruunt. Cf. II. 13. 16. — 22. *motus*, impetus, vel, procellas, quas immittit. — *orientis*, surgentis. Furit maxime hic ventus, cum Orion occidit; unde huic iungi solet. v. I. 28. 21. Virg. Aen. I. 536. Igitur tam ad rem, quam ad ornatum doctissima mentio Austri. — 23. 24. Insignis pictura lyrica horrendae tempestatis. — *nigri*, nigrescentis, ab atra nocte incumbente. En & auribus & oculis subiectam scenam! — *verbere*, audacius pro, ictu fluctuum. Cf. V. 10. 3. Senec. Hippol. 1010. Quaerunt, quomodo trementes ripas sentire possint, qui in alto navigent? v. V. L. Sed non opus tanta subtilitate; valent fluctus, ad litora allisi, ad solam exornationem tempestatis, quam Auster excitat.

25 sqq. Itaque vide, ne praesentibus externae speciei blan-

Nuper in pratis studiosa florum, &
Debitae Nymphis opifex coronae,
Nocte sublustri nihil astra praeter
Vidit & undas.

Quae

29. *&* abest a Lips. 4. 30. *coronae et* coniect. ap. Ion.

blanditiis in errorem inducta, mox in mediis fluctibus ac terroribus, quod te poeniteat temeritatis, habeas. *Sic & Europe* olim, cum capta *tauri dolosi*, fallacis, mansuetudine, ei *credidisset latus*, mox *scatentem* cet. Ita procedunt sensus. Et v. Argum. Comparetur autem cum his pulcherrimum Moschi idyllion Εὐρώπη, it. Ovid. Met. II. 836-fin. VI. 103 sqq. & Cl. Bürgeri notum carmen. Cf. omnino Banier. T. IV. p. 271 sqq. ed. germ. Certatim etiam fabula expressa in monumm. antt. v. Lippert. dactyl. Mill. I. 29. 30. ed. germ. — *niveum latus credere* pro insidere. At quam praeclarum illud *credere!* quam graphica item *latus* (v. ad II. 7. 18.), & *niveum*, pulchrum. *scatentem* ac tectum *belluis* circa frementibus, πολυκήτεα πόντον. Quae ἐνάργεια! Cf. IV. 14. 47. — *palluit*, active (np. omisso *ad*), h. extimuit, cum horrore vidit *pontum & medias fraudes*, pro vulgari, sensit se in medio ponto, mediisque subito *fraudibus*, i. malis, ἄταις, constitutam *audax*, h. per audaciam suam, puella. Male fere Intpp. Cf. Ovid. l. l. 868 sqq. Praeclare autem *medias* demum, cum non esset amplius tempus effugere. Tum nobilis antithesis in *palluit* & *audax*, gratumque, ea sic in extremo tetrasticho concurrere.

29. Et quae *nuper*, paullo ante, *in pratis studiosa* fuerat cet. ea nunc *nocte* cet. En elegantissimas duas tabulas & quasi scenas iuxta se oppositas, quarum unius amoenitas non potest non horrorem alterius comparando augere. — *studiosa florum* exquisite pro, flores studiose legens. Conf. Mosch. l. l. 63-71. Ovid. M. V. 393 sqq. Claudian. R. P. II. 137 sqq. — *opifex* docte pro, nectens *coronam debitam*, voto promissam, *Nymphis* agrestibus. Quam suavis innocentiae & securitatis idea! Tanto magis ferit, quae sequitur; quemadmodum tanto gravior

Quae ſimul centum tetigit potentem
Oppidis Creten, Pater, o relictum
Filiae nomen, pietasque, dixit,
Victa furore!

Vnde?

33. *patentem* Lipſ. 4. 34. *Cretam* Lipſ. 4. *Cretam, o pater, o relictum*, Bentl. 20. unde ille coni. *pater o, relictum o f. n.* — *Cretam, o patris, o relictum f. n.* Cuning. San. Sed bene habet vulgata. — *numen* nonnullae editt. tempore Lamb. 35. *duxit* Helmſt. 36. *victa furore unde* cet. Beſt. de rat. emend. leg. c. 10. p. 172.

vior eſſe debebat Europae e comparatione amiſſae felicitatis maeror! — 31. *nox ſubluſtris*, aliquantulum lucis habens, quantum ſcilicet ſtellae dant. Quam inſignis pictura uno in verbo! — *nihil a. praeter v. & u.* ex Moſch. 129. ἀλλ' ἀὴρ μὲν ὕπερθεν, ἔνερθε δὲ πόντος ἀπείρων. Horrendum ſpectaculum! — 33. *ſimul* ac *tetigit*, cum attigiſſet, perveniſſet. — *potentem c. o.* centum urbes habentem, ex epitheto Homer. ἑκατόμπολις, Il. β. 649. De centum Cretae urbibus nota fama. cf. Virg. Aen. II. 106. Infra V. 9. 29. *centum nobilem Cretam urbibus.* Ovid. Her. X. 67. *centum digeſta per urbes.*

34 ſqq. Oratio Europae eſt e conſummatiſſimis antiquitatis operibus, ita penitus e natura παθῶν, quibus miſera puella perturbata fuit, expreſſa, ut ſummo honori eſſe Horatiano ingenio debeat. Senſus vividi, ſubiti, varii, incerti, fluctuum inſtar, navim iactantium! Pathos ſummum, nunc molle, nunc vehemens, e ſenſuum natura! Oratio diſſoluta, rupta, preſſa, fluctuans! nunc flebilis ac miſerabilis, nunc incitata, minax, demens, nunc molleſcens iterum, poſtremo furoris ac deſperationis plena! Cf. Moſch. 131 - 148. qui loquentem Europam inducit, cum adhuc tauro vehitur; noſter, cum iam pudorem amiſit: quod ſenſui & communi & poëtico multo aptius. Dignitatem decoremque ut in omnibus ſervarit, velumque infami actioni obtenderit poëtae modeſtia, iam obſervatum aliis. Comparent adoleſcentes orationem Didonis ap. Virg. Aen. IV. 590 ſqq. item Ariadnes

Vnde? – quo veni? – Levis una mors est
Virginum culpae. Vigilansne ploro
Turpe commissum? an vitiis carentem
Ludit imago
Vana

39. *aut v.* Basil. 1527. *vitio* emend. Bentl. & sic Cun. Ionef. Sivr. quia nusquam hoc sensu, sc. pro stupro, adhibeatur pluralis numerus vocabuli. Sed v. not. Quod in Acronis & Mancinelli commentariis est singularis *vitio*, id non, eos sic legisse, sed sic explicuisse pluralem, argumento est.

nes lamentationem ap. Ovid. Her. X. & in recentiori noto dramate. — 34. Praeclare primus miserae puellae sensus maesta patris recordatio. *Pater! o nomen, relictum*, neglectum, vel potius, amissum ac perditum *filiae*, a filia, a *me*, h. quem patrem appellare mihi non amplius licet. — o *pietas* erga parentem, *furore* h. temeritate & insania mea, *victa*, exstincta, prodita! Varie alii. Cf. Mosch. 142 sq. Summum dolorem prodit talis sensuum per exclamationem abruptam elocutio, alias etiam usitata poëtis in oratione pathetica; ut Eurip Med. 166. *ὦ πάτερ, ὦ πόλις, ὧν ἀπενάσθην αἰσχρῶς!* Virg. Aen. II. 241. Stat. Th. II. 33. *o pater! o nox!* Iungunt alii cum Acrone, *dixit victa furore;* quod minus placet.

37. Comparat animo pristinum statum & locum, ubi dulcem & innocentem vitam apud patrem degisset, cum praesenti, ubi nunc, ab illo distracta, adulterio polluta, misera, deserta, viveret. Hoc eloquitur praecisis interrogationibus, horroris dolorisque vehementis intimo sensui aptissimis: „Vnde veni? ubi sum?„ Iam abominatur & accusat se ipsam, memoria *hac* amissi pudoris percita. *Culpa*, flagitium *virginum*, verecunde pro adulterio s. amissae virginitatis probro. Vt generalis sententia sit: *Nimium levis una m. est culpae*, ad luendam culpam *virginum*, h. virgo peccans mille mortes meretur, ut bene Mancin. Cf. Propert. IV. 4. 17. Senec. H. Oet. 866. — 38. Incredibile videtur puellae, ut fit in malo repentino & gravi, item in acerba poenitentia, haec sibi vere accidisse. Itaque dubitat, vigiletne an somniet? Hoc praeclare exornatum. —

vigilans-

Vana, quae porta fugiens eburna
Somnium ducit? Meliusne fluctus
Ire per longos fuit, an recentis
Carpere flores?

Si

41. *quam porta* emend. Sanad. & sic Sivr. quia non ducat imago somnium, sed contra somnium imaginem. Potuisse facile lectionem *quae* oriri e glossa grammatici, *quam e porta* cet. Ingeniose utique! sed v. not.

vigilansne ploro s. *commissum*, facinus, sc. perpetrati adulterii, quam pulchre pro: egone vigilo? verumne est? *an careo* vel sum sine *vitiis*, innocens, & modo *me ludit* cet. h. & modo haec omnia somnio? *vitiis* poëtice pro, *vitio*, magno scelere; nisi in Europae facinore plura vitia inesse cum Gesn. dicas, temeritatem, impietatem, cet. *imago*, εἴδωλον, φάντασμα, species per somnium oblata, alias & *umbra*; hinc *vana*, inanis, & *ludit*, illudit; utrumque de somniis sollemne. — 41. *quae e porta eburna*, eburnea, *fugiens*, emissa, *somnium* mihi adducit. De duabus portis Somni, per quas somnia, hominibus se oblatura, ex inferis evolare dicuntur, vera per corneam, falsa per eburneam, res nota. v. Hom. Od. τ. 562 sqq. Virg. Aen. VI. 894 sqq. & ibi Ill. Heyn. Proprie omnino somnium ducit imaginem, sed doctius per inversionem *imago somnium*, quatenus somnium intelligi potest eius ipsius, qui somniat, sensus. Ceterum nimium pretiosum, ut hodie vocant, pro puellae affectu, hoc de porta eburna videri queat. — 42. *Meliusne fuit*, *i. p. longos fluctus*, h. per longinquum & vastum mare (τόσην ἅλα μετρήσασθαι, Mosch. 153. Male laudant ex Hom. κύματα μακρά.), *an flores carpere?* Exquisitior ratio pro vulgari: verene factum sit, ut melius ac iucundius mihi videretur, fluctibus me credere, quam in pratis flores legere? Cf. v. 29-32. Nondum sibi persuadere potest, sibi tantam dementiam ac temeritatem fuisse. At quomodo Europae melius visum, ire per mare, cum hoc nec praevidisset, nec sponte fecisset? Sed in hoc non nimis argutandum; praetulerat periculum

Si quis infamem mihi nunc iuvencum
Dedat iratae! lacerare ferro, &
Frangere enitar modo multum amati
Cornua monstri.

Inpu-

46. *&* eiecit Cun. quod & furori loquentis convenientius putat, copulam abesse, & ideo, quia *frangere* pro correctione mitioris verbi *lacerare* habet. Sed in hoc certe fallitur; nam *lacerare* non ad cornua pertinet. v. not. At secutus illum Iones. 48. *tauri* quid. Lamb. Div. Cruqu. libb. Torr. (ut videtur), Alt. 2. Dess. 2. Lips. 2. 3. Fran. Helmst. Loch. Venet. 1492. 1590. Asc. Basil. 1527. 31. 80. Lamb. Torr. Mur. Fabr. Steph. Rutg. Heins. Ion. & fere editt. Sed *monstri* omnes Blandd. Mart. Mald. Sil. Cruqu. Pulm. 1. 3. Bentl. 1. 2. 6. 7. 9. 10. cet. Mentel. Lips. 1. 4. Brod. Sax. Venet. 1478. Mediol. 1486. 1502. Basil. 1555. Bentl. Baxt. Cun. San. Talbot. Est quoque & elegantior lectio, cum ante adfuerit „iuvencus„ mox sequatur „taurus„ & ornatior, & vero feminae furore percitae affectui convenientior. Haud dubie *tauri* interpretamentum est. Ceterum hos v. 45-48 eiicere visum Guieto.

lum dulci otio, quatenus in illud culpa sua devenerat. Sic & v. 49. Accedit, quod ex Ovid. M. II. 870. apparet, taurum initio proximas modo litoris undas cum Europa placide ingressum, lusumque istum, forte aliquoties repetitum, securae tandem puellae mire placuisse.

45. Obmutuisse putanda h. l. per aliquod momenta stupens & meditans virgo, donec, postquam intellexit, non esse haec somnia, sed vera ac certa, summo furore corripitur, quem, uti est perturbata, primum in taurum, calamitatis auctorem, mox omnem in se ipsam convertit: quae progressio sensuum quam praeclara & naturalis sit, facile sentitur. *Si* pro utinam (ex meo sensu), ut Gr. *εἰ*, *εἰ γάρ*. v. Virg. Aen. VI. 187. E simpliciter accepto *si* languidior sententia. — *infamem*, detestabilem, turpem. Praeclarum illud *nunc*, ita affectae mihi, ut nunc sum. Humana forma sumta cum ea rem habuerat Iuppiter (Mosch. 159. Ovid. F. V. 615.); igitur taurus evanuerat: quod ob

Inpudens liqui patrios Penatis:
Inpudens Orcum moror! – O Deorum
Si quis haec audis, utinam inter errem
Nuda leones!

Ante-

51. *audit* unus Vat. & Torn. Lamb. Fran. *intererrem* Alt. 1. Lipſ. 1. *inter eſſem* Lipſ. 2 pro var. lect. 52. *Vna l.* Lipſ. 4.

ob nonnullos monendum. — 46. tum ego *enitar ferro*, enſe, illum *lacerare*, dilaniare, diſcerpere, & *cornua frangere*. Excellenter hoc expreſſum ex idea furoris muliebris, propriis manibus ulciſci ac ſaevire cupientis. Cf. Virg. Aen. IV. 600 ſqq. In *enitar* ſumma ἐνάργεια. Vult vires omnes puellares intendere; furore animoſam ſe ac fortem ſentit. — *modo*, nuper, *multum amati*, ut cui flores porrigeret, coronas imponeret, latera plauderet, oſcula daret. Moſch. 93 ſqq. Ovid. l. l. 861 ſqq. In *monſtri* (v. V. L.) male arguti Baxt. & Sanad.

49 ſqq. Se ipſam nunc accuſat damnatque; mori exoptat. *Impudens* fui in eo, quod *liqui p. P.* nunc multo magis in eo ſum, quod flagitio ac infamiae ſupervivere ſuſtineo. *Impudens*, παθητικῶς repetitum, grave verbum in puella, cuius pulcherrima dos pudor. — *Orcum*, Plutonem, *moratur*, h. ei exſpectanti, vocanti, victimam poſcenti, in mora eſt, qui non moritur, cum mori debet, qui mortem differt. Male de Orco crines abſcindente accipit Mancin. v. ad I. 28. 20. In ſq. apoſtrophe ad Deos ſummum pathos. Dum enim diram ſibi mortem imprecatur, orat v. 50-56. ut amicum aliquod Numen belluas, quae ipſam lacerent, ſibi immittat. *O ſi quis Deorum haec audis*, exquiſitior forma, pro, o Dii, ſi quis veſtrum querelas preceſque meas audit ac miſeratur. Quam lugubre ac trepidum hoc! Ita infelix ſibi & abiecta videtur, ut certum aliquod Numen compellare non audeat, dubitetque, an ſe quiſquam Deorum reſpiciat. — 51. 52. *utinam nuda*, ſola, ſine auxilio, *errem inter* medios *leones*, h. leones

Antequam turpis macies decentis
Occupet malas, teneraeque ſuccus
Defluat praedae, ſpecioſa quaero
Paſcere tigris.

Vilis

54. *ſucus* Lipſ. 1 a m. pr. 2. vid. Pier. ad Virg. Ecl. III. 6. Drakenb. ad Sil. VII. 169. 55. *Defluit* Mentel. *teneraque praeda* coni. Lamb.

nes me undique circumdent, atque in me irruant. — 54. *occupet*, inſideat *malis*, nunc *decentibus*, pulchris. Ovid. Met. II. 775. *Pallor in ore ſedet.* Tibull. IV. 4. 5. *macies occupet artus.* — *ſuccus*, humor ille in corpore, quo qui abundant, ii florent, vigent; unde ad pulchritudinem pertinet. Terent. Eun. II. 3. 26. *corpus ſolidum, ſucci plenum.* Ornate hinc dicitur ſuccus *defluere*, dilabi, cum corpus contabeſcit. — *praedae* pro, a praeda (ut ſup. 8. 10. *dimovebit amphorae*), np. leonibus tigribusque deſtinata ac debita, h. *a me.* — *tenerae* ad miſerationem valet. — 55. *ſpecioſa*, dum adhuc ſum ſp. pulchra, forma integra, *quaero*, cupio, *p. t.* Hoc non tam equidem, cum plurimis (poſt Porphyr.) ad puellarem pulchritudinis curam, multo magis formae detrimentum, quam mortem, timentem, aut cum Dacer. eo pertinere putem, quod pulchritudinem ſuam, malorum cauſſam, puniri voluerit, quam ſimpliciter ad exquiſitum quemdam humanitatis ſenſum referam, ex quo veteres & ſe, & caros ſibi, corpore quam minime deformi mori aut ſepeliri cuperent. Sic ap. Chariton. I. 5. θάψωμεν Καλλιῤῥόην ἔτι καλήν. Et videbat Horatius, quantum valerent, ad molle miſerationis πάθος, hae puellae preces. Doctrina ſi opus ſit, poſſit adferri opinio veterum, eſſe corpus pulchrum & integrum gratiorem victimam Morti ac Diis inferis, qui τὰ καλὰ τῶν σωμάτων καὶ νέα σιτεῖσθαι νομίζουσιν, ἐπειδὴ ἀκραιφνὲς αὐτοῖς τὸ αἷμα, Philoſtr. vit. Apollon. IV. 25. Denique obiecerunt, non dari in Creta leones ac tigres; tamquam hoc vel ſcire, vel nunc cogitare, vel Europam vel poëtam oportuerit. Comparetur cum his vv. Ovid. Her. X. 81 ſq.

Vilis Europe, pater urguet absens,
Quid mori cessas? Potes hac ab orno
Pendulum zona bene te sequuta
Laedere collum.

Sive

57. *Europae* unus Vat. Fa. & pro var. lect. Torn. Lamb. omnes Blandd. & Div. Cruqu. Pulm. 4. Lips. 2. Venet. 1492. Vnde primus Erasm. explicuit: „pater, Europae (casu tertio), h. tibi, o Europe, vilis, contemtus, spretus.„ Itaque *Europae* Lambin. Glarean. Basil. 1555. 580. Heins. Placet etiam Cruquio, Bruto, Gesnero. Sed valde illud & durum & languidum, ex meo quidem sensu. Quanto & aptior & gravior sententia e lectione *Europe*, quam praeferunt Porphyr. multi Lamb. & Cruqu. omnes Torrent. & nostri, praeter unum, Venet. 1478. Locher. Asc. Basill. Muret. Fabr. Fab. Rutg. Steph. Dacer. Bentl. e suis, Baxt. Cun. San. cet. 60. *Laedere* plerique codd. Lamb. omnes Cruqu. Torrent. Bentl. ac, praeter unum, nostri, duo Bersm. Venett. Locher. Asc. Basill. Lamb. edit. sec. Cruqu. Torr. Steph. Fab. Dac. Heins. Baxt. Ion. I. F. Schmid. V. C. *elidere*, diviso vocabulo, primaque syllaba ad v. 59. relata, Farn. unus Vat. & alii nonnulli Lamb. Sic & ipse Lamb. ed. pr. & iam ante eum Muret. Recentiori aetate hanc lectionem tuentur N. Heins. ap. Bentl. & ad Ovid. Fast. V. 371. tum Bentl. quia „guttur laedere„ nusquam pro constringere, aut frangere, dicatur. Eum secuti Gesner. Klotz. lectt. Ven. p. 335. Cuning. Sanad. qui addit, pro affectu loquentis „laedere„ nimium debile verbum esse. Sed v. Obss. Denique *lidere* a Petro Pagano in margine notatum reperit G. Fabric. & in contextum recepit, quod sit verbum in hac significatione proprium, a *lisis*, i. venis gutturis maioribus. Sed quis tandem Horatio vocabulum inferioris aetatis ac latinitatis, qualia sunt *lidere* & *lisae* (v. Glossar. Dufresn.), obtrudat?

57. Non audiunt illam Dii; non adsunt leones, non tigres. Igitur, dolore furens, ipsa sibi mortem inferre statuit. Sed hoc vide, ut a poëta tractatum sit. Sceleris conscientia agitata puella, quocumque respicit, *absentis patris* speciem sibi adstantem videt, minaci ac terribili vultu, poenas a scelesta filia repetentem, mori iubentem. Quam insigne phantasma! — *Vilis*, abiecta. *urget*, increpat, instat continuo, cum vi, pro, dicit, inquit. Hinc enim usque ad v. 66. verba parentis refert, quae sibi exaudire videtur: quod multo gravius ac ποιητικότερον,

Perfidum ridens Venus, & remisso
Filius arcu.
Mox, ubi lusit satis, Abstineto,
Dixit, irarum calidaeque rixae, 70
Quum tibi invisus laceranda reddet
Cornua taurus.

Vxor

69. *luxit* Mentel. 71. *Tum* Lipſ. 3. *Dum* (donec) Venet. (Ald.) 1490. Alt. 2 a m. ſ. Sic vult Klotz. lect. Ven. p. 336. *Non tibi* Ge. Fabr. in ed. Baſil. 1555. Neſcit Bentl. unde? Scilicet ex male intellecta Acronis nota. Attamen ſic etiam noſter Lipſ. 1. *Mox tibi* Lipſ. 4. forte ex initio v. 69. *Num tibi* coni. ap. Ioneſ. *Iam tibi* coni. Bentl. qui ad faſtidium argutatur in vulgata. Sed omnino, qui hanc, eiusque venuſtatem, recte intellexerit, nullam emendationem exoptabit. *iniuſſus* coni. Bentl. ſponte ſe tibi tradet; ſed quanto pulchrius verbum *inviſus!* v. Obſſ. In cod. noſtro Lipſ. 4. eſt quidem *inuſſus*, quod legi poſſet *iniuſſus*, ſed eſt haud dubie *inuiſus*, ut ſolet inprimis is codex. *viſus* Mentel.

rat, adſtabat iam dudum, *querenti*, pro, *ei*. Apud Moſchum, 150 ſqq. taurus puellam conſolatur. — 67. *perfidum*, perfide, malitioſe, *ridens*. Saevam voluptatem capit ex hoc ſpectaculo, opere ſuo; delectatur puellae, tam lepido dolo deceptae, deſperatione. — 68. *& filius*, Amor, negligenter tenens *arcum remiſſum*, laxatum; quia opus ſuum exegit. Suavis color! E picturis Herculan. (T. II. t. 15.) Ariadnae adſtantem Amorem cum arcu nervo carente laudat Klotz. neſcio, quam commode. Omnino eſt in his vv. pulcherrima ac vividiſſima pictura, doctiſſima figurarum compoſitio & oppoſitio. Hinc Europa in maximo luctu, mori parata, illinc Venus ridens, & Amor cet. Poſſet pictor aliquis aut chalcographus praeclarum inde opus exprimere.

69. *Mox ubi ſatis luſit*, h. ludo iocoque indulſit, volupe ſibi fecit, puellamque irriſit. 70. *abſtinere irarum*, graece pro, ab ira, λήγειν χόλοιο, ut II. 9. 17. *rixa* cum ad obiurgationem pertinet, tum ad vim inferendam, frangenda cornua. — *calida*, quae ab animo calido, h. irato, proficiſcitur. *Abſtineto* autem pro futuro *abſtinebis*, ut ſaepius.

Recte

Vxor invicti Iovis eſſe neſcis:
Mitte ſingultus: bene ferre magnam
Diſce fortunam: tua ſectus orbis
Nomina ducet.

CAR-

73. *inviti* Lipſ. 4. Poſt *neſcis* interrogandi ſignum vulgo in editt. Sed rectius e meo ſenſu ſine interrogatione legitur. Sic Baxt. Sanad.

Recte Acron Fabric. „non lacerabis.„ Minata es, te la ceraturam taurum, eiusque cornua fracturam (v.45 ſqq.); ſed profecto, non hoc facies, o bona, non ita ſaeva eris, *cum tibi taurus* ille *inviſus*, quem modo ita abominaris, ultro *reddet*, dabit, *cornua laceranda*, h. frangenda. Quid autem? an umquam taurum reviſura erat? Non ſane hoc dicit Venus; potius per ſuaviſſimam allegoriam ipſe ille, qui ſub tauri figura latuiſſet, rurſus ſe oblaturus puellae & quaſi puniendum traditurus feſtive declaratur. Tum non lacerabis tu taurum iſtum; omni potius ira poſita gratiam ei magnam habebis, eritque eo is tibi carior denuo, ubi ſcies, quis ſit ille, quem taurus occuluit, qui te hîc amplexus eſt, amator tuus; nam *neſcis* cet. Sic procedunt ſenſus; ſed valde haerent vulgo.

73. *Neſcis eſſe uxor*, graeca forma, pro, neſcis, te eſſe uxorem, οὐκ οἶσθα εἶναι γυνή. *uxor* pro amica, concubina. Moſch. 161. νύμφη Ζηνός. v. S. V. Erneſti ad Sueton. Veſp. 3. — *invicti*, ſupremi, maximi, ornat. — 74. *mitte ſ.* omitte querelas. — *bene*, patienter, *ferre diſce*, quam praeclare! Aliena ſectatur Lamb. — 75. *Nomina tua ducet*, nomen tuum habebit, accipiet, pars orbis terrarum. Pro *pars* cogitandum *ſectio*; hinc pro *ſectio orbis* doctius *ſectus orbis*. Sic nil refert, accipiasne pro tertia an pro altera parte; licet omnino bipartita terrae diviſio in Aſiam & Europam (ad quam relata Africa) apud vett. occurrat. v. Varr. L. L. IV. 2. Salluſt. Iug. 17. Dalechamp. ad Plin. III. 1. & huius l. gratia inpr. ſomnium Europae ap. Moſch. 6 ſqq.

CARMEN XXVIII.

ARGVMENTVM.

Neptunalia Romae mense Iulio, a. d. V (vel, aut alii, X) Calend. Aug. magna celebritate agitata. v. Varr. L. L. V. 3. Phil. a Turre monumm. vet. Antii, p. 65. Illo igitur festo die Horatius ad Lyden *hoc c. scripsit. Quod vulgo haec Lyde libertina ac fidicina fuisse creditur, id mihi quidem secus videtur. Nam v. 4. totusque carminis habitus vix sinit nos fidicinam ac meretriculam aliquam, potius iubet matronam Rom. nobilem, honestam, doctam eamdem, item valde gravem ac severam, ceterum amicam (decoro sensu) Horatii intelligere. Ad fidicinam amatam sane longe alium esse oporteret colorem carminis. Quare mihi persuasum, esse hanc Lyden, vel eam, quae hoc nomine tegatur, diversam ab illa, de qua III. 11. & sic delenda sunt, quae ibi ad v. 7. in notis posueram, verba: ,, Ad Lyden --- apparet. ,, Igitur* cum Lyde Neptunalibus sacrificium domesticum & convivium, e dierum festorum more, pararet, Horatius ei condicit, seque convivam offert, atque eam, ut hodie aliquantum a sapientia recedendum, laetitiaeque aliquid indulgendum censeat, hortatur. Caecubum apud eam vult bibere, alterneque cum ea Numinum laudes ad lyram canere, e conviviorum ritu. *Magnas virtutes lyricas, in simplicissima progressione, venustissimum odarion habet. Inprimis tam in ideis, quam in elocutione ornatuque elegans doctrina cernitur, interdum, ut videtur, e graeco exemplo expressa. Item observetur vividus hilaritatis sensus; decoraque simul dignitas, per totum carmen regnans. Praesertim ita scena quasi a poëta instituta putanda, tamquam subito neque exspectatus aut invitatus intret Lydes domum,* quid enim, *inquiens,* potius faciam *cet. Quae quam sit grata ac vivida conversio, quamque suavem subitarii carminis speciem sic ode acceperit, quis non videt?*

AD

AD LYDEN.

METRVM VI.

Festo quid potius die
Neptuni faciam? Prome reconditum,
Lyde, strenua Caecubum,
Munitaeque adhibe vim sapientiae.

Incli-

PARAENETICE AD LYDEN NEPTVNALIBVS vet. cod. Torr.

2. *facias* emend. Bentl. ob sq. *prome*, quia apud Lyden fuerit convivium, neque igitur Horatium quidquam facere oportuerit, sed Lyden. Sic & Sanad. edidit. Manifestam etiam & verisimilem coniecturam dicit Cuning. animadv. c. 19. p. 376. at non recepit. Sed non intellexerunt VV. DD. quam bonus & insignis esset sensus, e vulgata lectione, eaque mutata ut omnis huius principii venustas peritura foret. v. Obss. *fatere* (sc. oportet, decet) coni. Cun. l. l. male. *facimus* coni. ap. Ion. 3. Post *Lyde* comma ponunt Bentl. Cun. San. Ion. Recte! v. not. Alii iunxerunt *Lyde strenua*.

1. Intrat Lydes domum poëta. v. Argum. *Quid* enim *potius*, melius, *faciam*, facere possim hodie, sc. quam venire ad te? bibendoque hunc diem apud te hilariter agere? En me tibi! Igitur *prome* nunc cet. De *Caecubo* v. ad I. 20. 9. *promere* & *condere* s. *recondere* vocabula propria, ut notum. Sed mihi *reconditum* Caecubum amplius quid declarare videtur, quam simpl. *conditum*, dicique eodem sensu, quo *interior nota Falerni*, II. 3. 8. ubi v. not. Notum e Cicer. *interiores & reconditae litterae.* — 3. *strenua*, iungendum cum *prome*, pro *strenue*, celeriter, cum alacritate quadam. Sic ap. Cic. *strenuus* & *strenue*, ut Phil. II. 32. — 4. *vim adhibe sapientiae*, h. severitati, pro, *tibi* severae. Proprie *pectus* munitum sapientia, quatenus sapientiae studio praeceptisque obfirmatum est adversus omnem & fortunam & affectum, inpr. adversus voluptatem ac hilaritatem; unde, ubi nimium illud studium fuerit, in habitum

quem-

Inclinare meridiem
  Sentis: ac, veluti ſtet volucris dies,
Parcis deripere horreo
  Ceſſantem Bibuli Conſulis amphoram.

Nos

6. *& veluti* duo Blandd. Cruqu. unus Bersm. Mentel. Pulm. 2. *& volucris ſtet veluti dies* Alt. 1. — *at veluti* coni. Lamb. Poſt *ſentis* & mox poſt *amphoram* interrogandi ſignum ponunt Cun. San. Minus bene, arbitror. 7. *diripere* pauci quidam codd. ut Mart. Cruqu. Pulm. 3. 5. Lipſ. 2. 4. item Venet. 1492. Locher. Aſc. Muret. Land. Rutg. Sed alienum eſt h. l. illud verbum; rectius itaque ceteri *deripere*. v. Heinſ. ad Ovid. Met. III. 52. Saepius permutata a librariis *de* & *di* in verbis compoſitis. 8. *bibuli*, minuſculo *b*, ſcribit Cl. Sivr. & „bibulum Conſulem„ dici contendit Meſſalam Corvinum, cui ſervata fuerit amphora; laudatque III. 21. 9. Non equidem, quin ſubriderem iſthaec legens, facere potui.

quemdam triſtem ac horridum ſeveritas abit. Cf. ad III. 21. 10. Sed doctius ipſa *ſapientia* in pectore habitans, *munita* dicitur; qua ratione nil elegantius: ſed vix in aliam linguam transferri poteſt. Igitur Lyden vult *munitae* ſapientiae *vim adhibere* (quam praeclarum & nobile hoc!), np. vino bibendo, quod expugnat gravitatem, hilaritatique locum facit. Plane eadem notio erat ſup. 21. 13. ubi v. not. Porphyrion: *Graeci aiunt, vim ſapientiae adhiberi* (βίαν προσφέρεσθαι) *per vinum*. Nec abhorret σοφία ἄμφερος.

5. Docte *meridies* h. ſol meridianus, *μεσουρανῶν*, dicitur *inclinare*, cum ab illa caeli ἀκμῇ, quam medio die attingit, recedere & ad occaſum vergere incipit. Vulgarior ratio ap. Liv. IX. 32. *ſol* (a) *meridie ſe inclinavit*. Aliud eſt, cum *dies inclinare* dicitur, np. in veſperam. — 6. *ſentis*, cernis, vides. Meridies praeteriit iam, *ac*, & tamen tu, *veluti ſtet*, non procedat in caelo *dies*, nondum, quae ad convivium pertinent, comparas. Hoc ornant vv. 7. 8. — *volucris*, praeclare! tam ob oppoſitum *ſtet*, quam, quia ineſt momentum feſtinandi. — 7. *parcis*, ceſſas, cunctaris adhuc, *non* (ſ. nondum) deripis. Nam *parcere*, h. abſtinere, ut Gr. φείδεσθαι, ad elegantem verborum negativo-

Nos cantabimus invicem
Neptunum, & viridis Nereïdum comas:
Tu curva recines lyra
Latonam, & celeris ſpicula Cynthiae:

Summo

9. *in vices* nonnulli Lamb. H. Stephani codd. (epiſt. ad lect.) Mart. Cruqu. Mentel. Lipſ. 2. *invices* Maldeg. Cruqu. Nil nos cogit, reiicere vulgatum *invicem*, ceterorum codd. auctoritate firmatum. 10. *Nereïdum choros* Lipſ. 4. memorabilis lectio. 12. Poſt *Cynthiae* indocte intruſit & Bonfin. annotat. 42.

gativorum periphraſin poëtis valet. — *horreum* non modo locus quo frumenta conduntur, ſed, ubi quaecumque copia reponitur, e Gr. ἀποθήκη. Vnde h. l. apotheca ſ. veterarium vini, in ſuperiori aedium parte, ut notatum ad III. 8. 11. Senec. epiſt. 114. *adſpice veteraria noſtra & plena multorum ſaeculorum vindemiis horrea.* Hinc *deripere*, rapere de horreo (cf. ſup. 21. 7.), pro depromere, ſed cum notione feſtinationis. Impatiens morae Horatius. — 8. *ceſſantem*, copioſe additum, quam ceſſas deportare. Nil amplius. — *amphoram*, cadum vini Caecubi, M. Calpurnio Bibulo Cos. h. a. V. DCXCV conditi. Quod Bibulum, inertiſſimum conſulem, ut e Suetonio notum, non collegam eius, Iul. Caeſarem, nominat, in eo mire argutantur Intpp. Sed nulla alia de cauſſa is memoratus, niſi quia ad annum deſignandum aptior erat, quam Caeſar, qui ſaepius Cos. fuit.

9. *invicem*, alterne, per vices. Cantus amoebaeus declaratur. — 10. *Nereïdes*, quia marinae Deae, Neptuno iunctae. *Viridis* & *caeruleus*, perpetua numinum marinorum epitheta, a colore maris. v. ad I. 17. 20. unde iis & *virides* ſ. caeruleae *comae* tribuuntur. Neptunus κυανοχαίτης ſaepius. *Virides* autem *comae Nereïdum*, docte pro, Nereïdes virides comas habentes. — 11. *curva*, I. 10. 6. *recinere* h. l. pro viciſſim canere ſ. canendo reſpondere. *Latonam* & *Dianam* inprimis caras Lyde, forte in Penatibus ſuis habuiſſe videtur. v. Arg. I. 30. Illis e ſuo ſenſu Venerem adiungit Horatius, quod tanto ſuavius, quo ſeverior Lyde. Nil ulterius argutandum. —

12. *ſpi-*

Summo carmine, quae Gnidon,
Fulgentisque tenet Cycladas, & Paphon
Iunctis visit oloribus:
Dicetur merita Nox quoque naenia.

CAR-

13. *cardine*, quod volebat quidam tempore Ge. Fabr. est in nostris Lipf. 1. 4. Apertus lapsus. *Cnidon* multi: v. V. L. ad I. 30. 1. 14. *Paphum* meliores Torrent. Bentl. 2. 3. 6. 8. 9. & alii, e meis Lipf. 1. 3. 4. Venet. 1492. Locher. Ascens. Sed praestat *Paphon*, non minus in multis codd. obvia & doctior forma. Homoeoteleuton nullum; nam *Gnidon* & *Paphon* versum quidem claudunt, sensum in legendo non item. Interim *Paphum* Bentl. Cun. Sanad. Profecto, si vulgo lectum fuisset *Paphum*, Cuning. in *Paphon* mutasset. 15. *vinxit* Lipf. 3. 16. *Dicetur* ad praecedentia trahunt, & post illud incidunt Bentl. Cun. Sivr. Facile, quam hoc neque opus, & durum sit, patet.

12. *spicula Cynthiae*, Dianae (a Cyntho, Deli monte), iterum docte pro, Dianam gerentem spicula, tela, ἰοχέαιραν. — *celeris*, quia venatrix. — 13. *summo c.* extrema parte alterni carminis, h. postremo, sc. cantabimus, *Venerem*. Pro hoc ornate: Deam, *quae tenet* (sup. 26. 9.) *Gnidon* (I. 30. 1.) & *Cycladas*; nam in multis harum templa habebat, velut in Delo. v. Spanhem. ad Callim. H. Del. 308. 14. *fulgentes*, quia fere de albo marmore sunt, superinducta terra, unde latera nuda montiumque passim iuga eminus candent. Hinc *nitentes*, I. 14. 19. — *& Paphon* (I. 30. 1.) *visit*, invisit; quatenus loca sibi cara frequentant Numina, inpr. sacris sibi diebus. — 15. *iunctis oloribus*, h. vecta curru, cui iuncti olores. — 16. *Noctem* Deam venerari in convivio nocturno sollemne (v. ad III. 19. 10.), etiam cantu. Inprimis videntur, cum coena per noctem producta esset (quod ipsum hodie fieri oportere, sic praeclare designat Horatius), discessuri convivae Noctem carmine laudasse, illique gratias egisse. — *naenia* h. l. simpl. pro carmine; nil amplius. Mire argutantur. — *merita*, quae ipsi debetur.

CARMEN XXIX.

ARGVMENTVM.

Ex meo sensu omnium odarum, quas fecit Horatius, nobilissima & quasi princeps; iam ab argumenti excelsitate, quam a summis tractationis lyricae virtutibus. Illam & FRIDERICVS MAXIMVS REX, *cum ante Rosbacensem pugnam Lipsiae esset, Gottschedio inde a v. 29. accedit, Ipso praesente habita, explicandam dedit, magnoque animo Suo, in illis praecipue temporibus, carissimam declaravit.* --- Imminebat iam ferventissimum aestatis tempus (*v. 17 seqq.*), *quo, Vrbe relicta, rus secedere principes quique Romani solebant.* Igitur invitat Maecenatem Horatius, ut ad se in Sabinum veniat, missisque curis ac negotiis aliquantulum sibi indulgeat. *Quod ut illi persuadeat, variis a principio* momentis *utitur,* ductis tam a fastidio, quod splendor & luxus aliquando parit, quam a pestilenti anni tempore, *quo nemo in Vrbe manere, quisque rusticae vitae otio ac vicissitudine recreare se cuperet. Sed sequuntur graviora.* Erat *eodem tempore, sc. a. V. DCCXXXIII,* Maecenas Vrbi praefectus (*v. ad III. 8. 17.*), magnique motus, sub Oriente ac Septentrione, *ad gravissimum bellum, illinc cum Parthis, hinc cum Scythis s. Sarmatis spectabant. v. vit. Hor. a. V. DCCXXXIII & XXXIV. Iam cum in illo magistratu Maecenas, vir sane exsomnis, providus atque agendi sciens (Vellei. II. 88.), non solum Vrbi & Italiae; sed universo Imperio metuere, nimiumque anxio statim ac sollicito animo, ubi vel in extremis finibus moveretur aliquid, quo illud evasurum esset, timere soleret (cf. ad III. 8. 17 & 25.); igitur* eum poëta omnium talium curarum, laborumque publicorum, aliquando oblivisci, neque de futuris nimium excruciare se, sed laeto animo res praesentes moderari, bonis praesentibus frui, cetera Deo permittere iubet; sanctissimisque sic demum excelsae sapientiae praeceptis inde a v. 29. implicatur. --- *Carminis virtutes lyricae vix satis extolli possunt. Maxime admirabilis idearum sensuumque cum vicissitudo & varietas, tum vero continua adscensio, ut ita non languescat odes in hac longitudine vis & spiritus, ut potius crescat sensim ac augeatur ad summam inde a v. 29. & sententiarum & orationis gravitatem ac maiestatem. Pulchre & vere Iul. Scaliger (Poët. VI. 7.): „Vicesima nona incipit lenissime, tum vero semper assurgit eo usque, quo nemo aliorum pervenire possit.„ Ornatus poëticus, pro idearum natura, nunc ita suavis & placidus, nunc ita splendidus ac magnificus, nunc, in sublimi quidem sensu, ita masculus & grandis, ita simplex in eodem genere & fortis brevitas, ita excellens & quasi regius per totum carmen numerorum lyricorum concentus, nullum ut aliud Horatii carmen huic par haberi queat. Fuit illud, uti iam dictum, compositum a. V. DCCXXXIII, ante II. 9. & III. 8. quorum v. Argg. Legi cupio a studiosis versiones Weissii & Mastalerii VV. CC. & comparari cum nostro alia, quibus illud de abiicienda futurorum anxia cura Horatius tractavit; ut I. 9 & 11. V. 13. cet.*

AD

AD MAECENATEM.

METRVM XVI.

Tyrrhena regum progenies, tibi
Non ante verso lene merum cado,
Cum flore, Maecenas, rosarum, &
Pressa tuis balanus capillis

Iam

2. *versum* unus Bersm. Brod. Lips. 3 & a m. pr. 1. Mentel. Dess. 2. *cadum* Lips. 1. 4. *balanos* Cun.

1. *Progenies Tyrrhena regum*, doctior iunctura pro, regum Tyrrhenorum. Similis forma Virg. Aen. VIII. 526. Maecenatis genus ab Etruscis regibus ducere sollemne poëtis. v. I. 1. 1. Prop. III. 7. 1. Mart. XII. 4. Albinov. II. 13. sive certum hoc, sive vulgo creditum fuerit. Cum ortus esset nobilissima Etruriae gente *Cilnia*, quam praepotentem apud Arretinos, unum e XII magnis Etruriae populis, fuisse apparet e Liv. X. 3 & 5. facile potuit fieri, ut ex ea essent olim, si non reges Etruriae (quod vix probabile), certe Lucumones s. στρατηγοὶ Arretinorum; cum XII illae civitates suum quaeque Lucumonem haberent: quocum praeclare convenit Serm. I. 6. 4. Iam Lucumones Etrusci olim *reges* vulgo dicti; atque omnino, qui apud cives suos opibus ac potentia valent, summosve honores gerunt, *reges*, βασιλεῖς, ἄνακτες, saepe. Plura praestari vix possint. Sed copiosa fere & vana Virorr. DD. eruditio super regio Maecenatis genere. v. Meibom. Maecen. c. 2 & 3. — 2. *tibi iamdudum est*, pro, paratum est. Quae simplicitas exordii! — *lene*, ap. vetustate. — in *cado*, *non ante verso*, h. intacto adhuc, & integro in hunc diem servato. Nam *vertebatur* s. invertebatur cadus, cum inde effundebatur vinum. cf. Serm. II. 8. 39. — 3. *flos rosarum*, rosae. v. ad II. 3. 14. Sollemnia de convivio haec tria, vinum, unguenta, flores. v. II. 3. 13. III. 14. 17. — 4. *balanus*, myrobalanus (μυροβάλανος, βάλανος μυρεψική), glans unguentaria, nucis avellanae magnitudine, e cuius cortice suavissimi odoris

Iam dudum apud me est. Eripe te morae:
Ne semper udum Tibur & Aesulae
Declive contempleris arvum, &
Telegoni iuga parricidae.

Fasti-

6. *nec* aliquot Torr. unus Bersm. Lips. 4. Alt. 2. a m. pr. Baxt. *non* ceteri Torr. unus Bersm. Lips. 2. Locher. Venet. 1492. Asc. *ne* Lamb. Cruqu. & Bentl. e suis codd. Mentel. Fran. Lips. 1. 3. Dess. 2. Helmst. Alt. 2 a m. s. Venet. 1478. Basill. Steph. Rutg. Fabr. Fab. Heins. Ion. Dacer. Igitur praestat auctoritate. At *neu* Cun. San. — *Aesolae*, *Asulae*, *Esulae*, *Essulae*, item *Aesulae*, *Esulae*, *Essulae*, varietates. Praestat e libris antt. scribi *Aesulae*. 7. *&* abest a Lips. 4. Helmst. 8. *Telegoni* error; *patricidae* Lips. 1 a m. pr. Mur. Fab. Dacer.

ris oleum, expressum, *balaninum* vocatum, unde pretiosum unguentum fieret. Nascebatur in Arabia, Aethiopia, Aegypto. Praestabat Arabica, maxime Petraea, ad urbem Petram, hod. *Crac.* v. Plin. XII. 21. XIII. 1. Romam veniebat non glans, sed oleum, e Syria. v. ad I. 31. 12. — *pressa b.* docte pro, unguentum expressum e b. *capillis tuis*, pro *tibi*, v. 1. — 5. *morae*, iis quae te morantur ac retinent.

6. Habebat Maecenas in Esquiliis cum hortos celeberrimos, tum magnificam alteque exstructam domum, omnibus Romae aedificiis eminentiorem, unde non modo in totam Vrbem, sed & in vicina oppida, Tibur, Aesulam, Praeneste, Tusculum, amoenissimus prospectus pateret, quo inprimis delectatus Maecenas videtur. Etiam Strabo V. p. 238. illa oppida dicit esse ἐν ὄψει τοῖς ἐν Ῥώμῃ. Dicitur Maecenatis *domus alta*, Epod. IX. 3. Suetonio Ner. 38. *turris Maecenatiana*, qua non turrim a domo diversam, sed hanc ipsam declarari puto; siquidem *turres* saepius domus altae & magnificae (v. I. 4. 21.), in quarum tectis fere solaria, interdum omnino & turres eminebant, prospectus praesertim gratia. E turri Maecenatiana Neronem incendium Romae adspexisse narrat Sueton. l. l. Rudera, quae Romae hodie cernuntur, *torre meza* dicta, e templo potius aliquo, quam ex illa turri Maecenatis supersunt. v. Meibom. Maecen. c. 28. Itaque pro: noli semper

per

Fastidiosam desere copiam, &
Molem propinquam nubibus arduis:
Omitte mirari beatae
Fumum & opes strepitumque Romae.

Ple-

9. & abest a Lips. 4. Helmst. Cun. 12. *opus* Lips. 4.

per & continue in Vrbe morari, excellenter: *ne semper* domo tua te inclusum teneas, satisque habeas, ex ea *contemplari*, prospicere, *Tibur*, *Aesulam*, *Tusculum*. Iam oppida haec, eorumque agrum exornat, suavissimaque pictura declarat. cf. III. 4. 14 sqq. & ibi not. *udum*, aquis irriguis abundans, ob Anienem, rivos, fontes. v. I. 7. 14. 9. *Aesula*, oppidum Latii inter Praeneste & Tibur, in *declivi* situm. *Aesulanos* memorat Plin. III. 5. — 8. Tusculum (hod. *Frascati*), Latii oppidum amoenissimum, in colle situm (v. Strab. V. p. 239.); unde eius ager *iuga*. — *Telegonus*, Vlyssis e Circe filius, cum patrem quaerens in Ithacam esset delatus, eumque Vlysses pro latrone habitum repellere ab insula vellet, inscius parentem aculeo pastinacae, τρυγόνος, piscis marini, interfecit; unde *parricida*. v. Intpp. ad Homer. Od. λ. 133. Hygin. f. 127. Hinc in Italiam redux Tusculum condidisse fertur; ut omnium prope urbium Italiae origines a Graecis repetebant Romani. v. Ill. Heyn. ad Virg. Aen. VII. Exc. IV. p. 119.

9. *fastidiosam*, quae aliquando fastidium ac satietatem parit. Quam excellens h. l. epitheton! — 10. *moles*, pro ingenti aedificio. cf. II. 15. 2. Est domus Maecenatis, v. ad v. 6. — *omitte*, noli, *mirari*, h. praeferre, quatenus semper Romae erat. *Mirari* saepe poëtis de re, quae praefertur, & *odisse* de re, quae posthabetur. Sic *delectare* erat sup. 27. 62. Eum velut canonem criticum de verbo *mirari* probe tenendum sibi studiosi putent. — *beatae*, opulentae. — 12. Praeclare ea memorat, quae fastidium urbis inferre possunt, Maecenatique e turri sua Romam prospectanti inferre poterant. — *fumum* int. tam fumum, ex innumeris fumariis ascendentem, quam incubantes semper plateis

teis

Plerumque gratae divitibus vices,
Mundaeque parvo sub lare pauperum
Coenae, sine aulaeis & ostro,
Sollicitam explicuere frontem.
Iam clarus occultum Andromedae pater
Ostendit ignem: iam Procyon furit,

Et

14. *pauperis* Alt. 2. 17. *Andromedae*, latina terminatione, omnes mss. codd. nisi quod nonnulli *Andromadae*, *Andromachae*, item omnes editt. antt. ante Muretum, qui primus perperam induxit *Andromedes*, unde fere sic editt. secutae. v. V. L. ad III. 4. 27. & Heins. ad Ovid. Her. XVIII. 149. Recte *Andromedae* Heins. Bentl. Baxt. Cun. San. Sivr. 18. *ostentat* conj. Cun. *Prochion* error.

teis vapores. Numquam ita purus in urbibus, uti ruri, aër. Male alii. — *opes*, luxum, splendorem; quatenus hic ipse tandem ingratus & molestus. Attamen meus quidem sensus aliud h. l. vocabulum, propius ad fastidium pertinens (quemadmodum *fumus* & *strepitus*), requirere mihi videtur.

13 — 16. Pulcherrimi versus! suaviter recreantes post magnificentiae tumultuosae, ac fastidiosae imaginem. Praeclare inflexa & composita omnia ad movendum Maecenatem. — *Plerumque*, haud raro, *gratae vices*, grata vicissitudo & varietas, & *mundae*, simplices quidem neque opiparae, at nec sordidae *coenae sub lare parvo*, in exigua casa *pauperum*, *sollicitam*, sollicitudine contractam *frontem divitibus*, divitum, *explicuere*, explicare solent, h. eos, discussa tristitia, exhilarare. Emphasis in epitheto *gratae*. *aulaea*, vela in triclinio appensa & tenta super mensam apud vett. ne quid pulveris decideret. v. ad Serm. II. 8. 54. Erant fere e purpura, unde *aulaea & ostrum*, nota forma, pro aulaeis ex ostro. Nisi mavis *ostrum* intelligere stragula lectorum purpurea.

17 sqq. Ferventissimum anni tempus est, quo nemo in Vrbe manet. Expressa haec e vv. Alcaei ap. Athen. I. 17. τέγγε πνεύμονας οἴνῳ, τὸ γὰρ ἄστρον περιτέλλεται, ἁ δ' ὥρα χαλεπά, πάντα δὲ διψᾷ ὑπὸ καύματος. Quamquam haec ad bibendum pertinent, noster l. proprie

ad

Et ſtella veſani Leonis,
Sole dies referente ſiccos.
Iam paſtor umbras cum grege languido
Rivumque feſſus quaerit, & horridi
Dumeta Silvani: caretque
Ripa vagis taciturna ventis.

Tu

20. *Sole graves referente luces* malebat Scaliger. 22. *horrida* 2 Vatt. & Iann. Lamb. Mentel. Pulm. 5. Bentl. 13. 19. Landin. Locher. Ornatior quoque ceterorum lectio *horridi*. 23. *horrida d. ſilvarum* Pulm. 5. unus Lamb. *caret qua* Pulm. 5. cod. Achill. Stat. ap. Lamb. 24. *venis*, h. rivulis, coniect. ap. Ioneſ.

ad Vrbem deſerendam. — *Andromedae pater*, Cepheus, notum aſtrum boreale, ſub cauda Vrſae minoris, quod VII Id. Iul. veſpere oritur, *Procyon* Idib. Iul. mane, clara ſtella in *Leonis* pectore IX Cal. Aug. ac XIII Cal. Aug. ſol in eumdem Leonem tranſit. Colum. XI. 2. 51. Igitur deſignatur omnibus media aeſtas. — *clarus*, & mox *ignis*, ut de aſtro; nil amplius. *oſtendit ignem*, pro oritur. — *occultum*, occultatum, np. antea quam ortus eſt; ad ſolum ornatum. Male Baxt. *Procyon*, Ciceroni dictus *Ante Canem* (Arat. 222.), ſtella primae magnitudinis in Cane minore (item totum ſidus), XI diebus *ante* Sirium & Canem (maiorem) oriens. Vtraque ſtella, Procyon & Sirius, auſtralibus inprimis populis ob inſignem ſplendorem, eodemque tempore ingruentem aeſtum, notabilis. — *furere* proprium calori verbum. Proprie ſol ſ. aeſtus furit; doctius *Procyon*, quatenus eo oriente furit aeſtus. Eadem de cauſſa *veſanus*, rabidus *Leo*, ut alias *inſana Canicula*. Copiâ autem poëtica, *veſanus furit*. — *ſtellam L.* non opus explicare illam unam, quam *cor Leonis* vocant; ſed *ſtella* exquiſite pro ſidere. — 20. *dies ſicci* pro calore.

21—24. Poſt verſus 17-20 quam diverſo modo animum afficit lene hoc & ſuave tetraſtichon! Ipſum rerum languorem ſpirare videtur oratio. Neque autem ad meridiem, ut vulgo explicant, ſed omnino ad aeſtum ſpectant omnia. — *languido* prae calore,

Tu, civitatem quis deceat status,
Curas, & Vrbi sollicitus times,
Quid Seres & regnata Cyro
Bactra parent, Tanaisque discors.

Pru-

25. *qui* Fabr. Cun. 26. *Vrbis* unus Bersm. Dess. 2. Cun. Probat Klotz, lectt. Ven. p. 340. Nescio cur? *orbis* emend. San. quia iam memorata sit *civitas*. Sed nihil hoc. -- *orbi* emend. Ion. & sic Sivr. 28. *parant* Lips. 4. *Tanaisve* Cun. San. perperam. *dissors* coni. Bentl. h. inter Europam & Asiam medius. Quam inutile esset hoc epitheton! *discors* optimum sensum offert. v. not.

lore, & *fessus*, item *umbras*, *rivum*, *dumeta*, quanto cum dilectu! quamque suaviter! Cf. sup. 13. 9 sqq. — 23. *dumeta* proprie spinosae vepres, h. l. omnino pro fruticetis & arbustis. — *Silvani* (genit.), Silvano sacra & frequentata. Pro nominativo accipit Sanad. de Silvanis meridiantibus; male & argute! — *horridus* s. asper dictus S. perpetuo epitheto, quatenus est Deus agrestis, item hirsutus (Martial. X. 92. 6.); vel h. l. docta inversione, quatenus arbusta horrida. — 24. Ipsae *ripae* fluminum *carent v.* docte pro, non sentiuntur ibi *venti vagi*, h. aurae s. Zephyri leves, ludentes. Ne levissima quidem aura percipitur. Hactenus ripa *taciturna*, praeclare!

25. Nihilominus hoc tali tempore *tu* tamen semper in Vrbe manes, plenus curarum cet. v. Argum. Vide, ut inflectat se sensim oratio ad philosophicas sententias. Venustam in his antithesin ad vv. 21 sqq. vident Landin. Dac. San. „omnia quiescunt, pastor fessus, grex languidus, tu non, sed curas cet." quod prope risum movet. *Tu curas*, prospicis, *quis status d. c.* pro vulgari: ut status Romanae civitatis sit integer & incolumis. Cf. III. 8. 25. *& Vrbi*, in Vrbis gratiam, *sollicitus*, ut Vrbi praefectus, *times*, quid *parent* ac moliantur vel remotissimi populi. Sed ex his cum dilectu memorati tres. v. Arg. *Seres*, Indica natio, Orientis ultima, h. l. pro Indis universis, qui Parthis vel subiecti vel amici. Cf. I. 12. 56. *Bactriana* regio extrema imperii Parthici, cuius urbs

Prudens futuri temporis exitum
Caliginosa nocte premit Deus:
Ridetque, si mortalis ultra
Fas trepidat. Quod adest, memento

Con-

29. *prudens f. temporis:* ad antecedentia, & sic ad Maecenatem refert Bonfin. annot. XLIV. 32. *trepidet* Pulm. 2. *quod est* Mentel.

urbs princeps *Bactra*; igitur docte pro toto regno Parthico. — *regnata* (v. II. 6. 11.) *Cyro*, ei olim subiecta, Cyri olim regnum. Cf. omnino ad II. 2. 17. — *Tanais* (hod. *Don*) fluvius Europam & Asiam dividens, nec tamen ideo *discors* dictus. H. l. ornate pro accolis, Sarmatis ac Scythis, Parthorum amicis & sociis. v. ad I. 26. 3. Omnino ultra Istrum populi Sarmatae s. Scythae vocati. v. ad II. 9. 23. Saepius Parthi & Scythae, item Seres, iuncti in memorandis gravibus Romanorum hostibus. cf. III. 8. 17 sqq. IV. 15. 23 sqq. — *discordes* Sarmatae, h. inimici Romanis; intimum adversus eos odium gerentes; nil aliud. Sed haeretur vulgo.

29. Non vult Deus, nos nimis anxios esse de futuris. Hoc magnifice expressum: *prudens*, prudenter. cf. I. 3. 22. — *exitum f. t.* pro vulgari, futura. — *premit*, opprimit s. tegit, *nocte*, h. occultat. — 30. *caliginosa nox*, spissa, quae nil discerni patitur. Magna vis in epitheto. Convenit his Pindaricum, τῶν μελλόντων τετύφλωνται φραδαί, Ol. ιβ. 10 sqq & Theogn. 1075. ὄρφνη γὰρ τέταται, πρὸ δὲ τοῦ μέλλοντος ἔσεσθαι. — 31. Ridere solemus, cum cernimus inanes alicuius curas conatusque de re, quae a nobis solis & cognoscitur & pendet. Igitur h. l. *ridet Deus*. Praeclara & excelsa idea! Cf. Psalm. II. 4. — *mortalis*, pro, homo, summam h. l. emphasin habet. — *trepidare* est &, sollicitum esse, &, satagere, quasi anxie huc illuc discursare. cf. II. 11. 4. *ultra fas*, modum, ultra quod iustum est. Valde philosophicum hoc! Curare hominis est, sed certos fines curarum ponere. Hos declarant sqq.

Conponere aequus: caetera fluminis
Ritu feruntur, nunc medio alveo
Cum pace delabentis Etruscum
In mare, nunc lapides adesos,

Stirpis-

34. *medio aequore* quid. Lamb. Mentel. Bentl. 1. 10. & plures, sed cum superadscripto *alveo*, item sic noster Lips. 2. Edidit ita Cun. 35. *dilabentis* Basill. Mur. Fabr. sollemni lapsu. v. Bentl. *labentis* Mentel. 36. *adhaesos* Lips. 2. *ambesos* Lips. 4.

32 sqq. *Quod adest*, praesentia, quae in potestate tua sunt, *memento componere*, compone. v. ad I. 7. 17. Est illud iam Platonis aetate (v. Gorg. p. 340. E.) sollemne: εὖ ποιεῖν vel εὖ θέσθαι τὸ παρόν, h. sapienter uti praesenti statu, eum bene pro viribus administrare ac disponere, idque *aequum* h. aequo & placido ceterum animo (v. II. 3. 1.), non anxio de futuris, dum, quod tuum est in praesentia, semper facis. Principium verae sapientiae in his paucis verbis!

33. *cetera*, h. futura, non a te sed a Dei providentia pendent, tenentque cursum suum, quem nec retinere tu, nec mutare aut regere omnibus tuis curis possis. Sed hoc splendidissima similitudine, picturaque vicissitudinis rerum humanarum, extulit! Consummatissimus sane locus est! Quam grato sensu afficit lectorem hoc novum spectaculum! quam facile animo probatur sapientia sic variata & exornata! — *feruntur*, labuntur, decurrunt, *ritu* h. more *fluminis*, Tiberis (τοῦ ποταμοῦ), non magis in potestate tua sunt, quam Tiberis, qui nunc *medio alveo*, intra ripas suas se continens, *cum pace*, placide & quiete *delabitur*, influit *in m.* Pulchre conveniunt *cum pace* & *delabi*. Suavis sane imago laetae & tranquillae vitae. Sed nunc adversis subito casibus perturbata exprimitur. Quam mutata facies! Qui fervor nisusque orationis! Pictura quam vivida oculis auribusque subiecta! Inprimis ita praeclare implicata inter se & contexta omnia in sqq. ut veluti torrente abripiamur legentes. —

36. *ade-*

Stirpisque raptas, & pecus & domos
Volventis una, non sine montium
  Clamore vicinaeque silvae,
    Quum fera diluvies quietos
Irritat amnis. Ille potens sui
Laetusque deget, cui licet in diem

Dixisse,

37. *ruptas* Sivr. 39. *vicinoque* unus Bersm. Dess. 2. 41. *sui potens* Cun. 42. *degit* Canter. e mss. it. Cun. San. Sivr. quia sequitur *licet*. O frigus! — *degens* Locher.

36. *adesos* venuste! crebro appulsu excavatos & evulsos denique. — 37. *stirpes*, arbores *raptas*, ereptas, erutas. Notetur polysyndeti in hoc v. ἐνέργεια. — 38. *una*, secum. — *non sine* i. cum *clamore*, lyrice pro, resonante strepitu. Comparentur descriptiones inundationis ap. Homer. Il. ε. 87 sqq. λ. 492 sqq. Lucret. I. 281 sqq. Virg. Aen. II. 305 sqq. 496 sqq. Ovid. M. I. 285 sqq. — 40. *fera diluvies*, aquarum colluvies e montibus, χειμάῤῥους κατ' ὄρεσφιν, *irritat*, saevire facit, praeclare ab hominibus translato verbo, quatenus fluvii *irati* dicuntur. Nobilissima idea poëtica. — *amnes*, vel flumina in Tiberim influentia, ut Anio, Nar, Clanius, vel quod magis lyricum, undae Tiberis.

41. Sequuntur nobilissimi sensus, excelsissimi, audacissimi, iidem verissimi. E stoica philosophia sententias earumque exornationem duxit poëta, quod magnam gravitatem & dignitatem habet. Quam augusta vero in his imago viri sapientis! *potens*, compos, *sui*, qui se ipsum habet in potestate, h. qui, dum liber est a cupiditatibus & affectibus, non pendet ab fortuna & rebus externis, sed totus aptus ex sese, in se ipso habet caussas felicitatis, hinc tranquillo aequoque animo est. — 42. *in diem dixisse*, quotidie dicere. Sic iunge; non, ut multi, *in diem vixi*. — *Vixi*, vita bene usus ac fructus sum; eius cum munera recte administravi, tum dona laetus percepi. Sic *vivere* saepius pro, vita frui, ut Catull. V. 1. Mart.

Dixisse, Vixi: cras vel atra
Nube polum Pater occupato,
Vel sole puro: non tamen inritum,
Quodcumque retro est, efficiet: neque
Diffinget, infectumque reddet,
Quod fugiens semel hora vexit.
Fortuna saevo laeta negotio, &
Ludum insolentem ludere pertinax,

Trans-

44. *polum, Pater, occup.* Cun. & alii nonnulli. Sed v. Obss. 47. *diffringet* nonnulli ap. Lamb. *diffindet* Lips. 4. 49. & abest a Mentel. Helmst. Lips. 4. 50. *pervicax* Lips. 4. memorabilis varietas.

Mart. I. 16 extr. Nostrum l. respexit Sen. ep. 12. *Ille beatissimus est & securus sui possessor, qui crastinum sine sollicitudine exspectat; quisquis dixit, Vixi, quotidie ad lucrum surgit.* cf. de Benef. V. 17.

43. Dies bene & laete exactus, meus est, eumque cras nec Deus mihi potest eripere, aut immutare. Hoc praeclare expressum. *Cras Pater*, Iuppiter, caelum vel *occupato*, occupet per me ac tegat *nubibus*, vel *solis puri*, non velati nubibus, splendore illustret: *non tamen, quod retro*, a tergo, *est*, h. praeteritum, *irritum* s. vanum *efficiet*, h. non abolere poterit, quae vel feci semel vel percepi. — 47. *Diffingere*, in aliam formam mutare. v. I. 35. 39. — 48. *quod semel hora*, tempus, *fugiens vexit*, mihi attulit, h. praeterita gaudia. Igitur & laetus contentusque sum praesenti fortuna, neque de futura anxius.

49. *laeta*, quae gaudet *saevo negotio*, pro, saevitia, ut Gr. ὠμὸν πρᾶγμα. — 50. *pertinax ludere*, graece, pro, persistens in ludendo *ludum insolentem;* pro vulgari, quae insolenter ac superbe ludere *continuo solet*, h. pro ludibrio habere mortales, eos ludum iocumque facere. Sic Fortuna, cum extollit homines, dicitur *iocari*, Iuven. III. 39. & mi-

Transmutat incertos honores,
Nunc mihi, nunc alii benigna.
Laudo manentem: si celeris quatit
Pennas, resigno quae dedit, & mea
Virtute me involvo, probamque
Pauperiem sine dote quaero.

Non

52. *aliis* Alt. 1. *non alii* Lipf. 4. 54. *in mea* Lipf. 4.

mimum sibi parare, VI. 608. — 51. *transmutat*, mutando transfert.

53 sqq. Excelsae sententiae! Vir sapiens, e stoica disciplina, honeste parta non aspernatur, sed neque auferri ea moleste fert. Hinc excellenter *laudo manentem*. Vocabulum *manens* sollemne, etiam in monumm. antt. ut est in numo Commodi (non Hadriani) Fortuna sedens in cathedra, equum freno tenens, cum inscr. FORTVNAE MANENTI. v. Oisel. p. 322. Spenc. Polym. D. X. p. 155. Cf. I. 35. 23. A. P. 201. — *quatit pennas*, avolat a me, deserit me. Sumtum ab avibus maioribus, quae cum volaturae sunt, alas quatiunt. — 54. *resigno*, reddo ei. Est sumtum a re pecuniaria veterum, ubi, qui alteri solvebat pecuniam, vel numeratam ex arca dabat, vel de mensa argentarii, per *assignationem*; quod alias etiam *perscribere*. Igitur redditurus vel restiturus acceptam pecuniam *retro assignabat*, pro quo h. l. *resignare*, alias *rescribere*. Aliter alii. Sic *resignare* Epist. I. 7. 34. at vulgariori sensu ib. v. 9. — 55. *mea virtute me involvo*, pro vulgari, in virtute mea, internisque bonis, *adquiesco*, cum externa amissa sunt. Emphasis est in *mea*, quatenus non potest amitti cum ceteris. — 56. *pauperies* opposita splendidae fortunae, ut saepius. Sollemne autem scriptoribus, paupertatem cum probitate coniungere; igitur h. l. *proba*. Sed praeclare Pauperiem personam facit, puellam honestam, castam, integram, sed *sine dote* s. bonis, quam *quaerit*, ambit, familiarem se illi facere, inire cum ea matrimonium vult. Dicebant stoici consortium & contubernium paupertatis honestissimum.

Non est meum, si mugiat Africis
Malus procellis, ad miseras preces
Decurrere, & votis pacisci,
Ne Cypriae Tyriaeque merces
Addant avaro divitias mari.
Tum me, biremis praesidio scaphae;

Tutum

57. *Africus* Mentel. Lips. 1. 4. 60. *Nec* Dess. 2. *Syriaeque* Mentel. Lips. 3. MSS. & editt. ap. Cun. Et sic Cun. San. Bene habet per se, v. I. 31. 12. Sed non opus recedere a vulgata. *suaeque* Lips. 4. haud dubie e *Syriaeque*. 62. *Tunc* habent editt. Lamb. Cruqu. Torrent. sed sine mentione codicum mss. omninoque fere editt. Sed *tum* meliores Bentl. Mentel, Lips. 2. 3. 4. duo Bersm. Dess. 2. Venett. 1478. 1492. Locher. Asc. Bentl. Cun. *Dum* (dummodo) emend. Sanad. ex eoque Sivr.

57 sqq. Sententia versuum 54 sqq. *resigno, quae dedit* cet. nobilissima imagine ac similitudine poëtica amplificata; ut splendidissimus ac gravissimus odes exitus sit. *Non est meum*, non mihi hoc placet, non est ingenii mei, in rebus adversis, & publicis periculis, anxie trepidare ac timere externorum bonorum iacturam. Sed vide exornationem splendidam, ductam illam a tempestate marina. *Non est meum*, *si mugiat*, gemat, *malus procellis*, ventis *Africis*, h. Africo. v. ad I. 1. 15. Idea tempestatis lyrica. Similiter I. 14. 5. *malus celeri saucius Africo gemat*. Noster l. fortior. — 58. *decurrere*, descendere (cf. Virg. Aen. V. 782.), ut solent avari & cupidi, *ad preces miseras*, humiles, quae humilem animum declarant. Praeclare pinguntur angores hominum talium tempore procellae. — 59. *votis pacisci* cum Diis, quatenus, qui vota nuncupat, promittit Diis aliquid, & vicissim poscit ab iis aliquid. Valde grave hoc. Similiter Pers. II. 3. *prece emacem* dixit. — 60. 61. *ne merces Cypriae Tyriaeque*, e Cypro ac Tyro petitae, in mari pereant. Pro hoc *addant divitias mari*, augeant thesauros mari demersos per naufragia. — *avaro*, insatiabili, omnia absorbenti. v. I. 28. 18. Non infitior, nimium quaesitum hoc: *addant* - *mari*, mihi videri solere.

62. Potius *tum*, tali gravi in tempore, tranquillo & aequo

Tutum per Aegaeos tumultus
Aura feret, geminusque Pollux.

CAR-

63. *Nudum* emend. Sanad. & hinc Sivr. Tamquam non multo pulchrius sit *tutum* (v. Obss.), & aperte respondeat τῷ *praesidio*. 64. *ferat* Bentl. 10. 18. 19. Dess. 2. edit. Xyland. Bentl. San. Sivr. Sed etiamsi placeat explicatio Bentleiana, pro ipso *ferat* exquisitius sit *feret*.

aequo animo adspiciam fortunarum mearum interitum, paupertatemque laetus amplectar. Pro eo, ex incepta allegoria: tum ego, permissis mari divitiis meis, mente aequa parvam scapham conscendam, eaque, bonis cum Dioscuris, impavidus per fluctus ibo. Quam excellens & insignis conversio! Scio, ab aliis aliter exponi, sed omnibus excussis rationibus non potui a meo sensu impetrare, ut aliam atque hanc rationem sequerer. — *tutum praesidio scaphae*, pro simplici, *in* scapha *biremi*, quae duo, non remorum ordines h. l. sed remos omnino habet (σκαφίδιον δίκωπον); quales annexae esse solebant navibus onerariis. Praeclare vero *tutum*, quatenus cum in procellis parvum navigium minori periculo est, quam navis magna & onusta, tum in publicis periculis tutior est pauper, atque is, qui *aequo animo* amittit bona. In ipsa conversione: *me tutum* cet. *feret*, generosa fiducia est virtutis intrepidae, quae in se ipsa adquiescit, Diisque se caram esse scit. — 63. *per Aegaeos t.* magnifice pro, per tempestates maris Aegaei. *Aegaeum* pro quovis procelloso, sed cum dilectu, quia illud transibant, qui Cypro aut Tyro redirent. — 64. *aura* pro vento secundo. — *feret*, vehet, ducet. — *geminus Pollux*, gemini Polluces, h. Dioscuri, Castor & Pollux; nam alterutrum nominare solent Romani, & utrumque intelligere. v. ad III. 3. 9. Cf. ad I. 3. 2. I. 12. 27.

CARMEN XXX.

ARGVMENTVM.

Cum tres priores odarum libros iunctim evulgaret Horatius, illis veluti epilogum s. coronidem addidit hanc oden, qua omnino lyrica sua carmina finire tunc temporis voluisse videtur; licet post ex longo intervallo, Augusti impulsu, quartum etiam librum ediderit, ut tradit Sueton. vita Hor. Cf. Proleg. T. I. p. LXXIX & CXIII. Non poterat profecto poëta nobiliori modo lyram quasi ponere. Regnat in carmine excelsus spiritus romanus, sublimis sensuum maiestas, generosaque illa superbia, quam vir magnus perfecto insigni ingenii opere non potest non sentire. Qui vanitatis ac fastus poëtam accusant, hos legere cupio Argum. II. 20. p. 342. Carmina mea, iisque comparatam gloriam, nulla poterit iniuria temporis aut vetustas abolere. Immortale erit aeternumque e poësi lyrica, quam primus ego e Graecia in Latium induxi, nomen meum. *Felicem vero Horatium, qui si non de Romae, at de gloriae suae aeternitate tam vere vaticinatus sit! — Magnificis sensibus praeclare respondet ornatus poëtici splendor, atque inprimis etiam metri augusta gravitas. Comparent studiosi II. 20. ubi idem argumentum diversa ratione tractatum; item Propert. III. 2. 17-24. sed maxime qui nostrum satis feliciter imitatus est, Ovid. Met. XV. 871 -- fin. Denique memorare iuvat, fuisse hanc oden a. C. MDCCI in funere Ioannis Dryden decantatam.*

METRVM I.

Exegi monumentum aere perennius,
Regalique situ pyramidum altius:

Quod

AD MELPOMENEN.

1. *Hoc egi* unus Bersm., male.

1. *Exegi*, absolvi, perfeci; nam *exigere* est etiam ad finem agere s. finire. Male Baxt. de Circo cogitat. *Iamque opus exegi*, Ovid. l. l. — *monumentum* intelligit carmina sua; cum eoque monumenta comparat, quibus alias homines suum aut aliorum nomen ad posteros tradere conantur. — *aere*, aereis statuis *perennius*, durabilius. — 2. *Pyramides* ingentia illa regum Aegyptiorum sepulcra. v. Plin.

Quod non imber edax, non Aquilo inpotens
Poſſit diruere, aut innumerabilis
Annorum ſeries, & fuga temporum.
Non omnis moriar: multaque pars mei

Vita-

5. *nec A.* Lipſ. 4.

v. Plin. XXXVI. 12. — *ſitus*, poſitus, θέσις, *pyramidum*, pro, pyramides poſitae ſ. exſtructae, ſtructura pyramidum (nobis *der Bau*). Tum proprie pyramides *regales*, ob ſumtus regios; doctius *ſitus regalis p.* Praeclare reſpondent *perennius* & *altius*, illud aeri, hoc pyramidibus. 3. Expreſſa haec (licet diverſum ſit comparationis principium) e Pind. Pyth. 5. 10. τὸν (np. ὕμνων θησαυρὸν) οὔτε χειμέριος ὄμβρος ἐπακτὸς ἐλθὼν, ἐπιβρόμου νεφέλας στρατὸς ἀμείλιχος, οὔτ' ἄνεμος ἐς μυχοὺς ἁλὸς ἄξοι. Memorantur talia, quae ſtatuas & pyramides corrumpere aut evertere poſſint, monumenta ingenii non poſſint. Cf. Prop. l. l. 21 ſqq. — *edax*, quatenus rodit, atterit. Ovid, l. l. *edax vetuſtas* — *impotens*, immoderate ſaeviens. Proprie impotentes, qui ſibi temperare non poſſunt, ira aut libidine abrepti. v. L. 37. 10. — 4. *innumerabilis temporum*, pro ſimpl. tempus, aetas. — *fuga temporum*, tempus fugiens.

6. *Non omnis* h. e. totus *moriar;* magnificus vero ſenſus! — *multa*, hoc eſt, magna, idque nobilior, *pars mei*, np. monumenta ingenii mei, & ſic fama mea, *vitabit L.* mortem effugiet, immortalis erit. Ovid. l. l. *Parte tamen meliore mei ſuper alta perennis aſtra ferar.* — *Libitina*, funerum Dea apud Romanos. Proprie eſt Venus, cum Libitinae cognomento templum Romae habens; quo in templo cum, ſive fortuito uſu, ſive conſulto, venderentur, quae ad ſepulturam pertinerent, haberentque ibi apparatum ſuum redemtores funerum (libitinarii), hinc Venus Libitina funeribus praeeſſe dicta: cum & Venus antiquis non eſſet modo natalium praeſes, ſed & mortis. v. Rhodig. lectt. antt. XIX. 18. Alii Libitinam e

Schol.

Vitabit Libitinam. Vsque ego poſtera
Creſcam laude recens, dum Capitolium
Scandet cum tacita virgine Pontifex.
Dicar, qua violens obſtrepit Aufidus,

Et

Schol. expl. feretrum ſ. lectulum, in quo mortui efferebantur. Certe minus hoc poëticum. — 7. Laus mea perpetuo florebit apud poſteritatem. Hoc inſigni ornatu expreſſum. — *ego laude poſtera*, poſterorum, *usque*, ſemper, *recens creſcam*, pro vulgari, creſcam apud poſteros laude ſemper recenti, h. novis in dies laudibus augebor, novos ſemper laudatores habebo, ita non ſeneſcet gloria mea. Quam pulchre! & quam vere! — 8. 9. Excellentiſſimus verſus! ductus a religione. Praeclare gloriam ſuam aeternitate imperii Romani, hanc aeternitate Capitolii, imperii arcis, metitur; & hanc iterum gratiſſima imagine exprimit: *dum* ſ. donec *Pontifex cum virgine* Veſtali *ſcandet*, aſcendet in *Capitolium*, pro dum erit Roma & Capitolium; quod ex opinione Romanorum aeternitatem declarat. Multa in Capitolio ſacrificia fiebant, in omnibusque ſacris publicis Pontifici aderant una vel plures Veſtales, ut e Dionyſ. Halic. notum. Igitur non opus ſubtili doctrina de ſacris Idulibus, aut (ut Marcil.) de ſacro Angeronae, ſilentii Deae. — *tacita* pertinet ad religionem; tacere eam inter rem ſacram oportebat. Nil amplius. Cf. ſimilis l. Virg. Aen. IX. 448 ſq. Etiam in numis *Roma Aeterna*, *Imperii Aeternitas*.

10. *qua*, ea parte, qua, h. ubi *Aufidus* (hod. *Ofanto*), Apuliae fl. *obſtrepit*, docte pro, fluit, *& qua Daunus*, priſcus Dauniae, Apuliae partis, rex, *regnavit* (v. V. L.) *populorum a.* imperavit populis agreſtibus, aſperis & per agros ſparſis. Hoc e priſcorum mortalium moribus. Itaque his deſignat Apuliam, patriam ſuam. — *violens*, violentus. Sic & deſcribitur ſimili loco, IV. 14. 25 ſqq. it. Serm. I. 1. 58. —

11. *pau-*

Et qua pauper aquae Daunus agrestium
Regnavit populorum, ex humili potens,

Prin-

11. *pauper*, *aquae*—*populorum ex humili*, *potens*. Sic digerit Sivr. & expl. „qua pauper Daunus regnavit, regnavit autem ex humili, potens quippe duntaxat erat aquae agrestium populorum, dum fontibus potitus erat.„ Nihil addo equidem. 12. *regnator* non, ut putat Cl. Sivr. ex emendatione Stephani est, sed sic libri omnes Lamb. Torrent. Pulm. plerique Cruqu. Bentl. Gesn. & nostri, duo Bersm. & priscae editt. ut Locher. Venett. it. Asc. Basill. Muret. Brut. Steph. Rutg. cet. *regnavit* Acr. Comment. Cr. Porphyr. (qui diserte: „annotanda elocutio, quae per genitivum figurata est.„) & Serv. ad Aen. XI. 126 & 280. antiquissimus ille Blandin. & Sil. Cruqu. sine litura, alii duo Blandd. cum litura, Pulm. 2 pro var. lect. Bentl. 2. 6 a m. pr. 10. Mentel. Lipf. 1 a m. pr. Basil. 1555. Lamb. Torr. Cruqu. Fabric. Heinf. Fab. Dacer. Bentl. Cun. San. Ion. Sivr. Apparet, esse hanc priscam & veram lectionem, post haud dubie, ob insolentiam graecismi, a grammaticis in *regnator* mutatam. Vult hanc corruptelam defendere Klotz. lect. Venus. p. 341. e Virg. Aen. VIII. 77. verum ibi regnator *aquarum* dicitur fluvius, non *populorum*. Tum omnino fluvius Daunus nihil est, nec, si esset aliquid, posset, quod ipse Klotzius vidit, *obstrepere* dici, qui *pauper aquae*. Quod *regnare* cum genitivo nusquam alias legitur, de eo in Horatio, qui multa similia habet, non trepidandum. v. not.

11. *pauper aquae*, aquâ, *Daunus*, docte & eleganter, qui regioni aridae & aquarum inopi imperavit, quae *siticulosa Apulia*, V. 3. 16. Pessime Daunum fluvium hinc effinxerunt. — 12. *regnavit populorum*, e Gr. ἐβασίλευσε s. ἦρξε λαῶν. Sic *desinere querelarum*, *abstinere irarum*, *decipi laborum*, cet. — *humilis*, humili genere ortus. Hinc *ex humili* homine *potens*, h. qui cum humili loco natus sit, illustris & clarus factus est. Sic explicandum *potens* ex oppositione. Refert hoc Bentl. (uti Harduin.) ad Daunum, qui de exsule rex factus; quia vix possit homo, qui alias pauperem se, satis beatum unicis Sabinis cet. dicat, *potentem* se appellare. Tamquam

Princeps Aeolium carmen ad Italos
Deduxisse modos. Sume superbiam

Quae-

14. *pone sup.* Alt. 1. inepte.

quam nequeat quis diverso respectu de se loqui. Horatius, magnifice de se praedicans hoc carmine, poterat omnino *sensu isto* se dicere *potentem.* Sed *vates potentes* ex IV. 8. 25. non huc traham cum Gesn. — 13. *princeps*, primus. Nam qui ante eum lyrica carmina scripserant, ut Bebius (v. Acr. ad III. 1. 4.), nihili habiti, ab illoque obscurati. — *Aeolium carmen*, h. poësin lyricam; quia primi apud Graecos magni poëtae lyrici, quos inprimis imitabatur noster, Lesbii, Aeolicaque dialecto usi. v. ad II. 13. 24. — 14. *Deducere ad italos m.* doctius pro vulgari, in sermonem latinum traducere, inducere, poësin lyricam, h. sermone latino scribere lyrica carmina exemplo & imitatione Graecorum. Vix ferendus h. l. Baxt. Sed quomodo in his vv. 10-14. verba ordinanda sint, non statim apparet. Vulgo iungunt & explicant: *dicar* ego per Apuliam, h. Italiam cet. Sed essent admodum angusti hi fines gloriae, inpr. in tam grandi carminis spiritu. Rectius: *dicar* ego, qui sum ex *humili potens*, *qua violens* cet. docte & ornate pro, qui in rudi & arida Apulia humili genere natus, sed post magnus & clarus factus sum, & hoc pro simplici, Appulus ego *dicar deduxisse c. Ae. ad i. m.* Non erant Appuli magna ingenii fama, ob iniquam regionis caelique naturam; itaque augetur natalium & patriae mentione poëtae gloria. Homo humilis, isque Appulus, lyricam poësin primus in Latium intulit. Similis sensus IV. 9. 2. item v. II. 20. 5.

14—16. Magnificus exitus! Plenus excelsis hisce sensibus poëta, perfecto tam immortali monumento, laurum a Musa poscit. *Sume superbiam*, sume tibi hoc, & arroga,

Quaesitam meritis, & mihi Delphica
Lauro cinge volens, Melpomene, comam.

---

15. *quaesitis* unus Bersm. Deff. 2. *Delphia* more suo Cun. e cod. Zulichem. (qui est Bentl. 3.). v. eius animadv. c. XV. & cf. V. L. ad I. 1. 3.

ge, superba ut sis, & *cingas* cet. Neque enim Melpomenen aut Musam simpliciter, sed *suam*, alloquitur; itaque superbiam *suam*, merita *sua*, illi etiam tribuit. — 15. *quaesitam*, comparatam, nitentem, *meritis*, quam ex merito tibi arrogare potes. — *Delphica*, Apollinea, ornat. v. IV. 2. 9. 16. *laurus* immortalitatem poëtarum designat. Cf. I. 1. 29. *cinge comam*, frontem, *volens*, propitia. Praeclare! nam sollemnis & prisca in precibus formula, *volens propitius*. v. Dous. comment. append. c. 2.

EX-

EXCVRSVS I.

DE METRO CARMINIS XII.

Haerere mirum in modum ac inter se dissentire de metro huius carminis, in Horatio unici, constituendo, tam veteres grammaticos, quam recentiores interpretes ac editores videmus. Sunt omnes pedes ionici a minore, ἰωνικοὶ ἀπ' ἐλάττονος | ᴗ ᴗ — — |, praeter ultimum, qui est paeon tertius | ᴗ ᴗ — ᴗ |; haud dubie, quod eo licebat in exitu talis carminis pro ionico uti: nisi suspicari malis, *latitantes apros*; quamquam & per se, & post *fugientes cervos*, elegantior & gratior est singularis. Sic igitur per XL ionicos a minore, totum carmen decurrit. Sed singuli versus ubi terminandi, quomodo constituendi, quot pedes ad singulos referendi sint, in eo quidem laboratur. Apparet enim, quam facile in hac carminis forma, in qua nulla prorsus pedum vicissitudo cerneretur, factum sit, ut librariorum inscitia vocabula, & vel sententias, permutaret, versus alieno loco incideret, in iisque definiendis arbitrium subinde suum, vel adeo membranae paginaeque spatium, sequeretur. Quo etiam deinde factum est, ut cum veteres, qui de metris scripsere, grammatici, tum recentiores critici, tam diversas de hoc carmine constituendo ferrent sententias.

Ac primum quidem in codd. Cruqu. antiquiss. Blandin. Mald. & Mart. item in Bentl. 1. 6. 13. & nostro Dess. 2. ita digesti sunt versus:

Miserarum est, neque amori dare ludum,
Neque dulci mala vino lavere, aut
Exanimari metuentes patruae
Verbera linguae.
Tibi qualum Cythereae puer ales,
Tibi telas, operosaeque Minervae
Studium aufert, Neobule, Liparei
Nitor Hebri:
Simul unctos Tiberinis humeros
Lavit in undis; eques ipso melior
Bellerophonte, neque pugno, neque
Segni pede victus:

Catus

Catus idem, per apertum fugientes
Agitato grege cervos iaculari, &
Celer alto latitantem fruticeto
Excipere aprum.

Vnde is, qui a Cruquio editus est, scriptor antiquus de metris Horatii, oden tricolon tetrastrophon esse ait, e duobus versibus sapphicis acatalectis, uno Anacreonteo dimetro (trimetro) catalectico, & Adonio. Quem secutus I. Cruquius sic oden constituit (approbante H. Stephano, praefat. ad lectorem):

Miserarum est, neque amori dare ludum,
Neque dulci mala vino lavere, aut ex-
animari metuentes patruae
Verbera linguae.

Tibi qualum Cythereae puer ales,
Tibi telas, operosaeque Minervae
Studium aufert, Neobule, Liparae-
i nitor Hebri:

Simul unctos Tiberinis humeros la-
vit in undis, eques ipso melior Bel-
lerophonte, neque pugno, neque se-
gni pede victus:

Catus idem, per apertum fugientes
Agitato grege cervos iaculari, &
Celer alto latitantem frutice-
to excipere aprum.

Apparet, Cruquium in fine ac principio versuum vocabula divisisse, tracta ad versum vel antecedentem vel sequentem syllaba, ubi illa in codd. integra ad alterutrum relata essent; quod ipsum est, cum dicit, codices sua ope nonnihil esse adiutos. Sed quam inepta ac deformis sit universa ista versuum ordinandorum ratio, non opus est multis ostendere. Non dubium, quin angustiori paginae spatio tribuendum sit, quod, quae fere in libris mss. unum versum tertium efficiunt, in dictis codd. in duas partes s. lineas divisa appareant; id quod in meo quidem Dessaviensi altero, qui in forma octava est, manifestum.

In

In ceteris codd. (ne de aliis aberrationibus dicam) ita fere digesti sunt versus, ut duo trimetros sequeretur tertius tetrameter, & sic ode esset dicolos tristrophos:

Miserarum est, neque amori dare ludum,
Neque dulci mala vino lavere, aut ex-
animari metuentes patruae verbera linguae:

nisi quod in multis, ut solet fieri, verba in fine ac principio versuum non dissecta sunt, sed integra adhaeserunt alterutri versui, post fere ab editoribus metro accommodate divisa. Igitur illam rationem sequuntur omnes ante Bentleium tam veteres quam recentiores, praeter Cruquianam quidem, editiones. Accedit auctoritas Acronis & Commentatoris Cruquiani, nisi corruptela subest, ut videbimus, item, quos Bentl. laudat, grammaticorum veterum, Atilii Fortunatiani, p. 2704. & Plotii, p. 2660. Putsch. Nam Diomedem quidem & Victorinum vix satis recte huc, ut intelligemus, idem Bentleius pertraxit.

Fuere, qui rhythmum potius sive numerum, quam metrum, in hoc carmine esse dicerent. Eam in sententiam iam Acronem & Commentatorem Cruquii abire videmus. Item, qui & a Bentl. laudatur, Hephaestion grammaticus, *περὶ μέτρων καὶ ποιημάτων*, p. 66. Paris. duo ait fuisse ionicorum talium carminum genera: unum, quod ἐξ ὁμοίων vocat, nullo definito pedum numero, per συνάφειαν, ut appellant, quousque auctori visum sit, procurrisse, praeterquam quod omnes pedes ionici ἀπ' ἐλάττονος fuerint, omnibus legibus solutum *); alterum, quod κατὰ σχέσιν ille nominat, descriptum fuisse clausulis, quarum quaeque, pari pedum numero, cum sententiae exitu desierit. Tale carmen Alcaei laudat, κατὰ δέκα συζυγίας γεγραμμένον, h. ita compositum, ut omnes clausulae essent decem pedum. Igitur Bentleius etiam nostrum hoc carmen quatuor talibus decapodiis s. decem pedum clausulis absolvi contendit **); sed cum non possit, per paginae angustiam, una linea describi decempedalis versus, eum in partes dividi necesse esse. Quare

*) Similia tradit Terentianus Maurus, p. 2416. 2428. v. Bentl.

**) In quo ei assentit etiam Baxterus.

Quare, quia & Hephaestion l. l. versum Alcaei ionicum a minore tetrametrum laudat, & Victorinus primum nostri c. versum ita ponit: *Miserarum est, neque amori dare ludum, neque dulci;* adductus est, ut in duo versus tetrametros, subiecto dimetro, singulum δεκαπόδιον digereret, hoc modo:

> *Miserarum est, nec Amori dare ludum, neque dulci*
> *Mala vino lavere, aut exanimari metuentes*
> *Patruae verbera linguae.*

In quo ea etiam de caussa sibi ipse placet, quod sic nullum vocabulum in fine versuum dissecetur; neque igitur aliter ab Horatii manu profectum esse carmen, quovis pignore vult contendere. Secuti eum Ionef. Sanadon. & nuper Cl. Sivrius. Verum enimvero primum mirari possis, non sensisse Virum doctissimum, quantum in eo a se ipse dissentiret, quod, cum versum esse decempedalem, *Miserarum est - - linguae*, neque quidquam referre, quot ille lineis scriberetur, dixisset, post operose disquireret, quibus locis oporteret lineas aut versus incidi. Profecto enim, si decem pedes *unum* versum efficiunt, tali cura neque Horatio opus fuit, neque illius editori opus est. Quae Hephaestion de ionico carmine ἐξ ὁμοίων, item de illo κατὰ σχέσιν tradit, ea cum nescio an acumini grammatico potius, quam veritati, veterumque poëtarum usui, debeantur (quamquam id nunc disputare non vacat); tum a lyrico certe genere, ex meo quidem sensu, plane abhorrent. Nam neque intelligo, quomodo vel cani, vel cantum imitari videri possit carmen, per multitudinem pedum inter se parium, usque ad finem, sine ullo metro, sine ullis requiei veluti punctis, continuatum (v. proleg. T. I. p. CV.); neque, quomodo decempedalis versus in ode tolerari possit, assequor (v. ibid.): & vix fert denique sensus lyricus legem illam frigidam, semper ut cum decimo quoque pede sententia finiatur. Accedit, quod in nostro certe carmine non clauditur semper cum decimo quoque pede sententia; namque, ut hoc unum commemorem, versum: *simul unctos - - undis*, apparet ad ea, quae praecedant, potius, quam ad sequentia esse trahendum, v. Obss. & VV. LL.

Quare

Quare equidem Alexandrum Cuningamium *), cum Gesnero, secutus, omnes versus tetrametros constitui. Nam primum simplicissima ea haud dubie ratio est, universae huius metri simplicitati accommodata. Deinde versus ionici a minore, qui ex Alcaeo, quem plurima eo metro carmina fecisse auctor est Hephaestion, item ex Alcmane supersunt, omnes sunt *τετράμετροι*, ut ex Alcaeo, ap. Hephaest. l. l.

Ἐμὲ δειλὰν, ἐμὲ πασᾶν κακοτάτων πεδέχοισαν

(uti emendat Bentl.); tum ex Alcmane ap. eumdem (v. H. Steph. fragmm. lyr. T. II. p. 242.):

Καταθνάσκει Κυθέρει' ἁβρὸς Ἄδωνις, τί κε θεῖμεν;

item ex eodem Alcmane ap. eumdem p. 37. (v. Bentl.):

Ἑκατὸν μὲν Διὸς υἱὸν τάδε Μῶσαι κροκόπεπλοι.

Tum carmen ionicum, cuius omnes versus tetrametri sunt, e Martiano Capella **) profert Cuningamius l. l. nec dubitat, quin in eo & graecum aliquem poëtam lyricum, & Horatium ille sit imitatus. Deinde, licet Diomedes grammaticus, p. 510. & 524. Putsch. primum nostri c. versum ita laudet: *Miserarum est, nec amori dare ludum*, & p. 524 quidem addat etiam: *omnes tres pedes ionici sunt;* tamen sagacissime suspicatur Cuningamius, locos mendosos esse, legendumque: *Miserarum est, nec amori dare ludum, neque dulci; omnes quatuor pedes* (vel nude: *omnes pedes*) *ionici sunt;* quae ab interpolatore mutata sint, quod in vulgatis codd. primum versum trimetrum esse vidisset. Verissima sane suscipio! Nam l. l. p. 524. idem Diomedes, *ode XII*, inquit, *ionicum metrum habet, & per singulos versus scanditur*, h. omnes in ea versus similes inter se ac pares sunt, vel, ode monocolos & monostrophos est: quo sensu p. 328. dixerat: *Epod. XVII ode iambicum metrum habet, & per singulos versus scan-*

*) v. Animadverss. in Horat. Bentl. c. XVII. p. 311 sqq.

**) de nupt. philol. lib. IV. c. ult.

scanditur; contra p. 519. *carmen sapphicum & alcaicum per quatuor versus procurrit*, h. tetrastrophon est. Iam monostrophon constitui carmen nostrum non potest, nisi omnes versus sint tetrametri. Denique Marius Victorinus, p. 2496. 2507 & 2538. primum versum laudat tetrametrum: *Miserarum - - dulci.* Et quod idem Victorinus p. 2618. de huius carminis metro locutus, addit: *digestum autem ex duobus trimetris coniunctis, uno tetrametro ei subiecto*, id, cum repugnet locis ante laudatis, interpolatori haud dubie tribuendum est, qui ob vulgatam odes in codd. formam, vel diffinxit Diomedis verba (v. Cuning.), vel, quod malim ego, omnia haec: *digestum autem* cet. de suo addidit. Similiter credo Acroni & Commentatori Cruquiano adficta esse ab interpolatore, quae de duobus versibus trimetris ac tertio tetrametro apud eos leguntur, cum ante, ut supra vidimus, numerum potius, quam metrum, in carmine esse, diserte dixissent.

Ceterum illud quoque attingendum videtur, quod metrum huius carminis *Sotadicum* ab Acrone & Comment. Cruquii dicitur. Sotades Maronites, poëta, auctor fuit impudentissimorum ac flagitiosissimorum carminum, quae ipse *cinaedos* inscripsit. v. Suid, item Strab. XIV. p. 648. πρῶτος ἦρξε τοῦ κιναιδολογεῖν. Cf. Martial. II. 86. Praeterea ἄκαιρον παῤῥησίαν, importunam maledicendi licentiam, ei tribuit Athen. XIV. 4. Quo factum est, ut obscena quaevis ac turpia carmina dicerentur Sotadea vel Sotadica: Quinctil. I. 8. Verum etiam subinde a metri genere appellantur Sotadica carmina; nam pede ionico a maiore, ἀπὸ μείζονος | — — ∪ ∪ | plurimum usum esse Sotaden ait Diomedes p. 511. Putsch. Nempe versus Sotadici fere constant pedibus ionicis a maiore, subiectis iambis vel trochaeis; ut,

Carmen lepidae Pierides dabunt sorores.

Exempla plura v. ap. Diomed. l. l. Mar. Victor. p. 2601. & Bentl. Quare Horatii hanc oden, ex ionicis a minore, non a maiore, compositam, vix satis recte Sotadicam Scholiastae vocasse Bentleio videntur. Quamquam forte exstiterunt etiam ionica a minore carmina Sotadis; nam eum Athen. VII. 11. universe appellat ποιητὴν Ἰωνικῶν ᾀσμάτων, quae tam ab argumenti lascivia (v. ad III. 6. 21.), quam

quam a metro dicta fuisse constat: aut quid? si Acron omnino Sotadica pro ionicis universis dixit?

Denique metrum ipsum nostri c. Bentleio & inprimis dulce & omnium operosissimum videtur. Hoc posterius facile dant omnes, illud plurimis secus videtur, ut Cuningamio, & aliis. Si carmen ad lyram canendum cogites, fingasque tibi & metrum & concentum musicum ad saltationis ionicae rhythmum expressum, profecto suavem quamdam in eo tali metro simplicitatem, mollemque dulcedinem, argumento tali accommodatam, non possis non agnoscere, licet illam hodie, ubi neque ad lyram canitur, neque saltatur ionice, minus sentiri, facile largiar; inprimis, cum nostro quidem sermone ionicum tale carmen fieri nullum posse, plane mihi persuadeam. v. Ill. Ramler. carm. lyr. p. 258.

EXCVRSVS II.

AD CARM. III. 17. 2—5.

Hos versus non esse ab Horatio profectos, sed suppositos assutosque ab inepto grammatico, in Argum. & VV. LL. me credere professus sum. Igitur, quibus rationibus adductus crederem, pluribus exponendum censui.

Cum multa veterum scriptorum loca addendo corrupta sunt: tum inprimis etiam antiquis poëtis multi teles alieni panni a grammaticis malisve posterioris aetatis poëtis assuti sunt. Hoc ita accidit. Mature poëtis, ob doctiorem scilicet & sententiarum & elocutionis rationem, scholiastae & commentatores obtigerunt, qui scholia sive glossas iis, vel explicandi vel illustrandi gratia, adlinerent. Tum post exstiterunt, qui talia ipsa scholia, animi exercendique ingenii caussa, versu includerent. Quid? quod fuerunt subinde, qui exercitationis gratia ipsam poëtae alicuius sententiam aliquam amplificarent, ac talem ingenii sui fetum ad marginem exempli sui adponerent. Hinc saepe accidit, ut librarii eiusmodi

 exem-

exemplum nactus, in ipsum contextum transferret illa versibus expressa scholia, illasve grammaticorum exercitationes. Nam gestiebant fere inferre in exemplaria sua librarii, quae non essent in aliis, emtores ut allicerent, qui quidem tanto plus dare solerent, quo haberent exemplar auctum scilicet atque unicum. Sic factum est, ut Lucretio, ut Virgilio, Tibullo, Ovidio, Horatio, aliisque classicis vatibus, versus supponerentur atque affingerentur, qui proprie deberentur grammaticis.

Varia sunt, quibus prodantur atque agnoscantur alieni tales fetus, indicia critica; ex quibus nonnulla commemorare non alienum videtur. Primum eiusmodi additamenta subinde manifestam glossae sive scholii speciem habent. Deinde ex eo agnosci solent, quod importune insciteque interrumpunt sententiam, dum, quae ea antecedunt, & quae sequuntur, necessario quodam nexu cohaerent, sublatisque verbis suspectis multo aptior atque elegantior, poëtaque dignior, sententiae universae connexio conversioque exoritur. Quod eo certius argumentum est, cum non solum salvo metro tolli talia e medio possunt, sed etiam apparet indoctum interpolatoris & ineptum studium, eorum, quae ipse commentus esset, si vel inducere ea in contextum nollet, tamen cum iis, quae praeirent, & quae sequerentur, connectendorum, atque sic tam inflectendi quam protrahendi additamenti sui, ut in sententiae ac metri nexum recurreret.

Tum etiam locus talis interpolatus per se ipse proditur, cum vel abhorret ab universo scriptoris ingenio, more, scribendi genere, vel cum ita obscurus est, ita inutilis, ita tam a sententia, quam ab elocutione & conversione, inelegans, inficetus, invenustus, prosaicus, humilis, denique poëta ita indignus, ita ab universa carminis ratione alienus, falce ut critica amputandum esse facile in mentem venire lectori non prorsus inerti queat. Neque contemnendum denique alieni fetus esse argumentum arbitror, cum potest, unde & quomodo ille natus sit, probabilis ratio reddi.

In libris manu exaratis, antiquisque editionibus, ad iudicandum de talibus, non semper satis est praesidii.

Omni-

Omnino, cum in pluribus aut praestantioribus codd. vel deest locus, vel multis cum mendis ac aberrationibus exstat, non iniusta subnasci potest interpolationis suspicio. Sed primum vel tunc etiam ad auctoritatem librorum recte expensam accedant oportet aliae rationes criticae, ex ipsa loci suspecti natura ductae, antequam, eum ut eiicias, tibi sumere possis. Deinde contra fieri potest, ut locus, quem plurimi, ac vel omnes, quicumque exstant, libri mss. exhibent, idem tamen, ob alia momenta, qualia supra exposuimus, pro spurio habendus ac delendus sit. Cum enim, ubi serius facta fuerit interpolatio, facile dentur codd. in quibus desit additamentum; tum, si admodum mature talis pannus assutus sit, intelligitur, quomodo fieri potuerit, ut in omnibus, qui noti sunt, libris antiquis legeretur.

His ita expositis pauca subiiciamus exempla. Versus Virgilianus Aen. VI. 342. aperte scholion est, in versum redactum, atque ita ab epica ratione abhorret, ut ab alia manu insertus recte credatur, licet magnam e libris mss. auctoritatem habeat. v. Ill. Heyn. Contra vid. quae dedit Vir summus ad Aen. II. 76. Sic etiam Aen. I. vv. 1—4 doctissimorum Virorum suffragiis eiiciuntur, maxime, quod rationi epici carminis prorsus contrarii sunt. vid. Ill. Heyn. Item in Tibullo recte pro suppositis habentur II. 1. 57, 58. III. 4. 3, 4. III. 4. 25, 26. III. 5. 17, 18. cet. quod vel importune interrumpunt sententiam, vel poëta indigni sunt versus, vel sententiam inde commodam efficere, quoquo se vertat interpres, non potest. Cf. ad illa Il. Observatt. summi Heynii.

Iam ad versus Horatianos, quos supposititios esse iudicavimus, animo & cogitatione nos convertamus. In omnibus quidem codd. mss. atque editionibus antiquis ita legitur principium carminis:

Aeli, vetusto nobilis ab Lamo,
Quando & priores hinc Lamias ferunt
Denominatos, & nepotum
Per memores genus omne fastos,
Auctore ab illo ducis originem,
Qui Formiarum moenia dicitur cet.

At neminem puto, qui cum sensu legere possit Horatium, exsistere, quin, dum hoc carminis, ceterum egregii, exordium legat, gravissime statim offendatur tam alieno loco posita ac per octo versus protracta generis Lamiae praedicatione. Verum iure dixisse in Argumento nobis videmur, si vv. 2-5 inter legendum omittantur, multo breviori atque elegantiori generis commendatione, quae ad solum ornatum spectet, ac pro vocativo sit, denique peculiari alicui occasioni deberi videatur, lyricum sensum non amplius offendi. Quod ipsum cum iam non levem inferre suspicionem necesse sit; esse illos versus a mala manu importune insertos, tum eosdem nunc e praeceptis supra expositis accuratius expendere atque examinare placet.

Primum manifestam habent hi quatuor vv. speciem scholii sive glossematis; quod quidem momentum amplius declarari poterit, ubi, quomodo versus exorti sint, investigabimus. Deinde quis non intelligit, quam inscite ac importune interrumpatur, illis interpositis, sententia? sublatis contra, quanto aptior connexio elegantiorque conversio sententiae; quanto dignius poëta exordium sit. Quis enim non malit legere sic:

Aeli, vetusto nobilis ab Lamo,
Qui Formiarum moenia dicitur
Princeps & innantem Maricae
Litoribus tenuisse Lirim
Late tyrannus:

Neque solum illud elucet, posse istos quatuor versus salvo metro abiici, sed etiam, ab inepto homine eos esse insertos, ex eo etiam suspicio est, quod tam inscite ac misere connectere eos cum sequentibus versibus, atque ad horum sententiam reflectere orationem conatus est. Cum enim v. 5. *ducis* vera sit lectio, ut in VV. LL. ostendimus, tum aperte ista, *Auctore ab illo ducis originem*, allita sunt ceteris, ut interruptus nexus cum sqq. *qui Formiarum* cet. restitueretur. Nam in Observatt. equidem id tantum secutus sum, ut quam mollissimam maximeque tolerabilem spurii huius additamenti explicationem darem: re autem vera mihi persuasum est, interpolatorem verba, *auctore ab illo*, ad sqq. *qui Formiarum* cet. referri voluisse. Igitur oriretur sen-

sententia: „O Aeli, qui a Lamo descendis, tu originem „ducis a Lamo, qui cet.„ At quam inepta conversio, vix proletario poëtae ignoscenda! Vid. VV. LL. ubi etiam, non multum profici, docuimus, si legere velimus, *ducit.* Et si vel ita constituere placeat atque explicare parenthesin, uti in Obss. propositum est, tamen sic etiam indocta omnino sententia est: „O Aeli, qui a Lamo descendis, tu enim „ab illo Lamo auctore descendis, siquidem ferunt cet.„

Nam eo nunc venio, ut ostendam, versus istos etiam per se ipsos interpolatos prodi. Primum enim eam illos obscuritatem ac difficultatem in constructionem inferre, vix ut commode illa expediri possit, quocumque sese interpres convertat, cum ex modo dictis, tum ex VV. LL. intelligitur. Deinde, si sententiam ipsam eiusque conversionem spectes, nihil profecto ea vel inutilius, vel ineptius, cogitari aut fingi possit. Lamia dicitur nobile genus ab Lamo ducere; hoc confirmatur ex eo, quia etiam ipsius maiores, atque adeo (o miraculum!) omnes horum maiorum nepotes a Lamo descenderint: tamquam non, hoc ita esse, per se necesse sit, si Lamia a Lamo originem ducat. Tum, postquam cum certitudine dictus est Lamia *nobilis ab Lamo*, ipsum illud, unde hoc constet, argumentum, quam incertis dubiisque verbis exprimitur: „quia & priores Lamias „*ferunt*, aiunt, ab illo Lamo esse *denominatos.*„ Quid hoc est aliud, nisi magnificam illam generis commendationem iterum abolere, ambiguamque ac dubiam facere? Sane, si *fertur* Lamiarum gens a Lamo *nomen habere*, splendida illa Aelii ab eodem Lamo origo fabulae similis fit. Bella profecto ac urbana conversio! Neque facile quidquam reperiri possit putidius, quam illa, de qua iam dictum, misera versus primi ruminatio: *auctore ab illo ducis originem.*

Item elocutio quam insipida est! quam languida & protracta! (scilicet ut quatuor versus complerentur) quam prosaica atque humilis! Quam molestum est illud *ferunt*, inprimis, cum statim sequatur, *dicitur.* „Ab illo denominati sunt ET maiores, ET nepotes„ quam prope puerilis compositio! *Per memores fastos*, quam h. l. frigidum ac otiosum est! Illud urgere nolo, *denominari* pro nominari, nomen habere, serioris aetatis verbum esse videri; nam possit aliquis poëticam, inprimis lyricam, in verborum usu licentiam obiicere. Sed, *ab illo auctore ducis originem*

quam

quam humile & vulgare est, maxime post tam exquisitam doctamque eiusdem sententiae elocutionem, *vetusto nobilis ab Lamo*.

Denique facili opera potest, unde originem habeat tam miserum additamentum, intelligi. Scilicet adnotarat grammaticus ad v. 1. „ideo Aelium Lamiam *nobilem ab* „*Lamo* dici, quia maiores Lamiae, & omnis omnino Lamia„rum gens dicatur nomen ab antiquo illo Lamo habere„ np. ex more familiarum Romanarum: v. Obss. Infeliciter vel idem, vel alius quis, animi caussa, in versus illud scholion redigebat: *Quando & priores hinc L. ferunt Denominatos & nepotum Per m. genus o. fastos.* Qui cum & versum adhuc deesse vidisset, & sententiam in nexum cum sqq. reflectere cuperet, in animum inducebat, repetere primi versus sententiam: *Auctore ab illo d. originem.* Mox librarius, tale exemplum nactus, gaudioque exultans, quod ex eo oden augere posset, in contextum tam elegantem pannum inferebat. Verum haec omnia admodum mature facta esse oportet, ut omnes, qui ad nostram aetatem pervenere, codices isto tali additamento corrumperentur.

Quare tam inutiles, tam inficetos ac invenustos, tam prorsus indignos vate Horatio, atque alienos ab ratione lyrica versus, quis non pro inepti grammatici malive deterioris aetatis poëtae commento habeat, eiiciendosque censeat? Fecit hoc ultimum Sanadonus, probante Ionesio, neque improbante, ut videtur, Gesnero. Attamen ego, dandum aliquid codicum atque editionum, quae semel invaluit, auctoritati ratus, versus, etiamsi tam merito suspectos, tam probabiliter, vel *certe* potius, spurios, tamen non resecandos, at uncis includendos atque asteriscis notandos curavi.

Q. HOR-

Q. HORATII FLACCI

CARMINVM

LIBER QVARTVS



Q. HORATII FLACCI
CARMINVM
LIBER QVARTVS.

CARMEN I.

ARGVMENTVM.

Horatium, cui finire cum carmine libri III ultimo opera lyrica constitutum fuisset, ut vidimus, longo post intervallo quartum hunc, omnium haud dubie excellentissimum, Augusti Caesaris hortatu addidisse, Suetonius auctor memoriae prodidit. v. Prolegg. T. I. p. LXXIX. Scilicet, cum vellet Augustus privignorum suorum, Tiberii ac Drusi Neronum, de Rhaetis & Vindelicis victoriam ab Horatio carmine celebrari, hinc ode nostri libri quarta enata; quam mox etiam secuta decima quarta: eamque occasionem fuisse apparet novi libri edendi; in quem sic alia etiam carmina, vel eodem tempore, vel iam ante conscripta, ac digna visa, quae prodirent in publicum, coniicere Horatio placuit. Quare non putanda omnia huius libri carmina post tertium librum editum demum composita; *nam aperte insunt quoque iuvenilia, certe maturius ab Horatio facta: sed modo,* edita ac publicata *tum cuncta fuisse, declarare Suetonius voluit. Pleraque tamen seriorum temporum sunt; in iisque tam ingenii, quam animi, solidius iam maturiusque robur, illaque aetatis gravitas, excelsorum & moralium sensuum amantior, vel inprimis cernitur. — Ac* primum *quidem* carmen, *ut eo nunc veniamus, pro*

pro allegoria multi habuerant. Iam eo ferri videas Acronem & Commentatorem Cruquii; eamque rationem cupide amplexum esse Baxterum; ut est homo dilogiae studiosissimus, vix mireris. Nempe aiunt, Horatium Augusto, qui ipsum iussisset librum quartum odarum addere, excusare se velle hoc carmine, quod quinquagenarius alienus iam sit per aetatem a poësi lyrica, minusque idoneus lusibus poëticis: Paullo Maximo se iam id muneris permissurum. Hoc igitur aiunt ita a poëta tractari, ut ἀλληγορικῶς ad Venerem scribat, eamque ablegat a se ad Paullum Maximum. Similia propinat Theod. Marcilius, nisi quod is non Augusto, sed ipsi Maximo sese excusantem Horatium facit. Sed haec explicandi carminis ratio quam frigida, quam dura atque contorta sit, facile sentiat, si cui sit sensus lyricus. Potius eam, quae in promtu est, interpretationem amplectamur. Horatius, prope quinquagenarius, cum iam dudum finem amandi sibi videretur fecisse, denuo gravissimo amoris impetu percellitur. Igitur Venerem rogat, ut a se, fracto iam per aetatem atque emerito, recedat, & in iuniores potius vim suam potentiamque convertat. Inprimis eam abire cupit ad Paullum Maximum, iuvenem nobilem, pulchrum, plurimis dotibus conspicuum, divitem etiam (*ut e vv. 19 sqq. patet*), & sic amori aptissimum: qui & magnam Deae venienti ac opitulanti cum gratiam habiturus & relaturus, tum gloriam allaturus sit. *Hoc ultimum inde a v. 19. insigni* imagine poëtica *est exornatum.* Statuam tibi is & templum magnificum in Albano suo praedio consecrabit, ubi religionem tibi splendidam ac honorificam instituat: *v. 17 -- 28. Magnum hoc votum, amici nomine, ac pro illius amoribus nuncupatum, suavitatem habet, cum per se ipsum, (v. Observatt. ad v. 16 & 19.), tum, quod eo declaratur vehemens poëtae studium, Veneris a se removendae, atque, ut a se ad Maximum abiret, commovendae alliciendaeque. Inest simul in his omnibus elegantissimum eiusdem Maximi elogium: quod quidem* hoc loco & hoc modo *inserere, summae urbanitatis erat. -- Mox a v. 29 ita procedunt sensus:* A me quidem nullam talem gratiam inibis aut feres, nam valedixi amoris deliciis. -- Sed en! subito in medio verborum, quibus se ab amore abhorrere declarat, cursu, se ipse interpellare invitus cogitur, ac profiteri amoris, quo uritur, affectum indomitum. *Qua conversione ac transitione quid praeclarius aut venustius, quid ipso carminis exitu mollius aut delicatius excogitari possit? Universum carmen consummatissimam exhibet* imaginem hominis, qui perdite amat, summamque amoris vim invitus patitur; *ad quam quidem vim declarandam omnia doctissime composita sunt. Sane dubites, in nobilissimo*, ad poësin quidem, *carmine utrum magis mireris colorum & sensuum veritatem atque ἐνάργειαν, an eorumdem inflexionem, an calorem enthusiasmi, an denique exquisitum doctumque ornatum elocutionis poëticae. -- At utinam non esset* puer, *ad quem tam prorsus excellens carmen pertinet! Hoc quidem quis non doleat? nec saltim, puellae potius amorem illi subiectum esse, exoptet? Attamen ne quaeso ex eo iniquum de moribus Horatii iudicium ducamus, aut, eum revera talem aliquem Ligurinum amore Venereo dilexisse, ex hoc nimirum carmine constare putemus.*

mus. Nam quid? si in argumento carminis deligendo non nisi morem suae aetatis & consuetudinem, ut solent etiamnunc poëtae, secutus est? Quid? si nihil voluit aliud, nisi in hoc etiam argumento tractando exercere atque ostendere ingenium? si nihil est carmen nostrum, nisi lusus poëticus, expressus ex Anacreontis aut Sapphus molli aliquo threno, temporis iniuria perdito? si Ligurinus hic nihil est, nisi umbra poëtica Bathylli Anacreontei? — Certe cum in ode extrema omnes colores Anacreonteos & Sapphicos esse apparet, tum plura etiam per totum carmen graeci exempli vestigia deprehenduntur. vid. Observatt. Nihil amplius addimus. Quid enim? Nonne satis sit, ostendisse, iacere totam de moribus Horatii ex hoc carmine ductam conclusionem? Quare malevolos illos & superciliosos quosdam homines, qui in id insistunt, ut Horatium quam flagitiosissimum informent, iisque, qui eum defendere fuerint ausi, dentes ostendunt, illos igitur rogamus, ut aliis, si quidem possint, argumentis, Horatium turpi puerorum amore pollutum fuisse, confirmare conentur. Cff. quae disputavit Lessing. Opp. T. III. p. 46 sqq. & quae nos Prolegg. T. I. p. CII sq. Denique comparari cum hoc c. a studiosis cupio I. 19. & IV. 10. item dulcissimi Geßneri idyllion: der feste Vorsatz. — — *Sed quis fuerit ille Paullus Maximus, hac ode celebratus, non consentiunt Intpp. Errarunt, ne de aliis dicam, T. Faber & I. Lipsius ad Tacit. Ann. I. 10. dum libri nostri carmen I & II ad Fabium Maximum & Iulum Antonium, cum essent Coss. a. V. c. DCCXLIV, coniunctim scripta fuisse tradiderunt. Nam neque erat tum Horatius* circa lustra decem, *sed annorum LV; neque erat ille Cos. Paullus, sed Quintus, Fabius Maximus; nec denique quidquam in carmine Consulem arguit Maximum; contra vix decere vel Consulem, vel virum consularem, videtur & nomen* pueri centum artium, *& omnis cetera oratio. Igitur intelligendus haud dubie Paullus ille Fabius Maximus, qui Cos. fuit a V. c. DCCXLIII, cum Q. Aelio Tuberone, atque Horatio amicissimus fuisse videtur. Poeuit is sub annum V. c. DCCXXXVII sive XXXVIII, circa quod tempus Horatius hanc oden composuit (v. vit. Horat.), iuvenis esse annorum XXVI aut XXVII; nam sub Augusto ab annalibus legibus admodum recedi coeptum. Cf. Masson. vit. Hor. p. 327 sqq. Verum, sitne hic idem ille Fabius Maximus, ab Ovidio etiam celebratus in Epist. Pont. ut II. 3. III. 3. IV. 6. id quidem nunc explicare non vacat: quanquam mihi quidem multis de caussis probabile est, quidquid Dacerius disputet. Ceterum non omittendum videtur, Cl. Sivrium hanc etiam oden in duas dissecuisse, quarum altera incipit a v. 29. Nullum inter priorem carminis sectionem v. 1–28. & posteriorem, v. 29 sqq. nexum, nullam similitudinem, praeter illam metri, reperire Vir doctissimus potuit. Quod memorasse satis sit! nihil amplius!*

AD

AD VENEREM.

METRVM V.

Intermiſſa, Venus, diu
Rurſus bella moves. Parce, precor, precor!
Non ſum, qualis eram bonae

Sub

CARMINVM LIBER QVARTVS AD FABIVM MAXIMVM cod. Laurent. Torrent. male! haud dubie ob Maximi mentionem in primo carmine factam.

AD PAVLLVM MAXIMVM MSS. ap. Fabric. & Steph. diatr. ſec. III.

1. *Intermiſſa Venus diu*, ſine diſtinctione fere editt. ut vel iungant nonnulli „intermiſſa Venus.„ Inſcite vero! cum Venus h. l. aperte pro Dea ſit, non ſimpl. pro amore. Rectius: *Intermiſſa*, *Venus*, *diu* Bentl. Cun. Geſn. ut *intermiſſa* referatur ad *bella*. 2. Poſt *moves* interrogationis ſignum multi ponunt, etiam Bentl. & Geſn. Sed rectius ap. Lamb. Cruqu. Torrent. Steph. Heinſ. Cuning. cet. punctum eſt. Nam eſt querela potius ſ. exclamatio, quam interrogatio.

1. Amorem cum *militia* comparare ſollemne. v. III. 26. 2. & inf. v. 16. Igitur Venus *bella movet* (vocab. propr.), commovet, concitat, cum aliquem ad militandum, h. ad amandum, compellit accenditque. Minus recte alii. — *diu intermiſſa* ſc. a me; qui diu non amavi, nunc denuo amare cogor. — 2. *parce*, vox excutere cupientis amorem. Cf. I. 19. 9. II. 19. 7. In repetito *precor* magnum pathos. — 3. *Non ſum* ego iam amplius is talis, np. vigens aetate, & amori aptus, qui *eram* tum, cum amabam Cinaram; pro hoc, *ſub regno C.* ſollemni poëtis notione. v. III. 9. 9. *Cinaram* pulcherrimam ac noſtro cariſſimam fuiſſe oportet puellam. v. inf. 13. 21. Epiſt. I. 7. 28. item 14. 33. — *bonae* varie expl. Intpp. Optime ad animum referas; benignae in me ac liberalis, ſine ulla mercede, cum alias avara & rapax

Sub regno Cinarae. Desine, dulcium
Mater saeva Cupidinum,
Circa lustra decem flectere mollibus
Iam durum imperiis. Abi,
Quo blandae iuvenum te revocant preces.

Tem-

4. *Cynarae*, *Cinerae*, *Citarae*, errores. Recte *Cinarae* Bentl. Cun. Gesn. nam est *Κινάρα*.

pax esset. Cf. Epist. I. 14. 33. Sic *bona* & *mala* puella ap. Tibull. saepe: ut II. 4. 31 & 45. Vides omnino in epitheto inesse teneram quamdam Cinarae recordationem. — 5. Vid. I. 19. 1. *saeva* in eo etiam, quod invitum ac parum idoneum amare cogit. — *dulcium*, suavium, tenerorum; perpetuum epith. Cf. etiam III. 23. 7. Grata antithesis in *saeva* & *dulcium*; uti mox in *mollibus* & *durum*. — 6. *Circa lustra decem*, cum annos L prope expleverim. Cf. II. 4 extr. — In sqq. idea ducta ab re equestri, regendisque & exercendis equis; quibus *os durum* ac *molle* tribui constat, quatenus vel aegre, vel facile, freno flectuntur. Hinc docte etiam *imperia* & *flectere*. Itaque pro vulgari: „desiste a me ad amorem vi compellendo, qui amando iam non amplius aptus sum„: *desine flectere* velle (nam de conatu verbum accipiendum, ut saepe) me, qui iam per aetatem *mollibus* tuis *imperiis* (dativ.), h. ad *mollia*, mitia, lenia *imperia* & quasi frena tua, *durus* s. duri oris sum. *Mollia regna Cupidinis* etiam dixit Ovid. Rem. 23. Comparatio autem amantium cum equis, quibus os molle vel durum, hodie vix satis placeat. Affines illi notiones v. I. 33. 11. II. 5. 1. III. 11. 9. ibique not.

7. 8. *abi* a me ad *iuvenes*; sed exquisitiore inflexione, *quo te revocant*, vocant (v. ad I. 31. 12.) iuvenes. Tum pro, iuvenes, *preces iuvenum*, idque *blandae*, quam suaviter! Mihi tu molesta es: illi te ultro ad se evocant, sponte secuturi mollia tua imperia; nulla ut in eos *saevitia* opus sit. —

9. Transit

Tempestivius in domum
Paulli, purpureis ales oloribus,
Co-

9. *Tempestivior* emend. Cun. nulla necessitate. *in domo* multi codd. e nostris etiam Altt. Lips. 1. a a m. s. 3. Fran. Helmst. item Porphyr. Venett. Locher. Ascens. Muret. Basill. Lamb. Cruqu. Torr. Fabr. Heins. H. & Ro. Stepph. Fab. Dacer. Sivr. Sed *in domum* aliquot Lamb. duo Bersm. Pulm. 1. 3. Sax. Bentl. 1. 6. 10. 13. 18. 19. & ex meis Mentel. Lips. 2 a m. pr. Dess. 2. Et sic Bentl. Cun. Baxt. Gesn. Ion. Bene omnino; nam cum doctius & exquisitius (& sic vix a librario) est *comissari in domum*, quam, *in domo*; tum *abi*, v. 7. *purpureis ales oloribus*, v. 10 & *quaeris*, v. 12. aperte *comissari* de motu ad locum accipi iubent. v. Obss. 10. *marmoreis* emend. Lamb. in edit. priori, quia non sint olores purpurei. Nam non putabat *purpureum* simpl. pro pulchro dici posse, nisi pulchritudo ad purpureum colorem accederet. Contra *marmoreum colorem* ap. Lucret. dici pro candido; item nota esse *marmoream cervicem*, *marmoreum collum* cet. Sed in edit. poster. ipse mutavit sententiam, quia *purpureis* sit lectio omnium codd. item Servii ad Virg. Aen. I. 591. -- *furfureis* aliquando coniecerat Cruqu. sed mox, quam ineptum hoc esset, ipse senserat. Post idem Cruqu. emend. ac edidit *Porphyreis*, eius lectionis vestigia in codd. Blandd. sibi visus reperisse, & explicat: „Veneri sacris„ quod Cythera insula olim Porphyris vocata; v. Plin. IV 12. Cum dubium sit, an recte formetur a Porphyri gentile „Porphyreus„: tum non opus his omnibus; nam optime habet *purpureis*. v. Obss.

9. Transit ad *Paullum* Fabium *Maximum* (v. Argum.): cuius in laudes quanto sese artificio, tamquam aliud agens, insinuet, tirones sentiant. *Tempestivius*, opportunius, np. per ipsius aetatem; atque in tuam rem etiam; v. 13 sqq. Argutius quidam cogitant de *tempestivis conviviis*. — 10. Cum a columbis, item a geminis Cupidinibus, tum interdum & a cycnis Veneris currus trahitur in monumm. antt. cf. III. 28. 15. — *ales*, h. vecta, *oloribus*; audacter & lyrice, quae ab alitibus vehitur, ipsa ales dicitur, quatenus ope alitum per aëra volat. Similiter Sen. Med. 1024. *ales currus* Medeae, ab alatis draconibus vectus. Alias etiam πτερωτὸς, πτερόεις, πτηνὸς, item *volare*, *volucer*, de motu veloci, inpr. per aëra. Cf. I. 34. 8. Sed noster l. audacior. Neque ἀδύνα-
τον

Comissabere Maximi,
Si torrere iecur quaeris idoneum.
Nam-

11. *comessabere* (vel *commessabere*) h. l. & alibi, omnes propemodum codd. mss. ac editt. vett. Et vulgo hodie in editt. est *comessabere*. Sed *comissabere* per simplex *m* & *i*, tres Blandd. Cruqu. & sic Lamb. edit. poster. Cruqu. Heins. Rutgers. Bentl. Cun. Baxt. Gesn. Ion. *comassabere* emendarat Fulv. Vrsin. in cod. Farn. Lamb. & sic ipse Lamb. ed. pr. quia sit a Gr. κωμάζειν. Sed ab hoc ipso recte *comissari*, uti a πατριάζειν, *patrissare*. v. Burm. ad Petron. 65. p. 324. -- *comitabere* Mentel. ex errore, quo tamen proditur lectio *comissabere*. -- *commiscebere* emend. Sivrius, qui ita sibi rem informat: vidisse Horatium cycnos colludentes; igitur, cum sub unius illorum specie latere Venerem, ac sibi insidiari putasset, eam abire iussisse ad Maximum: „tempestivius in domo Maximi commiscebere oloribus ales„, h. sub alitis forma latens. Cui mortalium, praeter Cl. Sivrium, tale quid in mentem venire poterat? Offendebatur Vir doctiss. forma lyrica: *ales oloribus*. Quae quam iusta scilicet sit caussa emendandi, facile intelligas.

τον, praeiisse forte poëtam aliquem lyricum: πορφυρέοις πτερόεις κύκνοις κωμάσεις πότ' οἶκον cet. De curru alato, quem habent interdum numina in monumm. (v. Winkelm. G. d. K. p. 87.) non opus cogitare. In *purpureis oloribus* valde haesere Intpp. Iam Acronis aetate quidam expl. dicatos Veneri *reginae*, quam designet purpura. Alii intell. purpureis stragulis instratos; alii a Cupidinis purpurea tunica resplendentes; alii rostri & crurum colorem advocant. Quid? quod Steph. (diatr. sec. I.) putat, ex mytho aliquo veteri cycnos *proprie* purpureos Veneri datos fuisse. Taceo alias nugas. Olores *purpurei* sunt simpl. pulchri, nitidi (ut iam recte Scholl.); nil amplius. Nam *purpureum* omne eximie splendidum, ἀγλαόν, quod praestringit oculos; etiam, cum de pulchritudine dicitur: ut πορφυρέη Ἀφροδίτη, *Amor purpureus*, cet. v. ad III. 3. 12. Sic Albinov. II. 62. *nivem* adeo *purpuream* dicere potuit.

11. De κῶμος s. *comissatione* dictum ad III. 15. 9. & 26. 6. H. l. *comissari* exquisite pro, comissatum ire; unde recte, *in domum* (v. V. L.), ut Gr. κωμάζειν, ap. Theocr. id. γ. 1. κω-

Namque & nobilis, & decens,
Et pro sollicitis non tacitus reis,
Et centum puer artium,
Late signa feret militiae tuae:
Et

κωμάσδω περὶ τὰν Ἀμαρυλλίδα & alibi. Sed ipsum illud; comissatum ire, est pro vulgari, ire, *obire*, v. 9. frequentare; at prorsus praeclare ob notiones adiunctas, quas verbum habet. Venus comissatum veniens, in comissatione praesens, quam suave phantasma! Cf. III. 21. 21 sqq. & omnino Anacr. VI. 11-16. ὁ δ' Ἔρως ὁ χρυσοχαίτας, μετὰ τῦ καλῦ Λυαίυ, μετὰ τῆς καλῆς Κυθήρης - - κῶμον μετεισι χαίρων. — 11. *si quaeris*, cupis, *torrere*, urere, amore accendere, *iecur idoneum*, quod torreri possit h. amando aptum. Nisi forte magis lyricum sit, si explicetur: *si quaeris* aliquem *idoneum*, *torrere*, h. (graeca forma) cui torreas *iecur*. De *iecore*, amoris sede, v. not. ad I. 13. 4. Nos dicimus pro iecore *cor*. Alias ἧπαρ ἀμύσσειν, idem τύπτειν, Amor dicitur. v. Theocr. id. ιγ. 71. Anacr. III. 27.

13 sqq. Laudes & virtutes Maximi, ob quas amoribus aptissimus sit. *Namque* ille, qui est *& nobilis*, ortus ex antiqua & illustri familia; qualis erat omnino gens Fabia. — *decens*, pulcher, in ipso iuventutis flore constitutus. v. ad I. 18. 6. — 14. *non tacitus*, per λιτότητα, pro, disertus, eloquens, *pro reis*, magnus in foro orator & caussarum patronus. — *sollicitis* ornat. Conf. autem II. 1. 13. — 15. *puer*, iuvenis, *centum artium*, h. plurimis artibus ingeniique dotibus praeditus. Nos dicimus: *von vielen Talenten.* Quae virtutes cum ad formam venustatemque accedunt, plurimum etiam valere apud puellas solent. — 16. Proprie *signa* (militaria) *late fert* i. profert, qui longe lateque excurrit, ac progreditur cum victore exercitu in terras hostiles, & sic eas expugnat. Igitur docte h. l. e sollemni illa allegoria (v. ad v. 1.): *signa tuae militiae late* proferet, h. erit, sub te imperatrice militans, magnus victor & expugnator. Nil amplius. Cf. Ovid. Rem. 4. *Tradita qui toties, te duce, signa tuli.* Iam cum solerent imperato-

res,

Et quandoque potentior
Largis muneribus riserit aemuli,
Albanos prope te lacus
Ponet

17. *largi* duo Torrent. unus Bersm. Bentl. 1 a m. f. 7. 20. Lipf. 4. Et fic Bentl. Cun. Sed praetuli omnium ceterorum codd. bonam lectionem *largis*. Vix etiam placere poffit *muneribus* fine epitheto. Quomodo Bentl. fortiorem putet fententiam exfiftere ex *largi*, lege apud ipfum, & mirare.

res, in bellum profecturi, vovere Diis templum, facellum, aram, & bene re gefta condere atque confecrare tale gloriae fuae, felicitatis, gratique in Deos animi monumentum: vides, quam prorfus praeclara fit, hac etiam parte, quae fequitur, imago poëtica.

17. 18. *Et quandoque*, quandocumque (v. A. P. 359.), h. fimpl. quando f. cum profpero amorum fucceffu ufus fuerit. Pro eo fuaviter eft fpeciale: cum *aemulis* f. rivalibus fe praelatum viderit. Iam vocabulo proprio *potens*, *potentior*, *potior*, qui praefertur ab amica. v. Prop II. 26. 22. & ad III. 9. 2. Igitur: quando *potentior aemulo*, aemulis, fuerit, np. apud amicam. Sed pro, fuerit, praeclare, *riferit*, quatenus in eo laetus eft; & pro, potentior *aemulo*, qui quantumvis *larga munera* dat, doctiori forma, *potentior largis m. aemuli*: in quo & exquifitus fenfus, dum fplendida rivalium munera vincit nobilitas, forma, ingenium Maximi. Ceterum *munerum* commemoratio in expugnandis puellis, poëtis antiquis ufitata, a noftrae aetatis delicatiori iudicio valde abhorret.

19. Sequitur nobilis illa imago poëtica, de qua dictum in Argum. & ad v. 16. Scilicet exprimere poëta tam praeclaro phantasmate voluit Fabii Maximi in re amatoria felices & Venere dignos fucceffus, ex iisque & beatitudinem & vero gloriam, ad ipfam etiam Deam redundantem. Sic malim, quam alio modo, intueri ac interpretari picturam. Similem Virgilii, Ge. III. 13 fqq. fuper laude & victoria fua poëtica, comparari cupio a ftudiofis. — 19. 20. Dedicatio templi eleganter defcribitur. *Alba* fita erat inter montem Albanum & nemus f. faltum Albanum, in quo magnus *lacus*, hod. *lago di Caftel Gandolfo* dictus. v. Strab. V. p. 240. Liv.

Ponet marmoream, sub trabe citrea.
Illic plurima naribus

Duces

20. *Cypria* duo Vatt. & nonnulli alii Lamb. duo Bersm. item multi Cruqu. Torrent. Pulm. & aliorr. ex nostris Lips. 2 pro var. lect. 3. 4. Helmst. Dess. 2. Alt. 1. Item sic Venett. Locher. Basill. Ascens. Muret. Land. Fabr. Heins. Rutgers. Vascos. Baxt. Gesn. Praefert etiam Turneb. Adversarr. XXVIII. 10. Cypriam trabem fere explicant de ligno Cyprio, inpr. cedro (v. Strab. XIV extr. Plin. XVI. 40.): quo etiam nomine gratiorem Veneri trabem esse. Sed cum hoc ultimum subtilius, tum materiam Cypriam, etiam cedrum, viliorem fuisse, & modo navibus aedificandis adhibitam, e Plin. l. l. patet. Igitur aes Cyprium advocant alii e Plin XXXIII. 5. quo nexa vel obducta trabs cogitanda sit; quod sane longius petitum, & valde arbitrarium. Pessime autem, qui expl. templum, quale in Cypro Venus habet. Quare cum trabs *Cypria* nullo modo satis probari h. l. possit sensui poëtico; inpr. quod aperte vult Horatius sacellum Veneris quam elegantissimum ac pretiosissimum describere, quo Cypria materia non admodum valet: tum magna suspicio est, irrepsisse huc trabem Cypriam ex I. 1. 12. & sane probabilius, lectionem *Cypria* esse a librariis, quam alteram *citrea*, quam habent Comment. Cruqu. Cler. & Ruffard. Lamb. antiquiss. & alter Bland. Cruqu. duo meliores Torrent. Pulm. 2. 3. & pro var. lect. a m. ant. Mentel. Alt. 2. Lips. 1. 2 a m. pr. Fran. Lamb. Cruqu. Torrent. Fab. Steph. Dacer. Bentl. e suis codd. Cun. Talb. Ion. Sivr. probante etiam Sanad. ad II. 18. 3. Itaque hanc lectionem praeferendam censui. v. Obss. ubi & diluuntur, quae de nimio citreae trabis pretio Gesner. & alii obiecere.

Liv. V. 15. H. l. *lacus Albani*, plur. num. more poëtico; vel simul intelligitur vicinus lacus Aricinus, cum nemore & templo Dianae, hod. *lago di Nemi*. v. Strab. V. p. 239. Virg. Aen. VII. 516. In ea regione opimum praedium, villamque splendidam Maximus habuisse putandus, ut iam bene Scholl. Amoenus etiam is situs templi, *prope lacus Albanos*, ut Virg. Ge. III. 13. *viridi in campo, propter aquam*. Subtilior autem h. l. Dacer. — *te marmoream*, h. imaginem tuam de marmore *ponet*. Cf. Virg. Ecl. VII. 31 sq. 35 sq. *Ponere* autem vocabulum hoc in genere proprium, Gr. *τίθεσθαι*. — *sub trabe*, h. contignatione *citrea*, docte pro, in templo, cuius contignatio de citro. *Citrus* arbor odorata & maximi pretii, nascens in Africa, maxi-

Duces tura, lyraeque & Berecyntiae
Delectabere tibiae
Mixtis carminibus, non sine fistula.
Illic

22. *lyraque & Berecyntia — tibia, mixtis carminibus* antiquiss. Bland. Cruqu. unus Bersm. a m. s. Lips. 1. (nisi quod hic *Berecyntiae*). Probavit N. Heins. ap. Bentl. & recep. Bentl. Cun. Sed iam per se bonam lectionem omnium ceterorum codd. ac editt. *lyraeque & Berecyntiae — tibiae m. c.* doctiorem etiam esse, omninoque retinendam, docent cum dicta in Obss. tum illud, quod hymni & cantus, qui sunt e Bentleiana lectione *carmina*, v. 27 demum memorantur. — *lyraque & Berecyntiae — tibiae* malebat Gesn. ex editt. primis Landin. Non bene, opinor.

maxime in Mauretania, prope Atlantem montem, & in Cyrenaica, Graecis *thya* vocata, θύα, θυία, item θύον. Ad luxum ea pertinebat, dum inde fiebant lectuli, & inpr. mensae, Romanis ad furorem expetitae, immanique pretio, saepe latifundiorum taxatione emtae; qualem v. c. habuit Cicero, emtam HS. X. Sed tenendum, proprie mensas tales factas fuisse e citri radice, vel tubere, cuius a venis colorum & macularum varietatem traherent; unde, cur tam pretiosae fuerint, non mirandum. De cetero contra ligno trunci & ramorum, satis pretioso illo etiam, contignationes quoque templorum subinde factae, ob immortalitatem quamdam materiae. Omnia docet Plin. XXXIII. 15. & 16. item cf. Theophr. hist. pl. III. 3 & 5. Igitur ita valet epitheton ad ornatum, ut quam splendidissimum templum declaret. 21 sqq. *Illic*, in illo templo, summa religione honorificus tibi cultus tribuetur. Hoc praeclare exornatum per enumerationem. Illic *plurima* tibi *tura* incendentur. Pro eo, *naribus duces*, bibes, hauries. — 22-24. Ibi musici tibi concentus instituentur; quod aliud erat religionum genus. Memorantur *lyra*, *tibia* (*Berecyntia*), & *fistula*, alias etiam iungi solitae, tam in conviviis, quam in re sacra. Vid. omnino not. ad III. 19. 18 sqq. it. Plutarch. de Music. p. 1136. — *delectabere*, suaviter pro, audies, instituetur tibi concentus. Omnino observetur ornata in verbis varietas. — 24. *mixtis carminibus*, h. modis, id est, concentu *lyrae & tibiae*; ut V. 9. 5. *Sonante mixtum*

Illic bis pueri die
Numen cum teneris virginibus tuum
Laudantes, pede candido
In morem Salium ter quatient humum.

Me

25. *in die* Mentel. 28. *quatiunt* Pulm. 5. Bentl. 1. 6. Lips. 1. 2. 4. Helmstad. & sic Cun. amore novitatis; nam nexus requirit *quatient*.

mixtum tibiis carmen lyra. Declaratur συναυλία, h. e. τῶν αὐλῶν πρὸς λύραν κοινωνία, ut Athen. XIV. 2. It. Schol. Aristoph. ἱππ. 126. ξυναυλία λέγεται, ὅταν αὐλὸς καὶ κιθάρα συμφωνεῖ. — 24. *non sine*, pro *cum*, ut saepius.

25 — 28. *Illic* suaviter repetitum. Inde ab antiquissimis temporibus praecipua pars religionis erant cantus s. hymnus, & saltatio. Inpr. occurrunt chori puerorum & puellarum, in templis & re sacra, idque ad συναυλίαν, vel saltantes, vel hymnos canentes, vel saltantes canentesque simul; qualis quidem hymnus χορικὴ ἀοιδὴ, item ὑπόρχημα dictus. Lucian. de saltat. c. 16. παίδων χοροί, συνελθόντες ἐν αὐλῷ οἱ μὲν ἐχόρευον, ὑπωρχοῦντο δὲ οἱ ἄριστοι. Atque hoc non solum in Apollinis & Dianae sacris (v. Argum. I. 21. & carm. saecul.), verum in aliis quoque usitatum fuisse, vel noster l. docet, ob id ipsum memorabilis. Sed sic etiam *sacra canunt*, np. in Palladis honorem, *pueri & puellae*, ap. Virg. Aen. II. 238. & in eodem argumento ap. Eurip. Troad. 544 sqq. λίβυς λωτὸς ἐκτύπει, Φρύγιά τε μέλεα, παρθένοι δ᾽ ἀνὰ κρότον ποδῶν βοὰν ἔμελπον εὔφρονα. Item ap. Liv. XXXVII. 3. ad sacrificium, aliis etiam Diis factum, adhibiti *decem ingenui & decem virgines*. — *laudantes n. tuum*, h. te, hymnos tibi dicentes, saltabunt, sc. ad illam συναυλίαν, v. 22 sq. Vides quam praeclare omnia conveniant. — *bis die*, np. mane & vesperi. Singulare hoc & notabile, nam bis die dicti in templis hymni raro alias occurrunt, de Venere nusquam. Isidis laudes, *bis die* decantatas, memorat Tibull. I. 3. 31. (ubi v. Ill. Heyn.) & Apulei. Metam. XI. 31. — 27. *candido*, ornans & graphicum epitheton!

Me nec femina, nec puer
Iam, nec ſpes animi credula mutui,
Nec certare iuvat mero,
Nec vincire novis tempora floribus. –
Sed cur, heu, Ligurine, cur

Manat

29. Novum hinc carmen orditur Cl. Sivr. Poſt *iam*, v. 30. non poſt *puer*, comma ponunt Fab. Rutg. Dacer. Bentl. Cun. Geſn. Recte. 30. *nuntia*, pro *credula*; Lipſ. 4. Memorabilis lectio.

ton! quia nudis pedibus ſaltabant, & ſic venuſtas candorque pedum cernebatur. v. ad III. 20. 11. Sic Ὀρέςης λευκόπους ap. Anacr. XXXI. 5. & Θέτις ἀργυρόπεζα ap. Homer. Il. α. 538. & ſaepius, quod Heſych. expl. λευκόπους, καλλίπους. v. Cl. Schrad. ad Muſ. p. 185. — 28. *in m. Saliûm*, Saliorum, ad ornatum ſpectat. v. I. 36. 12. *humum quatient*, pulſabunt, ῥήξουσι πέδον. v. I. 4. 10. De *ter* v. ad III. 18 extr.

29. *Me iam nec femina - iuvat - nec certare* cet. forma Horatio uſitata. v. ad II. 9. 21. 30. *ſpes animi* h. amoris *mutui.* cf. II. 12. 15. *credula*, praeclare, quod facile ſibi amans, ſe redamari, perſuadet. Tam credulum eſſe iam non amplius vel decebat vel iuvabat poëtam. — 31. 32. *certare mero*, poculis, & *vincire*, cingere, *tempora floribus novis*, h. recentibus, colores convivii & comiſſationis. Argutior Dacerius in *fl. novis*.

33 ſqq. Poſtquam, ſe ab amore abhorrere, multis verbis poëta declaravit, ſubito, ex Ligurini pueri recordatione, ipſo invito, ſumma amoris vis, diu ſuppreſſa, tanto vehementius erumpit. Qua ſenſuum & orationis inflexione quid vel excellentius vel ſuavius eſſe poſſit? Similis tranſitio ap. Tibull. I. 4. 81 ſqq. In ipſo exitu quam molle ac tenerum pathos! quam vera atque e natura expreſſa impotentis amoris imago! Quam praeclara illa ad Liguri-

Manat rara meas lacrima per genas?
Cur facunda parum decoro
Inter verba cadit lingua silentio?
Nocturnis ego somniis

Iam

34. *crebra*, pro *rara*, emend. Withof. Sed sic omnis ideae venustas perditur. 37. *N. te ego* ex editt. Lamb. & Torrent. in alias plurimas venit: Item sic Muret. Steph. Heins. Fab. Dacer. Nec negandum, esse illud etiam ita in mss. ut in nostro Lips. 2 a m. s. *N. ego te somniis* Bentl. 1. 19 Lips. 4. *N. te somniis* Bentl. 6. Lips. 2 a m. pr. Sed abest *te* a Porphyr. Pulm. 2. 3. 4. 5. duobus Bersm. plerisque Bentl. nostris Mentel. Helmst. Fran. Altt. Lips. 1 a m. pr. Dess. 2. tum ab editt. primis, Venett. Locher. cet. item a Basill. Ascens. Neque agnoscunt Fabr. Rutgers. Baxt. Gesn. Bentl. Cun. Cum elegantius h. l. omittitur *te*, tum illud haud dubie ex glossa interlineari in contextum illatum.

gurinum apostrophe! eiusque elocutio per querulam quasi exclamationem, *heu!* & interrogationem, ter repetito *cur?* Habuit tamen poëta graeca exempla ante oculos, ut videbimus. — *Ligurine*, vid. inf. 10. — 34 — 36. Acris & lenti amoris indicia, praeclare expressa. — *rara*, quae guttatim ac furtim defluit, ipso nec advertente, & retinere cupiente. Quam divinum epitheton, ad lentum & languidum dolorem pingendum! Cf. omnino I. 13. 6. 35. 36. *Cur lingua*, alias *facunda*, *inter verba*, in medio sermone *cadit*, labitur, titubat, haeret? Nam fingendus poëta superiora, inpr. a v. 29, locutus. — *silentio* (dativ.) pro, *in* silentium, h. sic, ut subito obmutescere me oporteat. — *parum decoro*, ob aetatem scilicet. Etiam hoc egregium ad perdite amantem designandum. Praeivit Sappho II. 7 sqq. ἐμοὶ γὰρ αὐδας Οὐδὲν ἔθ' ἥκει, Ἀλλαὶ καμμὲν γλῶσσ' ἔαγε· h. e. ut Catull. XLIX. 7 sqq. *nihil est super mi Voce loquendum, Lingua sed torpet.* Virg. Aen. IV. 76. *Incipit effari, mediaque in voce resistit.* Cf. nostr. V. 11. 13.

37 — 40. Praeclare, & ex amoris natura, sibi per noctur-

Iam captum teneo, iam volucrem sequor
Te per gramina Martii
Campi, te per aquas, dure, volubilis.

CAR-

nocturna somnia obversari dicit Ligurinum, etiam currentem in campo Martio, lavantemque in Tiberi. Hoc ultimum divinum. Nam facile in sui amorem pelliciebant formosi iuvenes, in campo se exercitantes (v. III. 7. 25 sqq. item 12. 6 sqq.): inprimis, quod pulcherrimos ibi corporum status positusque ostenderent. — 38. *nunc te captum teneo*, tenere & amplecti mihi videor, *nunc sequi*, persequi, te *volucrem*, velocem, celerem (excellenter!), *per gramina M. campi* (cf. III. 7. 26. ibique not.), aut *per aquas volubiles*, volventes se, fluctuantes, np. Tiberinas, quibus innatas. Imago suavissima! Venustas etiam & vis in repetito *te*; item in eo, quod compellatio, *dure*, h. crudelis, inexorabilis (v. inf. 10. 1.), in qua tantum πάθος, hîc demum inserta est. Male pro adverbio accepit Scaliger. Ceterum, quamquam ideas versuum 37 — 40. haud dubie ex Anacreonte duxit Horatius, quod comparanti carmm. VII. VIII. XII Teii vatis facile intelligitur: tamen eam noster, quod illas romanas fecit, laudem ingenii habet.

CARMEN II.

ARGVMENTVM.

Primum de historica nobilissimi huius carminis occasione exponendum erit. Extremo anno V. c. DCCXXXVIII gravissimum Romani bellum cum Germanis habebant, quod & ipsum Augustum Vrbe extraheret. Nam germani nonnulli trans Rhenum populi, Vsipetae, Tenchteri, maximeque Sygambri, non solum cives aliquot Romanos nacti in crucem egerant, & in Galliam incursiones fecerant, sed etiam, equitatu Romano, contra se misso, insidiis circumvento, mox ipsi legato M. Lollio magnam cladem intulerant. Igitur ipse adversus eos Augustus profectus: quem ubi adventare audiunt barbari, in suos fines regressi, obsidibus datis, pacem accipiunt. Sed Augustus tamen, rebus Gallicis, Germanicis & Hispanicis, constituendis intentus, per annos DCCXXXVIII, XXXIX & XL Vrbe abest, in Gallia maxime. Haec Dio LIV 20. p. 535 sqq. Interim iidem illi Sygambri mox una cum Cheruscis & Suevis rebellant. Mittitur adversus eos Drusus. Victi ab eo fugatique sunt, agri eorum vastati Narrant rem Dio LIV. 32 p. 543. Flor. IV. 12. Oros. VI. 21. cf. Liv. epit. 138. Haud dubie ea Drusi de Sygambris victoria ad a. DCCXL referenda: namque a. DCCXXXIX Drusus ac Tiberius pugnarunt adversus Rhaetos & Vindelicos (v. Dio LIV. 22. p. 536.); & Romam Augustus a. DCCXLI rediit; eumque Augusti reditum victoria Sygambrica praecessit, quod vel e nostro c. intelligitur. Memorat istam quidem Dio ad a. V. c. DCCXLII; sed hoc fit per occasionem, quod ibi de Drusi Romam reditu loquitur. -- -- Denique Augustus, ut iam dictum, rebus Hispanicis, Gallicis & Germanicis confectis, relicto Druso in Germania, a. DCCXLI, mense Martio, Romam revertitur. Diu fuerat is reditus, summo cum desiderio, a Senatu populoque Rom. exspectatus; vota pro illo plurima publice privatimque facta erant. v. Dio LIV. 19. p. 534. cf ad vv. 41 sqq. 53 sqq. Iam igitur cum, venturum Augustum, Romam nuntiatum esset, magni fiebant ad eum diem celebrandum, Caesaremque quam splendidissime ac honorificentissime excipiendum, in Vrbe apparatus. Inprimis ille ob victos suis copiis auspiciisque Sygambros, triumphans ex decreto Senatus Vrbem ingressurus credebatur. Sed post declinavit Augustus tantum non omnia; nam noctu Vrbem ingressus, ut solebat, ne cui molestiam exhiberet (v. Dio LIV. p. 527. Sueton. Aug 53.), postridie populum in Palatio salutavit, & in Capitolium ascendens, lauream tantummodo fascibus exemtam in Iovis gremio posuit. Vid. omnino Dio LIV. 25. p. 539. qui tamen ludos votivos factos refert l. l. 27 p. 540. -- -- Itaque brevi ante hunc reditum, vel extremo anno DCCXL, vel ineunte DCCXLI, in publica illa laetitia, Augustique exspectatione, hoc carmen ab Horatio scriptum est. Scilicet quod habebant tunc temporis poëtae incitamentum, canendi Augusti, celebrandaeque victoriae Sygambricae, *id hanc etiam oden protulit. Nam* Iulus Antonius, *magni vir ingenii,* Horatium excitarat, ut PINDARICO CARMINE

Augusti

Augusti reditum triumphumque celebraret. *Quare Horatius ei respondet hoc carmine.* Pindarum imitari velle maxime periculosum atque arduum est. Minime autem ego sum is, qui cum illo comparari, aut illius volatum maiestatemque aequare possit: *v. 1-32.* Tu potius ipse, Antoni, si quis alius, par es tam ingenti conatui, canendaeque Pindaricis modis Augusti gloriae: *v. 33-44.* Tum & ego tenuem meum cantum miscebo grandisonis tuis carminibus, triumphoque Augusti cum reliqua civium turba laetus acclamabo, ac vota mea paupercula pro Caesare nuncupata persolvam; amplius quidquam facere me, non convenit: *v. 45--fin. Nihil profecto potest excellentius aut praeclarius, hac carminis descriptione atque conversione, cogitari. Nam ecce,* HAC IPSA RATIONE Augusti reditus ac triumphus vere Pindaricum in modum celebratur. *Poëta dum Pindarum imitari se posse negat; illum vel maxime & imitari conatur, & re factoque imitatur atque assequitur: dum se Augusto eiusque reditus diei celebrando imparem profitetur; utrumque magnificentissime celebrat: dum se mediocribus poëtis & vel multitudini acclamanti associat; ita secernit se populo, ut numquam magis. Plane praeclara est haec talis sensuum inflexio, eaque summa nostri carminis virtus continetur. Solet noster etiam alias, dum sublimem ad grandia carmina spiritum ab se abiudicat, vel maxime tum eumdem prodere ac declarare. Cf. inpr. I. 6. II. 12. IV. 15. eorumque Argg. Sic & nostrum hoc carmen, facile in excelsissimis Horatii operibus numerandum, ita ad Pindaricam rationem ac sublimitatem accedit, ita ad Dircaei vatis exemplum, a principio usque ad finem, compositum est, ut dubites (inprimis in nonnullis tetrastichis, v. c. statim vv. 5 sqq.), utri principatum tribuas. Primum ab initio, ubi* in Pindari laudes excurrit *(quod iam per se quam Pindaricum sit, facile vides), ipse quasi Pindarus est, Pindari spiritu animatus, Pindari ore loquens. Qui enim sensuum & orationis fervor, ac tempestuosus quasi impetus! Quae vis ac maiestas imaginum! Quae in ipsis verbis audacia! Deinde per universum omnino carmen quae regnat sublimitas ac dignitas! Qui pietatis affectus, qui laetitiae enthusiasmus, tam calidus ille quidem ac impotens, quam verus & naturalis! Item elocutionis poëticae quam splendidus & copiosus, ubi locus erat, ornatus! In numeris lyricis magna auditur gravitas, perfectaque elaboratio. Quod enim Sanadonus in hoc & saeculari carmine neglectam post quintam sapphici versus syllabam caesuram reprehendit, in eo sane festivus est, Romanae versificationis elegantiam melius se intelligere putans decimo octavo saeculo, quam Horatium Augusteo. -- -- Comparari autem cupio cum hoc carmine, cum, quod ad eumdem Augusti reditum spectat, huius libri quintum, tum, quae eodem tempore facta, quartum & decimum quartum, item simili occasione scriptum III. 14. ad quorum diversum spiritum animum advertere utilissimum fuerit studiosis ad acuendum iudicium. -- -- Denique* Iulus *ille (non* Iulius: *vid. Obss. ad v. 2.)* Antonius, *Marci Triumviri e Fulvia filius, ab Augusto non solum incolumitate donatus, sed etiam ad summos honores evectus, honoratus sacerdotio, praetura, consulatu, provinciis,*

tum

tum etiam matrimonio Marcellae in affinitatem arctissimam receptus, tandem, quod cum Iulia rem habuerat, imperiumque adfectabat, a. DCCLII Augusti iussu interfectus est, ut quidem Dio p. 555. vel, ut Vellei. II. 100. mortem, poenae ut ignominiam effugeret, sibi ipse conscivit. Erat homo elegans, ingeniosus doctus, atque inprimis insignis ea ipsa aetate poëta; quem & carmen epicum s. heroicum, Diomedeas inscriptum, idque egregium, *libris XII scripsisse, item prosa etiam nonnulla edidisse, Acron tradit ad v. 33.*

AD IVLVM ANTONIVM.

METRVM XVII.

Pindarum quisquis ftudet aemulari,
Iule, ceratis ope Daedalea

Niti-

AD ANTONIVM IVLVM f. IVLLVM
omnes libb. Torrent.

AD IVLVM ANTONIVM M. ANTONII TRIVMVIRI F.
nonnulli ap. H. Steph. diatr. fec. III.

PINDARVM CELEBRAT
Venett. Locher. Afcenf.

ANTIQVORVM POETARVM VENERATIO
nonnulli ap. Steph. l. l.

Vtraque infcriptio e male percepto carminis argumento profecta.

1. *Iule* in duo verfus diftrahendum, ut *I* ad primum, *ule* ad alterum pertineret, primus Pafferatius cenfuit. Ex eo fic Lambin. atque ex hoc plurimi editores, etiam Fab. Dacer. Baxt. Cun. San. Gefnero non liquet. Certum tamen, omnes codd. mff. & vett. editt. integrum nomen ad v. 5 referre. Similis ratio vv. 22 & 23.

1. Quinctil. Inftitt. X. 1. 61. *Novem lyricorum longe Pindarus princeps, fpiritus magnificentia, fententiis, figuris, beatiffima rerum verborumque copia, & velut quodam eloquentiae flumine; propter quae Horatius eum merito credidit nemini imitabilem.* — *aemulari*, imitari. 2. *Iulus*, Antonii huius praenomen (non cognomen), illi a Triumviro inditum, quod

Nititur pennis, vitreo daturus
Nomina ponto.
Monte decurrens velut amnis, imbres
Quem super notas aluere ripas,
Fervet

3. *pinnis*, hic & alibi semper, nonnulli Lamb. tres Blandd. Cruqu. Mentel. Lipf. 1. 2 a m. pr. 6. *cum*, pro *quem*, Lipf. 3. pro var. lect. *cum - saliere* aliquot Lamb. antiquiss. Bland. Cruqu. duo Torrent. Pulm. 1. unus Bersm. Bentl. 1. 2. Mentel. Lipf. 2 a m. f. *cum - saluere* duo illi Torr. pro var. lect. Sax. Lipf. 2 a m. pr. *cum super totas saluere r.* duo Fabr. cui placet. Sunt ineptae lectt. quarum facile est originem videre.

quod is per matrem Iuliam, L. Iulii Caesaris filiam, a Iulo, Aeneae filio, descenderet. v. Spanhem. de V. N. Differt. X. p. 55. Casaub. ad Sueton. Claud. 2. Reimar. ad Dion. LIV. 26. Male *Iulium* alii vocant. Iam vulgare: „periculosum ille & audacem conatum sumit,„ praeclare poëta exornat ab casu Icari: quatenus volatus tribuitur poëtis, & ille quidem Pindari altissimus est, quem aequare nemini mortalium datum, aequare velle est cereis alis evolare. Cf. II. 20, 13. In verbis etiam multus doctusque ornatus. — *ceratis*, cera nexis, coniunctis, *ope Daedalea*, arte Daedali. — 3. *pennis*, h. alis (ut I. 3. 31.) *nititur*, praeclare pro, volat, utitur iis; quatenus alae ferunt ac sustentant avem. — 4. *nomina*, nomen, *daturus ponto;* quatenus ab Icaro delapso mare Icarium dictum. Res nota. Scilicet ornate h l. consequens pro antecedente: „is decidet, gravem horribilemque ruinam faciet.„ — *vitreo*, caeruleo, ὑαλίνῳ. v. ad I. 17. 20. Ad rem cf. Epist. I. 3. 10.

5 – 8. *Pindarus - fervet immensusque ruit - velut amnis monte decurrens.* Pindari spiritum ac dicendi genus declarat imagine poëtica, qua nil grandius aut magis Pindaricum. Cum enim alias dicitur *flumen ingenii*, item *orationis*, de ubertate & vi, tum Pindarus h l. comparatur *amni* rapido, qui *monte* praeceps *decurrit*, cum eum *imbres aluerunt*, praeclare pro, cum auctus est imbribus *super*, h. ita ut excedat & transeat, *ripas notas*, consuetas.

Fervet inmensusque ruit profundo
Pindarus ore:
Laurea donandus Apollinari,
Seu per audacis nova dithyrambos
Verba

7. *fervit* unus Cruqu. & recepit Cun. *immensus ruit* & Lips. 3. 4. Venet. 1492. Locher. *fuit* & Ascens.

suetas, quibus erat adsuefactus, s. decurrere solitus. Cf. I. 2. 10. Etiam verba v. 7. proprie ad vim fluvii talis pertinent, qui *fervet*, aestuat, & *immensus ruit*, immenso undarum ambitu furens per arva fertur. Prorsus magnifice sic designatur in Pindaro cum *ingenii ac sensuum* immensa magnitudo, inexhausta ubertas, aestuans fervor, tum *orationis* ferox maiestas, beatissima copia, violenta vis, rapidusque & concitatus impetus, sine intermissione superveniens tibi & quasi irruens. — 8. *os* elocutionem poëticam significat, Serm. I. 4. 43. A. P. 323. Igitur *os profundum*, immensa dicendi vis & copia. Nam *profundum* pro immenso & magno saepius. Iunge autem: *Pindarus ore pr.* cui est os profundum. Comparant cum his vv. Hom. Il. γ. 221. ubi verba Vlyssis νιφάδεσσι χειμερίῃσι ἐοικότα. Et v. Salom. Proverb. XVIII. 4. Alio consilio praeceps fluvius pingitur Hom. Il. δ. 452 sqq. ε. 87 sqq. Virg. Aen. II. 305 sqq. XII. 527 sqq. Nostros vv. expressit Vz. IV. 16. 4-6. T. I. p. 176. Sed iam ad eos respexisse videtur Quinctil. Instt. V. 14. 31. XII. 10. 61.

9 sqq. In *laudes Pindari* hinc excurrit: v. Argum. *Laurea donandus*, h. semper primarius & classicus poëta, in quovis poëseos genere lauro dignus, sive scribat dithyrambos cet. — *Apollinari*, forma insolens pro, Apollinea. Cf. III. 30 extr. Iam Pindari varia opera hinc usque ad v. 24. enumerat. Sunt ornatissimi ac nobilissimi vv. Scripserat Pindarus *dithyrambos* (v. 10-12.), *paeanas* s. *hymnos*, & *encomia* (v. 13-16.), tum *epinicia*, s. laudes hieronicarum (v. 17-20.), quae carmina sola, pro dolor! ad nos pervenerunt, denique *epicedia* ac θρήνους (v. 21-24.). Vide, quam praeclare singulum genus exornatum. Lyrice connexa omnia

Verba devolvit, numerisque fertur
Lege solutis:

Seu

11. *divolvit* Venet. 1492. Locher. Ascens. qui expl. „diffluere facit.„ Male vero. *numerusque-solutus*. Alt. 1.

omnia per *seu-seu*. v. ad I. 1. 21. In ceteris mirare copiam, inpr. etiam in variatione τȣ *scribere*, *canere*. — 10. Praeclare servatur allegoria in *devolvit* & *fertur*, quae sunt praecipitis fluminis, v. 5. *Devolvit* np. secum, dum ruit, *verba nova*, eaque volvit *per dithyrambos*; quam magnifice! cf. III. 29. 38. De *dithyrambis* nullum hodie est certum iudicium, quod nulli ad nostram aetatem ex antiquitate venerunt. Est eiusmodi aliquid ap. Aristoph. νεΦ. 339. Hoc scimus, fuisse carmina bacchica, Libero patri sacra, in quibus regnaret effrenatissima enthusiasmi rabies, summa mentis perturbatio, concitatissimus sensuum impetus, verborum & metri, item troporum & figurarum audacissima licentia, denique magna & mystica quaedam obscuritas; ut ab ebrio sive lymphato effusa viderentur. Hinc h. l. *audaces*, quod in iis ingenii poëtici audacissimus nisus cerneretur. Cf. dicta in Prolegg. T. I. p. CVII. Apparet, quanti ingenii fuerit, esse egregium διθυραμβοποιὸν, nec tamen in vitium incidere. — *nova verba*, h. non solum verba per se nova, vel ab ipso poëta efficta, vel novo modo composita, sed etiam novae inusitataeque verborum iuncturae (cf. A. P. 47.), novae antiquorum verborum significationes, nova totius orationis forma & structura. Igitur declaratur universa dithyramborum *elocutio*, effero tali enthusiasmo accommodata. — 11. 12. *numerus* s. *rhythmus* (Gall. *cadence*) proprie omnis ratio, mensura ac dinumeratis temporibus alternatio, quae in motu aliquo s. progressu observatur: ἡ τάξις τῆς κινήσεως, ut Plato definit, Legg. II. p. 580. D. Talis rhythmus erat iam apud antiquissimos homines in cantu & saltatione; hinc & in carminibus. Diversum ab illo *metrum*, h. horum ipsorum numerorum certus ac semper recurrens ordo. Iam h. l. *numeri* dithyramborum vocantur *lege soluti*; non quod nullum plane in his metrum fuerit, sed quod, ut est

Seu Deos, regesve canit, Deorum
Sanguinem, per quos cecidere iusta
Morte Centauri, cecidit tremendae
Flamma Chimaerae:

Sive,

13. *regesque* vulgo legitur. Sed *regesve* quidam Lemb. duo Bersm. Bentl. 1. 10. 19. 23 & sic Bentl. Valcos. Cun. San. Recte, nam est distributio, ut v. 18. — *canet* Lips. 4. Dess. 2.

est in omni re maius & minus aliquid, liberiores hac parte fuerunt. Scilicet, ut equidem mihi rem informo, non, ut alias odae solent, certa lege, quam sibi poëta ab initio statuit, per revertentes semper similes versus ac strophas (item antistrophas ac epodos), sed per varios ac dissimiles inter se versus, versuumque flexus, perpetuo & libero impetu decurrebant: quasi libero metro hodie scripta habemus (quae tamen, ne quis erret, non ideo pro dithyrambis habemus; Ramleri, Klopstockii, Denisii plurima. Forte hinc apparet, cur Cic. de Orat. III. 48. ex Theophrasto dicat, *dithyrambi membra & pedes in omni locupleti oratione esse diffusa:* item cur Aristoph. l. l. dithyrambicos poëtas appellet *ἀσματοκάμπτας*, h. qui variis carminum flexibus ac generibus utuntur. Attamen ex his omnibus nondum possumus satis certum de dithyramborum metro ferre iudicium. Alienus vero est locus Quinctil. a Baxtero laudatus; item Acronis scholion.

13. *reges* non proprie h. l. accipiendi, ut male nonnulli, etiam Scholl. sed pro heroibus & magnis hominibus antiquitatis; quo sensu ap. Homer. *ἄνακτες* Hercules, Aesculapius, cet. — *Deorum sanguinem*, filios, quales omnes heroës. Quod reges *διοτρεφεῖς*, *διογενεῖς* vocantur, id huc non pertinet. Igitur per *Deos* declarantur *paeanes* s. *hymni*, per *reges* autem *encomia*, s. laudes heroum. Vtriusque generis odas unum Pindari opus effecisse, cui ipse communem *paeanum* titulum inscripserit, discimus e Serv. ad Virg. Aen. X. 738. Iam encomia Pindarica amplius exornat, memoratis argumentis talium, quae haud dubie inter cetera exsplendescerent. — 15. De *Centauris*,

Sive, quos Elea domum reducit
Palma caelestis, pugilemve equumve
Dicit,

18. Male post *caelestes* colon ponunt vulgo editt. tamquam nova sententia sit: *pugilemve equumve dicit.* Rectius Bentl. Cun. San. uti nos. v. Obss. — *pugilemque* Lips. 3. Venett. Locher. Ascens.

tauris, in nuptiis Pirithoi & Hippodamiae s. Deidamiae, cum vino accensi feminis vim inferre vellent (hinc *iusta morte*), ab Hercule, Pirithoo ac Theseo confectis, res nota ex Ovid. M. XII. 198 sqq. Cf. ad I. 18. 8. Itaque declarantur encomia istorum trium; ex quibus Hercules Iovis, Theseus Neptuni filius, Pirithous Martis nepos creditus. — De *Chimaera* v. not. ad I. 27. 23. Significatur encomium Bellerophontis, qui Neptuni filius putatus. v. Didym. ad Hom. Il. ζ. 152. Venuste repetitum *cecidit*. — *flammis Ch.* ornate pro, Chimaera flammas evomens. Cf. II. 17. 13.

17—20. Odae in hieronicas s. victores in ludis graecis, Olympiis, Pythiis, Nemeis, Isthmiis: quae sola hodie exstant Pindari opera. Sed pro illis ludis universis tantum Olympicos, ut nobilissimos, memorat & exornat. *Palma* (v. ad I. 1. 5.) *Elea*, pro victoria, in ludis olympicis, ad Elidem, Peloponnesi urbem, parta. Sic *Elei labores*, Stat. Silv. IV. 4. 31. — *palma* eos tamquam *caelestes domum reducit*, praeclare & lyrice, pro, domum reportant palmam, eoque *caelestes* sunt, caelestibus Diis aequales. v. omnino ad I. 1. 5 & 6. — 18. E certaminibus memorat duo celeberrima, πυγμὴν s. pugilatum, qui fiebat pugno ac caestu, & δρόμον s. cursum equestrem; quomodo & inf. 3. 3 sqq. item A. P. 4. In cursu equestri vehebantur *vel* equo, sive uno, qui κέλης dictus, sive altero, qui una curreret, addito, quae dicta συνωρὶς & κάλπη, *vel* curru, inprimis quadrigis. Iam eorum, qui vicissent, equi etiam non solum ἀεθλοφόροι dicti, quod magnae eorum in certamine partes essent, sed etiam, eam ipsam ob caussam, & coronis ornati fuerunt, στεφανηφόροι, ut e Theocr. 15. 46. & Plut. Sympos. II. 5. docet summus Spanhem. ad Callim. H. Cer.

Dicit, & centum potiore signis
Munere donat:
Flebili sponsae iuvenemve raptum
Plorat, & vires animumque moresque
Aureos

19. *dicet* Lips. 1. *dicat* Dess. 2. Lips. 2. Dess. 2. Helmst. Male. 21. *iuvenemque* unus Bersm. 22. *animumve* Lips. 4. *mores*, omisso *que*, unus Bersm. Lips. 3. 4.

Cer. 110. & vero, inpr. κέλητες, encomiorum participes (v. Pind. Olymp. α. 29 sqq. Pyth. γ. 132 sqq.), item in numis subinde & inscriptt. memorati. v. Vaillant. numm. famill. T. I. p. 211. Gruter. Inscr. p. 337. Attamen h. l. solum ipsum *equum* s. κέλητα intelligere nolim, quod & aperte omnia ad ipsos victores spectant, neque cetera equo conveniunt; dum nullo modo potest is, quantumvis honoratus, dici *caelestis*, aut eum *palma domum reducere*. Igitur, quamquam non est *equus* simpliciter pro equite, ut inepte quidam, tamen in equo *simul* & *praecipue* equitem cogitari poëta voluit, ut I. 27 extr. in Pegaso Bellerophontem: quod cum nisum aliquem lyricum continet, tum, ob modo dicta, doctius & exquisitius erat. Igitur iunge: *sive dicit*, canit hos, *quos palma E. caelestes domum reducit*, sive pugilatu, sive cursu equestri vicerint. Male ad Castorem & Pollucem haec retulerunt Scholl. — 19. 20. *munus* & *donare* docte de hymno s. carmine epinicio. — *potiore*, quod praestat *centum signis*, statuis, ob carminum immortalitatem. Cf. III. 30. IV. 8. & Pind. Nem. ε pr.

21—24. Epicedia s. threni. Sed pro quolibet mortuo, qui carmine tali laudari possit, ponit *iuvenem*, & quidem, cui *sponsa* est; quod quam praeclarum, quam suave ad communem hominum sensum affectumque sit, facile sentitur. Cf. I. 29. 5. III. 2. 6. Credibile etiam, inter epicedia Pindarica *tale* aliquod inprimis eminuisse. — *iuvenemve*, sive iuvenem *plorat* (at quam dulce verbum!) *raptum*, ereptum *sponsae flebili*, miserandae, vel, quod praestat, lacrimanti, maestae; ut dicitur *flebile carmen*, *flebilis gemitus*. — 22. Laudat Pindarus in iuvene mortuo *vires* corporis,

Aureos educit in astra, nigroque
Invidet Orco.
Multa Dircaeum levat aura cycnum,
Tendit, Antoni, quoties in altos
Nubium tractus: ego, apis Matinae
More modoque,

Grata

23. *deducit* nonnulli Lamb. Pulm. 5. aliique, it. Basill. Muret. Fabr. Steph. Rutg. Fab. Dacer. Diu fuit vulgata lectio. *reducit* s. *redducit* plures Torrent. (cui placet) nonnulli Cruqu. Pulm. 1. 2. 4. unus Bersm. Bentl. 2. 6 a m. pr. Fran. Lipss. Helmst. Venet. 1492. Locher. Ascens. Sed rectius *educit* plerique Lamb. antiquiss. Bland. Cruqu. tres Torrent. Pulm 3. duo Bersm. Bentl. 1. Mentel. Altt. Dess. 2. Venet. 1478. Lamb. Cruqu. Torr. Heins. Bentl. Cun. San. v. Obss. Mox *nigro*, omisso *que*, unus Bersm. 26. *quotiens*, antiqua scriptura, Bentl.

poris, ut in Graecia maximi habitas, *animum*, animi fortitudinem, & *mores aureos*, egregios, sanctos; ex usu Gr. χρυσᾶς. De aurea aetate non opus cogitare. — 23. *educere*, tollere, *in astra*, celebrare. v. ad III. 25. 6. *educere* autem, ut Virg. Aen. II. 186. *educere caelo*. — *Orcus* pro morte. — *nigro*, v. ad I. 24. 18. — *invidet* pro, subtrahit, eripit morti, immortales reddit; praeclare! quatenus, quae invidemus alteri, eripere conamur. Cf. III. 3. 16.

25 sqq. Iam se ipsum Pindaro confert, hunc magnifico *cycno*, alte volanti (v. Argum. II. 20.), se *api* parvae, prope humum volitanti, comparans. Qua insigni similitudine declarare vult, humilia se modo atque exilia carmina facere, nam non esse in se eum, qui fuisset in Pindaro, nisum ingenii, omnia se debere operae tantum ac diligentiae. — *Dircaeus cycnus*, Pindarus Thebanus; nam *Dirce* fons notus Boeotiae, prope Thebas. — *aura levat*, tollit, eum, qui in altum evolat, quatenus aura s. aëre nititur. Sic I. 2. 48. — *multa aura*, poëtica ratione, pro, aura *multum* levat eum, sublimis ille volat. Cf. Virg. Ge. I. 187. II. 166. Male fere Intpp. — 26. *quoties* humo se tollere vult Pro eo: *quoties tendit* in *tractus*, regiones, *nubium*, h. in nubes. — 27. Apibus comparati poëtae saepius, obvia de caussa. v. Epist. I. 3. 21.

Grata carpentis thyma per laborem
Plurimum, circa nemus uvidique
Tiburis ripas operosa parvus
Carmina fingo.

Con-

29. Post *laborem* comma ponit Bentl. ut iungatur v. 30. *plurimum circa nemus*. quemadmodum *plurima silva*, Ovid. Met. XIV. 361. *Per laborem* ait esse pro, laboriose, uti dicatur *per vim*, *per iocum* cet. Sed recte iungitur, *per laborem plurimum*; nam e sensu lyrico *per laborem* non potest h. l. esse sine epitheto, *nemori* idem additum friget ac otiosum est. Denique *floreum circa n.* mallet idem Bentl. 31. *Tiberis* Lips. 3. inepte. --- *rivos* emend. Bentl. ex eoque Sanad. quod *ripae* nusquam simpliciter dicantur sine mentione fluvii. O frigus grammaticum! Facile sentit, si cui est sensus poëticus, quam praeclare, nisu illo lyrico, qui per universum carmen regnat, *ripae Tiburis* dicantur pro ripis fluviorum, qui Tibur praefluunt. Similes turbas movebat Bentl. supra III. 25. 13. defectu sensus poëtici.

Lucret. III. 11 sqq. H. l. simul inest oppositio ad cycnum. — *Matinae* (v. I. 28. 3.), Calabrae, quam delegit pro quavis, cum ob III. 16. 33. tum, quod Matinus mons vicinus Venusiae, patriae Horatii. — 28. *more modoque* pro, instar, quatenus *mos* naturam & ingenium, *modus* usum & consuetudinem designat. — 29. *carpentis*, libantis, *thyma*, thymum, docte pro, succum & rorem ex thymo. — *grata*, quia ideo thymum sectantur. — *per plurimum laborem*, laboris, multo cum labore. Hoc praeclare additum; cum, quod apibus egregie convenit, tum ob sqq. *operosa carmina*. — 30. *circa Tibur*, quia ibi Sabinum suum habebat. Pro Tibure, *nemus & ripae* (v. V. L.) *Tiburis*. Amoena pictura; cum per se, tum ob praesentem comparationem, quatenus, ut apes, sic poëtae *nemus & ripas* amant (v. ad I. 1. 30.), & quasi circumvolitant (v. Epist. I. 3. 21.), ac inde carminum materiam delibant. Cf. inf. 3. 10-12. *uvidi*, v. ad III. 29. 6. — 31. *operosa*, quae magno labore mihi constant. Summus delectus in epitheto, ob saepius dicta. — *parvus*, exiguus ego poëta, qui in humili

mili

Concines maiore poëta plectro
Caesarem, quandoque trahet ferocis
Per sacrum clivom, merita decorus
Fronde, Sygambros:

Quo

33. *concinis* Lipſ. 3. 34. *trahit* Baſil. 1555. 35. *Sicambros* vulgo ſcribitur, item in nonnullis *Sigambros*, *Sycambros*. Sed *Sygambros* tres Blandd. Cruqu. nonnulli Torrent. Lipſ. 2. 3. Bentl. Cun. Recte, nam Dioni & Ptolemaeo ſemper dicuntur Σύγαμβροι Et vetuſtiſſimi codd. alibi etiam *Sygambros* ſcribunt. v. N. Heinſ. ad Ovid. Am. I. 14. 49. Tacitus Sugambros vocat, Strabo Σουγάμβρους.

mili ac tenui carminum genere verſor. Etiam hoc vocabulum ad comparationem cum ape pertinet. — 32. *fingo*, praeclare hoc quoque; nam eſt proprium apibus verbum

33 ſqq. Vid. Argum. & cff. ſimiles ſenſus I. 6 pr. II. 12. 9 ſqq. — *concinere* pro canere, etiam de uno, ut Ovid. Her. 7 pr. *concines*, tu concinas oportet, ut *poëta maiore plectro*, h. cui maius plectrum (v. ad I. 26. 11), grandior ſpiritus poëticus obtigit. Splendidum elogium! v. Argum. Alii ſic: *concines maiore plectro;* ſed tunc vel iungendum, *concines* ut *poëta*, vel, *concines*, o *poëta*. Neutrum placet ſenſui lyrico. — 34-36. Auguſtum triumphantem. Sed haec ultima idea praeclare exornata. — *quandoque*, quando, cum. v. ſup. 1. 17. Vulgare & proprium erat, *ducere* per triumphum, ſ. in triumpho; pro eo, *trahere*, quod magnam habet vim, ob ideas adiunctas. — 35. *clivus ſacer*, h. via ſacra (ut bene Porphyr.), qua triumphus in Capitolium ibat. Docte *clivus*, quatenus illa via verſus Capitolium acclivis erat. — *fronde*, lauro, *merita decorus*, coronatus. Iuſtus triumphus declaratur. — 36. *Sygambri* (v. V. L.), Germaniae gens fortiſſima, trans Rhenum, inter Lupiam & Sigam (hod. *Lippe* & *Siege*) late habitans, np. a Rheno usque ad fontes Lupiae; ubi nunc ſunt ducatus Montenſis, comitatus Marchiae & pars Cliviae. Intelligitur is Sygambrorum ſitus e Strab IV. p. 194. Dion. IV. 32 & 33. p. 544.

Caeſ.

Quo nihil maius meliusve terris
Fata donavere, bonique Divi,
Nec dabunt, quamvis redeant in aurum
Tempora priscum.
Concines laetosque dies, & Vrbis
Publicum ludum, super inpetrato
Fortis

41. *laetasque* unus Bersm. Deff. 2. & sic Cun. ob novitatem scilicet.

Caes. B. G. IV. 16. Sequenti tempore in deditionem accepti ab Augusto, in Galliam traducti, ac in proximis Rheno agris, ubi hodie pars Cliviae & Geldriae, collocati sunt: Sueton. Aug. 21. Post ab iis inprimis descendisse Francos, nobilissimam in historia gentem, constat. *feroces*, cum natura sua, tum, quod multa Romanis ἄλγε' ἔθηκαν. v. Argum. & cf. inf. 14 extr. Capita Sygambrica duodecim, vultu tetrico & severo, crinibus in nodum tortis, expressa v. in Smetii antiqua neom. p. 70. & cf. Martial. Spectt. III. 9.

37—40. Splendidissimum elogium! in quo observetur πάθος pietatis. Summa laus principis in *magnitudine* cum *bonitate* coniuncta: igitur hi vv. declarant Augustum Optimum Maximum, cui par neque umquam fuerit (v. 37. 38.), neque futurus sit (v. 39. 40.). Cf. Epist. II. 1. 17. — *fata donavere* (praeclare!), &, qui a fatis pendent (cf. I. 12. 51.), *Divi boni*. v. inf. 5. 1. — 39. *nec dabunt*, darent, dare possent meliorem principem, *quamvis redeant*, redirent, *tempora* nostra *in aurum priscum*, doctius pro, quamvis nostris temporibus rediret *aurum*, h. aetas aurea, qua fuere optimi homines. Sic *aurum* ap. Ovid. M. I. 115.

41. *Dies laetos*, festos, ferias ob Augusti reditum. Amplius eae feriae declarantur per *publicum ludum Vrbis*, h. ludos publice editos in Vrbe, die triumphi, & *forum orbum*, h. vacuum (ut ὀρφανός, Pind. Isthm. δ. 13.) *litibus*, dum nullae in eo caussae aguntur; quod in omni laetitia publica (item in publico luctu) Romae usu venit. — *super*, propter. — *impetratus* a Diis *reditus*, quatenus

Fortis Augusti reditu', forumque
Litibus orbum.
Tum meae (si quid loquar audiendum)
Vocis accedet bona pars: &, o sol
Pulcher, o laudande, canam, recepto
Caesare felix.

Tuque

45. *si quod* Lipſ. 2 a m. pr. *loquor* quid. Lamb. Bentl. 1. 6. 9. 18. Lipſ. 2. Et ſic Fab. Dacer. Bentl. Cun. San. Sed *loquar* & bene habet, & neceſſarium. v. Obſſ. 46. *ego*, *ſol* Baſil. 1531. pro var. lect. 47. *&* *laudande* Lipſ. 1. pro var. lect.

tenus vota pro eo facta. Inprimis ludi voti erant, qui & editi. v. Argum. Docet & lapis ap. Gruter. p. XI. n. 2. ludos votivos, pro reditu Augusti, ex SC. feciſſe Quinctilium Varum Cos. collega Tiberio Nerone, hoc eſt, a. 741. — *fortis* ad res bello geſtas pertinet.

45 ſqq. Tum & ego, tibi ſuccinens, meam de Augusti *reditu* (v. 45-48.) & *triumpho* (v. 49-52.) laetitiam declarabo. Hoc ita expreſſum, ut iam ſpectare redeuntem triumphantemque Auguſtum, & in media acclamantium turba verſari ſibi videatur. Spirant omnia vividiſſimum, idemque veriſſimum gaudii πάθος. De divina ſenſuum inflexione, inprimis, quod ſe multitudini ac plebi miſcet, v. Arg. *Tum accedet*, ſc. ad magnificos illos cantus tuos, *bona*, magna *pars* (v. Serm. I. 1. 61.) *vocis meae*, i. vox mea, magna pars futura plurimarum illarum vocum, quae hunc diem celebrabunt; h. e. inter plurimas illas Auguſto acclamantium voces, mea inprimis audietur, ſi quidem audiri ego potero, in communi illo laetitiae & cantuum ſtrepitu. Pro hoc: *ſi quid loquar* (cf. ad III. 25. 18.) *audiendum*, quod exaudiri poſſit; quo ipſo etiam verecundus ille ſenſus, de quo in Argum. diximus, praeclare ſignificatur. Sed alii aliter. — 46. *ſol*, dies, pulcher, v. inf. 5. 7 ſq. *laudande*, carminibus & hymnis digne. Nil excellentius his brevibus exclamationibus, tamquam nil amplius proferre poſſit. — 47. *canam*, exclamabo (cf. Ovid. Triſt. IV. 2. 52.), *felix*, felicem me ſentiens, *recepto* C. (cf. II. 7 extr.), h. in eo, quod Caeſar rediit. Cf. III. 14. 13.

Tuque dum procedis, Io triumphe,
Non ſemel dicemus, Io triumphe,

Civi-

49. *Tuque dum procedis* Porphyr. multi Lamb. Cruqu. Torr. & Bentl. Pulm. 5. Deſſ. 2. Muret. Baſill. Lamb. ed. pr. Fabr. Torrent. Steph. Glarean. Brut. Fab. Dacer. Baxt. Geſn. Burm. *Tuque cum* unus Bersm. *Teque dum* nonnulli Lamb. tres Blandd. Cruqu. unus Torr. Pulm. 2. 3. 4. duo Bersm. vetuſtiores Bentl. Sax. Brod. ac e noſtris Mentel. Lipſſ. Altt. Helmſt. Fran. Venett. Locher. Aſcenſ. Lamb. ed. poſt. Cruqu. *Teque cum* Pulm. 1. Qui legunt *teque*, iungere debent cum *dicemus*: „ teque dicemus, dum procedis. „ Sed aperte iungendum: „ dicemus io triumphe „ igitur lectio *teque* haud dubie reiicienda. Sed neque alteram *Tuque* ferendam cenſuerunt, quia non Antonius triumpharit, non illi acclamatum, non illi res ſacra facta ſit. Quare: *Duxque dum procedit* emend. D. Heinſ. & ſic Rutgerſ. *Isque dum procedit* emend. Bentl. allatis quinque Virgilii verſibus, qui ab *Isque* incipiunt. Sed illud *isque*, quod in narratione Virgiliana fero, in HOC carmine, atque HOC loco ferre non poſſum; ita ieiunum & languidum eſt. *Tumque dum procedit* emend. Cun. qua lectione quid invenuſtius? *Tumque dum procedet* San. Sivr. Fuit &, qui coniiceret, *atque dum procedit*. Ego non habui, quod a vulgata lectione, bona & praeclara (v. Obſſ.), recederem. Verum, quia Antonius *procedit*, ideo *ille* triumphat, *illi* acclamatur? Ita quod concludere potuerint VV. DD. ſatis mirari non poſſum. --- *praecedes* Fran. ſollemni errore. / Denique cur vv. 49 & 50 in uno Bland. Cruqu. permutati ſint, & v. 50 a Lipſ. 4 abſit, facile intelligitur. 50. *Nos ſimul* var. lect. ap. Ionſ. *nec ſemel* Alt. 1. In Alt. 2. verſus 50 ita habet: *laudet & caſti pueri, ſenesque &*, haud dubie ab inepto grammatico.

49. Vexatus verſus cum a Criticis (v. V. L.), tum ab Intpp. Nam illud *Tuque* alii (ut Aſcenſ.) referunt ad *ſolem* ſ. diem, v. 46. qui *procedere* dici poſſit; verum hoc a ſenſu & nexu alienum. Alii (ut Porphyr. Glarean. Brut. Dacer.) Horatium aiunt ipſum *Triumphum*, tamquam Deum, alloqui, ſicuti V. 9. 21. Sed inepta ſic exiret ſententiae ſtructura, dum prius *io triumphe!* alio ſenſu accipiendum eſſet, ac poſterius. Omnino *tu* h. l. ad nullum alium, niſi ad Antonium, referri poteſt: namque apparet, ad eumdem pertinere hoc *tuque*, ad quem mox *te*, v. 53. & poëtam, ut

vv.

Civitas omnis, dabimusque Divis
Tura benignis.
Te decem tauri, totidemque vaccae,
Me tener solvet vitulus, relicta
Matre

vv. 33. 45. & 53. 54. ita & hîc Antonio sese opponere. — *procedere* verbum proprium de pompa sollemni, ut Virg. Aen. XI. 94. Ovid. Fast. IV. 295. Cum per totam oden (etiam mox v. 53.) poëta Antonio insignem prae se principatum, & quasi splendidiores in Augusti reditu celebrando partes tribuit; tum & hîc illum, qui esset in Augusti familia (v. Argum.), triumphum Caesaris comitantem ac inter primos procedentem, se ipsum in media spectantium turba adstantem, Augustoque acclamantem facit. Igitur vide, quam & exquisite & urbane pro vulgari, *dum Augustus triumphat*, dixerit, *dum tu*, o Antoni, *procedis*. Reconditam loci venustatem non perceptam fuisse plurimis, non mirandum. — *io triumphe!* nota acclamantium triumpho militum & civium vox, etiam in numis obvia: IO IO TRIVMP. v. Oisel. p. 459. Fuit haud dubie ducta initio a pompa Bacchi, Θριάμβῳ (v. Hesych.), & formata, ut *io Bacche*, *io Paean*, *io Hymenaee*. Nam *Triumphus* s. *Triumpus* Deus, idem qui Bacchus, in numis ap. Spanhem. de V. N. diss. X. p. 211 sqq. — 50. *non semel*, iterum iterumque, continuo clamabimus. Magnam vim habet repetitum *io triumphe*. — *dicemus civitas omnis*, ego cum omni civitate s. populo Rom. dicam. Similis forma V. 16 36. *dabimus*, offeremus (cf. ad III. 22 extr.) *tura Divis benignis*, qui nobis Caesarem reddiderint; ut sup. v. 38. *boni*. Inter triumphum tura incensa in plateis, eoque die sacrificia plurima publice privatimque facta. Cf. Ovid. Tr. IV. 2. 4-8. Hinc ducti h. l. colores.

53. Erant vota & sacrificia censui fortunisque accommodata: igitur praeclare votum Antonii splendidum, Horatii tenue. Cf. similis sensus II. 17 extr. Iam cum, qui vovit aliquid, *obstrictus* s. *obligatus* est voto, tum eo *solvitur*, cum illud perficit. Igitur h. l. pro vulgari: „nunc tu, ex voto, immolabis decem tauros„ exquisitius

Matre, qui largis iuvenescit herbis
In mea vota,
Fronte curvatos imitatus ignis
Tertium Lunae referentis ortum,

Qua

58. *orbem* nonnulli Lamb. quatuor Torrent. Pulm. 4. libb. Fabr. unus Bersm. Bentl. decem, Mentel. Sed non convenit huc *orbis* s. cursus lunae, nisi velis *tertium orbem* explicare „tertiam partem orbis„ & hanc pro tertio die accipere: quod tamen durius. Praestat ceterorum omnium libb. lectio *ortum*.

tius est, *te solvent decem tauri*. 54. *tener vitulus*, iuvencus, *relicta matre*, depulsus ab ubere. — *iuvenescit*, adolescit, crescit (cf. III. 23. 11), praeclare pro pascitur in *herbis*, pratis. — *largis*, suaviter! — 55. *in* h. ad persolvenda *vota mea*.

57–60. Cum hac iuvenci descriptione comparent studiosi III 13. 4 sqq. 22. 6 sqq. Esse illam pulcherrimam dant omnes, iamque Porphyr. *disertam & elegantem elocutionem* dicit: sed obiiciunt delicatiores quidam (in his Sanadon.), inutilem digressionem, neque satis dignum cetero carmine exitum esse. Ne dicam, vere Pindaricam videri posse talem in extremo carmine iuvenci immolandi descriptionem: tum praeclare eadem convenit homini, sacrificii, quod parat, meditatione pleno; atque inprimis valet ad victimae, per se exiguae, pulchritudinem commendandam, declarandamque super ea re laetitiam, ac spem gratam Diis hostiam fore. Quare nihil in hoc loco humilitatis aut digressionis est; omninoque egregium se in eo poëta praebuit, quod *religiosum* odes exitum fecit, & sic summam ei, ex illius aetatis hominum sensu, dignitatem tribuit; dum inde a v. 51 ad supplicationem omnia pertinent. De simili Sanadoni fastidio vidimus ad III. 14 extr. — 57. 58. Ornatissimi versus. — *curvati ignes Lunae*, np. Deae, ornate pro luna curvata, falcata. — *tertius ortus*, cum luna nova tertium oritur, dies tertius a novilunio; alias *luna tertia*. Sic *ortus quartus* Virg. Ge. I. 432. Sollemni verbo *referre*, reducere, Luna dicitur *tertium ortum* suorum *ignium*, quatenus hi, eorumque ortus, sub illius imperio sunt:

Qua notam duxit, niveus videri,
Cetera fulvus.

CAR-

59. *ducit* coni. Francii ap. Cun. *traxit* Bentl. 7. ex interpretamento. *videtur* Asc. male.

ſunt: ut *referre* Sol dicitur diem, aeſtatem, cet. — *imitatus* in *fronte*, pro, in cuius fronte *nota* eſt ſ. macula, quae ſimilis eſt lunae tertiae, h. macula ſemicircularis tenuiſſima. Ita explicare iubent ſqq. & quae ad ea dicentur. Sed minus bene alii ad cornua tenera iuvenci referunt. — 59. *niveus*, candidus, *videri*, pro, viſu, λευκὸς ἰδέσθαι, ea parte, *qua notam* illam *duxit*, traxit (v. Virg. Ecl. IX. 49.), h. habet. In omnibus agnoſce copiam & doctiorem converſionem, pro vulgari: habens in fronte *candidam* maculam, quae imitatur cet. — 60. *cetera*, τἄλλα, quod ad ceteras partes, *fulvus*, nobis *dunkelgelb*. Expreſſa omnia e Moſch. idyll. β. (Εὐρώπη) 84 ſq. ubi taurus, ſub quo Iuppiter latebat, deſcribitur: Τῷ δ' ἤτοι τὸ μὲν ἄλλο δέμας ξανθόχροον ἔσκεν, Κύκλος δ' ἀργύφεος μέσσῳ μάρμαιρε μετώπῳ. Vnde apparet, cum pulcherrimum h. l. iuvencum ex notionibus veterum deſcribi, tum novam ex Moſchi loco comparato dignitatem noſtro accedere. Omnino laudem habebat ap. antiquos nota candida, vel rotunda, vel ſemicircularis, in fronte animalium, cetero corpore unicolore. v. Homer. Il. ψ. 454. de equo: ὃς τὸ μὲν ἄλλο τόσον φοῖνιξ ἦν, ἐν δὲ μετώπῳ Λευκὸν σῆμα τέτυκτο περίτροχον, ἠΰτε μήνη. Cf. etiam Virg. Aen. V. 567.

CARMEN III.

ARGVMENTVM.

Altera odarum, quas mallet fecisse Iulius Scaliger, quam esse totius Tarraconensis rex. v. Argum. III. 9. Est sane illa in nobilissimorum Horatii operum numero habenda. Sed clarius indicandae illius virtutes videntur. Primum placere debet regnans per eam enthusiasmus, *non rapidus ac turbidus, sed* placidus *ille* & moderatus, cum serenitate, *ut ita dicam, & tranquillitate coniunctus; ex quo mediocri genere primarium quoddam haec ode opus est. Deinde non potest non delectare* sensuum *tam & naturalis* veritas, *& delicata* venustas, & *vero generosa* dignitas. In elocutione atque exornatione *universa* simplex *eadem* elegantia ac suavitas *cernitur, quam in III. 9. vidimus; tum vero* orationis poëticae inflexio plane admirabilis, *inpr. a principio.* Numeri *denique* lyrici *ita* molles ac dulces, *nihil ut hac parte anteferri huic carmini possit. De quo ut verbo omnia dicamus, recte illud Sanadonus* perfecte pulchrum *esse, Dacerius* nihil *eo, neque apud Graecos, neque apud Romanos,* elaboratius *absolutiusque* (rien de plus achevé) *reperiri ait. --- Argumentum & nobilissimum & suavissimum.* Musis debeo, quod ad poësin lyricam & ingenio valeo, & naturali impetu feror; Musis, quod ex ea gloriam mihi immortalitatemque paravi. --- *Omnino, si quis haec de se praedicare possit, facile careat regno Tarraconensi. De singularibus odes virtutibus in Observatt. dicetur. Conferatur cum ea, quae similis argumenti est, I. 1. Nostram certatim imitati sunt, inprimis ab inflexione sensuum & orationis poëticae, recentiores poëtae. Praestantiora talia carmina sunt: Ramleri lyr. XXII.* Wen seine Mutter *cet. deinde Vzii lyr. IV. 4.* Ihr holden Musen *cet. (Tom. I. p. 141.); tum Klopstockii duo, excelsiori spiritu, unum II. 1.* Wen des Genius Blick *cet. (p. 75.), alterum II. 10.* Welchen König der Gott *cet. (p. 121.); denique, quod exstat in Vossianis fastis Musarum* (Musenalmanach) *anni 1778. p. 39. Quae comparasse, item legisse versionem nostri c. Ramlerianam, non sane erit, quod studiosos poeniteat.*

AD

AD MELPOMENEN.

METRVM V.

Quem tu, Melpomene, semel
Nascentem placido lumine videris,
Illum non labor Isthmius

Clara-

AD MVSAM Mentel.

2. *numine* Mentel.

1 sqq. Praeclarum statim in hoc principio est, quod usque ad v. 12. universe poëta loquitur, sic, ut inde a v. 10. sensim inflectat ad se ipsum orationem, & mox v. 13. aperte convertat. — 1. 2. Cui vos, Musae, propitiae estis. E Musis memorat *Melpomenen*, lyricae poëseos inprimis praesidem. v. ad I. 1. 33. & cf. III. 30 extr. — *semel* aliquando; ut dicimus v. c. *cum* semel *induxisset in animum* cet. Argutatur Dacer. — 2. *nascentem*, quod a natura tributum habere debet poëta ingenium. Sed pro hoc ipso vulgari *Melpomene* dicitur *nascentem* poëtam *placido lumine*, placidis oculis, placide, h. amice & benigne, *videre*, adspicere (cf. Tibull. II. 4. 59.), eoque adspectu dare ingenium poëticum. Nobilissima imago poëtica, a Graecis petita. Fundus Hesiod. Θ. 81 sqq. *Ὄντινα τιμήσουσι Διὸς κοῦραι μεγάλοιο Γεινόμενόν τ' ἐσίδωσι* cet. Suave est, videre, quomodo eam ideam alii deinceps poëtae suam fecerint ornarintque; ut Callim. H. Dian. 129. epigr. 22. 5. Theocr. id. Θ extr. ιζ. 74. Sic & Aristaenet. I. 11. *εὐμενεστέροις ὀφθαλμοῖς εἶδον αὐτὴν αἱ Χάριτες*. Adde recentiores, in Argum. laudatos.

3 sqq. Is, neglectis aliis, in quibus vel summa gloria ponitur, & quo sic plurimi feruntur, studiis (v. 3-9.), solam poësin sequetur, per eamque clarus & immortalis erit (v. 10-12.). Illud prius sic tractat, ut memoret summum maximeque expetitum, cum apud Graecos, tum apud Romanos, honorem, np. victoriam in ludis

Clarabit pugilem, non equus inpiger
Curru ducet Achaico

Victo-

5. *Achaïo* Cun. Sanad.

ludis sacris (v. 3-6.), & triumphum (v. 6-9.). Quae ratio quam generosum sententiae spiritum, quam insignem gloriae poëticae ex oppositione principatum tribuat, facile percipitur. Similem viam ingressus Horatius in I. 1. quod per omnia comparabit interpres. Sed observemus hinc usque ad v. 9. altiorem quemdam orationis spiritum, ornatumque aliquanto splendidiorem, np. re ita poscente. E certaminibus vero Graecis deligit poëta *pugilatum* & *cursum equestrem*. v. sup. ad 2. 18. — 3. 4. Is non erit clarus pugil. — *labor*, h. certamen, ἀγὼν, ἄεθλος, *Isthmius*, in ludis Isthmicis, in Isthmo Corinthio, in Neptuni honorem, celebratis; quos pro universis ponit. *Eleos labores* dicit Stat. Silv. IV. 4. 31. 4. *clarabit*, clarum reddet. Antiquo vocabulo (quod ipsum iam dignitatem habet; v. Cic. de Or. III. 38.) novum sensum tribuit: nam ap. Lucret. III. 36. IV. 779. Cicer. de Div. I. 12. est pro declarare, ostendere. Notetur vero h. l. copia etiam in verbis, *clarabit*, *ducet victorem*, *ostendet Capitolio*, *fingent nobilem*. — *pugilem*, tamquam pugilem, h. victorem in pugilatu. — *impiger*, velox strenuus, ex natura equi, inpr. *talis* equi. Raml. *geflügelte Roße*. — *equus non ducet* eum *curru*, doctius pro, non vehetur ille curru ut *victor*, h. non erit victor in quadriiugo certamine. Nam de ipso cursu accipio, non, ut alii, de victorum in patriam reditu (ex Vitruv. IX. praefat.): quod & hac ratione scena inscite mutatur, & priori explicationi melius conveniunt *impiger* equus & currus *Achaicus*. Ad *Achaiam* propriam olim pertinebant Isthmus & Corinthus; igitur ornate currus, quo in ludis isthmicis certatur, *Achaicus*. Quod magis lyricum, quam simpl. explicare, *Graeco*; licet omnino Romanorum aetate *Achaia* provincia omnem Graeciam propriam & Peloponnesum complexa sit, unique proconsuli paruerit.

Victorem, neque res bellica Deliis
Ornatum foliis ducem,
Quod regum tumidas contuderit minas,
Ostendet Capitolio:
Sed quae Tibur aquae fertile praefluunt,
Et

8. *timidas* unus Bersm. 9. *Ostendit* Lipf. 1. 2. 4. Venet. 1492. Locher. 10. *perfluunt* nonnulli Lamb. & aliorum, Lipf. 1. 4. Alt. 2. Venet. 1478. Ald. Mur. Fabr. Basill. Lamb. ed. pr. Steph. Fab. Dacer. *profluunt* Pulm. 3. (quamquam cum superadscripto „ praefluunt „) Mentel. a m. f. Bentl. 2. *proluunt* quid. Lamb. Sed *praefluunt* duo Vatt. Torn. Ruffard. Nicot. Lamb. Pulm. 1. 2. 4. libri Cruqu. omnes meliores Torrent. duo Bersm. Bentl. 1. 6 & alii, Mentel. a m. pr. Lipf. 2. 3. Deff. 2. Alt. 1. Fran. Helmst. Venet. 1492. Locher. Asc. Heinf. Lamb. Cruqu. Torr. Rutg. Baxt. Bentl. Burm. Cun. San. Ion. Sivr. Vid. & obfervatt.

6. *neque res bellica*, h. neque res bello gestae eum *ostendent* C. pro, ducent in Capitolium, & hoc praeclare pro, facient, ut triumphans in C. eat; *ostendet* autem, quatenus venientem *videt* quasi Capitolium. — *folia Delia*, Apollini Delio sacra, docte pro corona laurea. Supra 2. 35. *fronde merita*. — 8. *Quod* reges potentes vicerit. Hoc praeclare exornatum. — *minae tumidae regum*, i. tumidorum regum, pro, reges superbi, Romano imperio malum minitati. — *contundere* pro vincere, grave verbum; nam est, vi frangere. cf. III. 6. 10. Virg. Aen. I. 264. Etiam Cicero iungit *contundere & frangere*, Phil. XIII. 13.

10 sqq. Sed poëticum studium sequetur, eoque erit clarus ac nobilis. E sollemni idea hoc adumbratum suavissimis coloribus secessus otiique rustici, *poëtis* inprimis cari. v. Epist. II. 2. 77. Inprimis amoenissimum agrum *Tiburtinum* memorat, ob Sabinum suum, ibi situm; nam molliter ad se ipsum orationem convertit. Cum amoenitas rustica designatur fere per silvas & flumina (cf. I. 21. 5. Virg. Ge. II. 485 sq.), tum h. l. *aquae Tiburis*, h. fontes, rivi, fluvii, & *nemora*, plane ut sup. 2. 30. *nemus & ripae Tiburis*, — *praefluunt*, praeterfluunt, ut inf. 14. 26. Liv. I. 45. *infima valle praefluit Tiberis*. item Lucan.

Et ſpiſſae nemorum comae,
Fingent Aeolio carmine nobilem.
Romae principis urbium
Dignatur ſuboles inter amabilis
Vatum ponere me choros:
Et iam dente minus mordeor invido.

O,

12. *aeolico* Lipſ. 3. 4. 14. *ſuboles* Lamb. e tribus Vatt. Cruqu. e tribus Blandd. Torr. Heinſ. Bentl. Cun. San. Geſn. Recte vero. v. Cellar. orthogr. lat. ed. Harl. T. I. p. 356. *ſemper amabili-choro* emend. With. 15. *Vatem* emend. Ancherſen. V. not. 16. *nimis* Lipſ. 4. *torqueor* Cun. San. Male!

can. VI. 76. *Tiberis praelapſus moenia Romae.* Ad rem cf. I. 7. 12 ſqq. — *fertile Tibur*, pro agro Tiburis fertili. — 11. *comae*, frondes, *ſpiſſae nemorum*, pro, nemora ſpiſſa. Raml. *dämmernde Haine.* — 12. *Fingent* eum poëtam lyricum. Pro hoc: *carmine Aeolio*, h. poëſi lyrica (v. ad III. 30. 13.) *nobilem;* quatenus amoenitates rusticae ingenium poëticum, a natura tributum, afflatu veluti ſuo exſuſcitant, commovent, alunt, eosque, quibus illud datum ſit, ad exquiſitiores ſenſus concipiendos, atque ad canendum, inflammant adſuefaciuntque, & ſic poëtas *fingunt.* Cf. I. 1. 30. ibique not. Raml. *ihr flößet ihm die Lesboiſche Kunſt göttlicher Hymnen ein.*

13—14. Hac ego gloria poëtica iam fruor. *Romae ſuboles*, h. Romani ſ. Roma; nil amplius. Male poſt Porphyr. nonnulli int. Nerones, Auguſti privignos. — *principis urbium*, ut inf. 14. 44. *domina Roma.* Valet hoc ad augendam Horatii gloriam. *dignatur me ponere*, quam modeſte, pro, ponit me inter *choros vatum*, h. numerat me inter poëtas ſuos *amabiles*, quos maxime amat, qui inprimis placent. Cf. I. 1. 35. Praeclare autem *chori*, inpr. de lyricis vatibus. Quomodo turbet h l. Ancherſen, ad carmen ſaeculare haec referens, & *ſubolem* explicans puellas puerosque, qui Horatium, vatem (v. V. L.) ſaecularem inter choros ſuos poſuerint, v. Geſn. — 16. Deſignatur gloria, quae vicit invidiam; np. cum quis ad eum meritorum gradum aſcendit, quem tangere livor non amplius poſſit.

O, testudinis aureae
  Dulcem quae strepitum, Pieri, temperas:
O, mutis quoque piscibus
  Donatura cycni, si libeat, sonum!
Totum muneris hoc tui est,

Quod

21. *est* abest ab Helmst.

possit. cf. ad II. 20. 4. *iam minus*, quam olim, incipit me *mordere dens invidus*, minus me lacerat invidiae obtrectatio.

17 sqq. Atque hanc gloriam tibi soli, o *Pieri*, Musa, debeo. *Pierides* Musae saepius; insolentior singularis *Pieris* h. l. & Ovid. Fast. IV. 220. — *testudo* (v. ad III. 11. 3.) *aurea*, *χρυσέα φόρμιγξ*, ob praestantiam. v. II. 13. 26. — 18. *strepitus* h. l. suavis concentus; np. quod plures soni una audiuntur: plane ut Gr. *κρεγμὸς κιθάρας*. Raml. *süßen Gesang*. Cf. Epist. I. 2. 31. — *temperare strepitum* lyrae, docte pro, fides lyrae ita intendere, uti ad concentum opus est, nobis *stimmen*. Musam oportet poëtae & lyram tendere, & vocem dare ad canendum. Hoc alterum est in sqq. Cf. autem I. 1. 31. ibique not. — 19 De *piscibus mutis*, *ἐλλοῖς*, *ἀφώνοις*, tem de *sono*, h. voce & cantu *cycni* (v. Argum. II. 20.), res nota. — *donatura*, quae donare potes, simulac *libeat*. Declaratur Musae & potentia & arbitrium in tribuendo ingenio poëtico. Nil amplius. Argutius enim nonnulli (ut Spenc. Polym. D. XI. p. 108.) referunt ad ortum lyrae ab animali & pisce, np. testudine. Similia in Transactt. philoss. T. 23. n. 282. 3. — 21. Quare nullius proprium meritum est, si nobilis poëta sit. Igitur: *hoc totum est tui m.* tibi soli debeo, *quod monstror* cet. Raml. *daß der Finger des Volks mich zeigt*. Lyrice hoc *uno* colore adumbratur publica viri celebris apud populum aliquem admiratio, quae talibus signis proditur, & pars gloriae est. Sic Pers. I. 28. *At pulchrum est, digito monstrari, & dicier, hic est*. Cf. Ramler. lyr. XI. 15 sqq. ubi plura cumulantur: *dich tauscht mein Geist nicht um das Zeigen mit Fingern*

Quod monstror digito praetereuntium
Romanae fidicen lyrae:
Quod spiro & placeo (si placeo) tuum est.

CAR-

gern cet. Inepte igitur h. l. ridet Baxt. afferens illud de Demosthene, ab aniculis laudato (οὗτος ἐκεῖνος!), ex Cic. Tusc. V. 36. tamquam Horatius de aniculis loquatur, nec potius de universo populo Rom. Ipsum illud Demosthenis gaudium recte probat Plin. Epist. IX. 23. — 23. tamquam *fidicen*, pulsator, lyrae Romanae, h. primus ac princeps poëta lyricus inter Latinos. Sollemnis Horatio sensus. v. ad III. 30. 13. Sic *fidicen latinus*, Epist. I. 19. 32. item Apollo *fidicen* inf. 6. 25. Raml. *der die römische Laute zwang*. Vatem saecularem hic etiam declarari vult Ancher-sen. Perperam; nam de universa gloria per totum carmen loquitur Horat. — 24. Multi, ut Dacer. sic: *quod spiro*, h. vivo, magnis subinde periculis ereptus. cf. III. 4. 25 sqq. Sed esset id ab h. l. valde alienum. Alii, ut Sanad. *quod spiro & placeo*, quod adhuc vivus iam placeo; cum alias virtutem praesentem odium & invidia premat, ac post mortem fere illa demum agnoscatur. Verum hoc etiam frigidum ieiunumque. Potius: *quod spiro*, quod mihi altior spiritus poëticus est, ac nisus lyricus. Sic Epist. II. 1. 166. *spirat tragicum*; & Stat. Silv. V. 3. 11. *altum spirans*: utrumque simili sensu. Cf. inf. 6. 29. — *&* quod in hoc spiritu *placeo*, *si* tamen *placeo* (modeste vero!), totum id *tuum* munus *est*.

CARMEN IV.

ARGVMENTVM.

Iussu Augusti Caesaris hanc oden ab Horatio esse compositam, illiusque inprimis caussa quartum librum in lucem editum, iam in primi carminis Argumento attigimus. „Haec est ecloga, inquit „Porphyrion, propter quam totus hic liber compositus (imo vero „editus) est.„ — Pertinet illa ad privignorum Augusti, Tiberii Drusique Neronum victoriam a Rhaetis & Vindelicis a. V. c. DCCXXXVIIII reportatam. — *Vindelici quidem incolebant inter Danubium, Aenum & lacum Brigantinum; quibus finibus nunc magna Bavariae & Sueviae, item aliqua Tirolis pars continetur; Rhaeti inde a Vindelicis versus meridiem usque ad Italiam supra Comum & Veronam pertinebant, hinc Rheno & Ticino, illinc Plavi, fluviis terminati; ubi sunt hodie comitatus Tirolensis, Grisones, Clavennensis comitatus & vallis Tellina. Attingebant utrique ab occasu Helvetios, ab ortu Noricos, Rhaeti etiam Carnos. Constat de eo situ e Strab. IV. p. 206. VII. p. 292. Plin. III. 20. Tacit. III. 5. Erant autem populi cum numerosissimi, tum locis munitissimi, ob Alpes scilicet, in iisque castella posita (v. inf. 14. 12.), denique fortissimi, bellicosissimi, saevissimi, v. Vellei. II. 95. Flor. IV. 12. 4 sq. — — Illi igitur, inde ab aliquo tempore vicinam Galliam populati, etiam in Italiam crebras incursiones fecerant, neque solum multam inde praedam egerant, sed etiam magna in captivos saevitia fuerant usi. Quare Augustus a. V. c. DCCXXXVIIII primum Drusum Neronem contra eos cum exercitu misit, qui ad Alpes Tridentinas obviam sibi factos ingenti proelio vicit, eiusque victoriae caussa praetorios honores adeptus est. Verum ab Italia reiecti barbari mox Galliam denuo premunt; itaque Augustus Tiberium quoque Neronem, Druso adiutorem datum, adversus illos mittit. Proin Drusus ac Tiberius, multis simul locis in eorum fines irruptione facta, divisos dissipatosque multis aggressi proeliis, expugnatisque eorum castellis, exiguo cum damno Romani exercitus unica aestate perdomuerunt. v. Dio LIV. 22. p. 536. Strab. & Vellei. ll. ll. Quo facto Rhaetia provincia Romano imperio adiuncta, quae, & Rhaetiam propriam & Vindeliciam complexa, uni pareret praesidi: unde saepius uterque populus uno Rhaetorum nomine appellati, ut ap. Dion. l. l. licet semper finibus suis distincti & separati manserint. Seriori aetate, cum nova provinciarum divisio institueretur, Rhaetia propria vocata fuit Rhaetia prima, Vindelicia Rhaetia secunda; hinc & frequenter Rhaetiae, plurali numero, dictae, inpr. ap. Ammianum. — Illam igitur Drusi Tiberiique victoriam celebrare ab Augusto iussus Horatius, nostri libri carmen hoc & decimum quartum, neque tamen prius, quam a. V. c. DCCXLI, post Augusti reditum, fecit. v. vit. Horat. Nostrum hoc proprie ad Drusum, quemadmodum alterum illud maxime ad Tiberium, pertinet. Erat Drusus, ob summas virtutes, moresque suavissimos (v. Vell. II. 97.), tam Augusto, quam populo Romano,*

longe carissimus, cariorque ipso Tiberio. Accedebat in Augusto, quod Livia, quae ei gravida nupsisset, hunc Drusum in ipsius aedibus fuisset enixa, essetque suspicio, eum per adulterii consuetudinem a vitrico procreatum. v. Sueton. Claud. 1. Deinde Rhaeticum bellum solus initio Drusus gesserat, eratque illa prima, cui dux praeesset, idque iuvenis annorum XXIII, expeditio. Denique in universo illo bello primas partes Druso ceteri scriptores, praeter Tiberii adulatorem, Velleium, tribuunt. v. & Sueton. l. l. Vnde facile intelligitur, quomodo factum sit, ut nostro hoc carmine Drusus inprimis Rhaetorum Vindelicorumque victor caneretur. Rhaetorum inquam & Vindelicorum: quod enim Bentl. adfirmat (in quo quiquidem temere eum secuti Sanad. & alii), Drusum cum Vindelicis tantum, cum Rhaetis Tiberium pugnasse, id cum in Velleii verbis: „uterque divisis partibus Rhaetos Vindelicosque aggressi., neutiquam iusit, tum & eiusdem Velleii loco alio (II. 122.), ubi Tiberium Vindelicorum Rhaetorumque victorem appellat, & vero re ipsa refellitur; dum Rhaetos & Vindelicos foedere arctissimo inter se iunctos fuisse, neque separatos, sed sociatos commixtosque exercitus habuisse, plane apparet. Et quid? in prima expeditione, cui solus Drusus praefuit, ad Alpes Tridentinas, in Rhaetorum finibus, Vindelici tantum illi obviam facti sunt? Rhaeti exspectarunt, dum veniret Tiberius? --- Sed ea ipsa de caussa, quod socii erant eo in bello Rhaeti & Vindelici, poëtae erat, pro utroque populo alterutrum nominare hîc v. 18. & inf. 14. 9 & 15. ubi post generale „Vindelici„ memorantur Genauni & Breuni, quos sane proprie ad Rhaetos potius, quam ad Vindelicos referendos esse, manifestum fit vel ex Plin. III. 20. Cf. ibi not. --- --- Ipsum nostrum carmen tam excelsis ingentibusque virtutibus eminet, tam perfectum ab omni parte est, ut honorificentissime de eo intelligentissimus quisque & senserit & locutus sit. „Quarta libri quarti, inquit Iul. Scaliger (Poët. VI. 7. p. 811.), profecto aliarum nulli cedit magniloquentia;„ & mox (p. 818.): „tota cantione hac & se ipsum & omnem Graeciam superavit.„ Sanadonus eam vocare solebat Horatii aquilam, *cum ob comparationem, unde inciperet, tum ob excelsum quasi volatum, quo cetera Horatii opera superaret. In quo profecto verus est; nam universum carmen, quacumque tandem a parte spectetur, Pindaricam omnino rationem maiestatemque servat:* Exordio *nihil potest esse magnificentius ac (liceat enim hoc iam verbo uti) pomposius.* Adolescens, clarissimis fortissimisque maioribus ortus, qui in debellandis Vindelicis tanta cum gloria tirocinii rudimenta posuisset, tam insignia dedisset innatae in se generosae indolis virtutisque bellicae documenta, ut, qualis vel esset, vel futurus esset, iam nunc posset iudicari, --- comparatur primum aquilae, deinde leoni iuveni, qui, paternae nobilitatis sensu instinctuque pleni, maiora sensim in dies ausi *(id quod in aquila inprimis praeclare exornatur)*, denique primo pugnandi conatu experimentoque capto, iam tum, cuius sint generis atque naturae, ostendunt. *Qua similitudine cum nihil vel aptius vel gloriosius Druso, qui conferretur & aëris regi & silvarum, esse posset; tum tan-*

tantum habet illius tractatio, uti sensuum, ita orationis ac numerorum maiestatem, tantum aestum fervoremque, ut summum se in eo Horatius poëtam prodat, quod tam sublimem volatum, quem statim ab initio sumit, ita servet teneatque, ut non modo non labatur in sqq. sed altius etiam enitatur. Deinde laudes illas Drusi bellicas ita Horatius celebrat, ut eas inde a v. 25 in Caesarem Augustum derivet, cuius institutione demum atque educatione Neronum illa accepta a maioribus indoles ita excitata esset atque conformata, ut in bello Rhaetico non modo, unde nati, sed etiam, idque maxime, a quo educati essent, declarassent. Neque enim, nisi ad eximiam illustremque naturam doctrina accesserit, praeclarum quidquam ac singulare posse exsistere. *In quibus, quis non sentit, quanta sit moralium sensuum & nobilitas & veritas? Deinde, quanta adversus Augustum urbanitas, cui non posset non & gratissima esse & gloriosissima haec tam docta laudum Drusi ad Ipsum inflexio? In elocutione, summa cum poëtae ars, tum vero dignitas & gravitas cernitur, qua aestus ille exordii admirandum in in modum temperatur.* Sed subito inde a v. 37 transit Horatius ad splendidissimam plenamque & vitae actionis materiam. *Nam cum diu immorari non posset illis talibus sententiis philosophicis, quin languesceret mox ac delaberetur oratio: praeclare,* post memoratam generosam Drusi indolem, haereditate quasi a maiobus acceptam, ex his maioribus unum celebrat, fortissimum & clarissimum virum, C. Claudium Neronem, qui bello Punico secundo, caeso Hasdrubale, rempublicam conservasset. *Est haud dubie haec nobilissima ac praestantissima carminis pars; tanta imaginum magnitudine, tanta gravitate atque excelsitate sensuum, tanta affectus & veritate & vi, tanta orationis poëticae magnificentia, numerorumque maiestate exsplendescit. Inprimis poëta primarius cernitur in* Hannibalis, Carthaginis fortunam desperantis, oratione, *inde a v. 50. Cum omnino summam ingenii vim prodere soleat noster, ubi orationem, quae ab alio habita fingitur, in oden infert, tum noster hic locus pro perfectissimo orationis poëticae, masculaeque ac incitatae eloquentiae exemplo habendus est. Et quanta poëtae ars declaratur eo, quod elogium Romanorum, iam per se ita magnificum atque divinum, Hannibali, infensissimo hosti, invito quasi & veritate victo, eloquendum ac pronuntiandum datur. At, inquiunt geometrici quidam (ut ait Sanad.) & methodici homines, in tot tantisque virtutibus tamen universa haec odes pars nihil aliud, nisi enormis ab incepto digressio, effrenataeque phantasiae aberratio est. Sed primum, a iuvenis Drusi indole ac virtute, a maioribus accepta, ad ipsos hos illius maiores, eorumque aliquem principem transire, aestuque ingenii in altum quasi abripi ad persequendum tam splendidum argumentum, id quidem non solum naturale erat, sed idem etiam ipsum prorsus Pindaricum; quod obscurum esse non potest, si quis legerit v. c. Pind. Olymp. β. (ubi cf. Cl. Gedickius) ς. Pyth. η. ϑ. cet. Deinde quis non percipit (sensu quidem acriori praeditus), haec illius tam gloriosi Neronum familiae facti splendidior tractatio quantum valeat ad ipsum etiam Drusum extollendum,*

quidque de ipso etiam sperari possit, qualis ipse etiam futurus sit, declarandum? inprimis. cum in exitu ad illum tam insigni inflexione oratio redeat. Igitur recte cum Sanadono, si quis pro vitiosa digressione habeat hanc partem carminis, eum ipsum vel maxime a ratione digredi atque aberrare, neque ultra vulgarem laudandi artem sapere dicas. -.- Sed expositis iam singularum nobilissimi carminis partium virtutibus illud adhuc de universo admonemus studiosos, ut primum in eo summum ac divinum admirentur vatem Horatium, quod tantae sensuum, qui per oden regnant, seque excipiunt, varietati, tanta cum arte ac dignitate ingenium suum & os attemperare atque accommodare potuerit; deinde, ut ad spiritum Romanum, *qui tam in sensibus, quam in elocutione, per totam oden, inpr. inde a v.* 37 *cernitur ac sentitur, animum advertant; item, ut in eo etiam vere Pindaricam observent carminis indolem, quod feratur quasi torrens, continuoque velut amne devolvatur rapida oratio. --- Denique comparandum est cum nostro, expressum ex illo, divinum carmen Summi Denisii, de coronatione* IOSEPHI CAESARIS AVGVSTI (Lieder Sineds, *p.* 144.).

DRVSI LAVDES.

METRVM XVI.

Qualem ministrum fulminis alitem
Cui Rex Deorum regnum in avis vagas

Per-

AD VRBEM ROMAM DE INDOLE DVCVM duo Torr.
ENCOMIASTICE DRVSO, vel, AD ROMAM alii libb. Torr.
DE DRVSI LAVDIBVS Venett. Locher.
DE DRVSI SVB AVGVSTI AVSPICIO LAVDIBVS Ascens.

1. In hoc exordio, praeter dicta in Argum. observent tirones summam vim maiestatemque ex eo, quod similitudo, idque tam magnifice tractata, antecedit, totumque carmen orditur. Viri bellica virtute praestantis comparatio cum *aquila* sollemnis; sed eam vide quomodo Horat. h. l. novam dupliciterque eximiam faciat, dum aquilam *iuvenem* pingit, Drusoque *iuveni* confert. — Elegans inprimis forma poëtica similitudinum per *qualis*, pro, qualiter, quomodo, quemadmodum, e Gr. *οἷος* (pro

Permisit, expertus fidelem
Iuppiter in Ganymede flavo —
Olim iuventas & patrius vigor
Nido laborum propulit inscium:
Verni-

3. *promisit* Lipſ. 3. *permansit* Deſſ. 2. 5. *iuventus* quidam impreſſi. *patruus* Lipſ. 4. 6. *protulit* nonnulli Lamb. & Cruqu. plures Torrent. Pulm. 2. 4. Sax. Fran. Lipſ. 1. 3. Zar. Baill. Fabric. Colin. Vaſcoſ. *propulit* duo Vatt. Fa. Vrſ. aliique quatuor Lamb. duo Blandd. & alii Cruqu. tres Torr. Mentel. Lipſ. 2. 4. Deſſ. 2. Altt. Helmſt. Et ſic Scholl. Venett. Locher. Aſcenſ. Lamb. Cruqu. Torrent. Fab. Heinſ. Bentl. Baxt. Cun. San. Eſt & doctior & fortior lectio.

(pro *οἷον*, *οἷα*), v. c. Hom. Il. ε. 554. Hesiod. *ἀσπ.* 386. Sic Virg. Aen. I. 498. IV. 143. cet. Apparet, convenire debere *τὸ qualis* nomini rei comparatae; igitur h. l. *qualem alitem*, quemadmodum aquilam cet. vel, qualis eſt aquila, cum eam *iuventas propulit* cet. *talem Druſum videre Vindelici.* Sed *talem* eleganter omiſſum, ut Virg. Aen. III. 643. — *ales miniſter fulminis*, docte pro, qui fulmen Iovis gerit, illius armiger eſt, h. aquila. Res nota; ex monumm. etiam. — 2. Quem *rex Deorum Iuppiter* regem avium fecit. — *vagas*, vagantes, ornat. — 3 ſq. quod eum ſibi *fidelem expertus* erat *in Ganymede*, h. in raptu Ganymedis, quem, Trois filium, eximia forma, vel ipſe Iuppiter, ſpecie aquilae, vel, ex alio mytho, quem h. l. ſequitur noſter, aquila ab illo miſſa, in caelum ſuſtulit. Certatim fabula expreſſa ab artificibus antiquis. v. Plin. XXXIV. 8. ſ. 19. Plaut. Menaechm. I. 2. 34. Lippert. dactyl. Mill. I. 42 ſqq. & cf. Klotz. lectt. Ven. p. 355. Ingenioſam veterem fabulam, regnum in aves mercedem eius raptus fuiſſe, Horat. h. l. in animo babet. — *flavo*, flavis crinibus; ſpecialis pulchritudinis notio. Qui otioſos atque a re alienos hos tres vv. dixere, non cogitarunt, quam praeclare Druſus iuvenis, cui Auguſtus, ſaepius alias cum Iove comparatus, exercitum nunc primum ducendum, ſuumque quaſi fulmen gerendum dediſſet, multis ante locis fortem expertus, conferretur *miniſtro fulminis aliti*, *cui rex Deo-*

Vernique, iam nimbis remotis,
Insolitos docuere nisus

Venti

7. *vernisque* unus Bersm. Bentl. 2. 8. 19. 23. duo Sax. Lips. 2. 4. Alt. 1. item Bentl. 1. 6. & Lips. 3 a m. pr. *vernis* Mentel. Neque aliter, ac *vernis* legisse Acronem contendit Bentl. ob illius notam: „verni, ut, ruit imbriferum ver.„ Sed legere potuit Acron *verni*, & tamen eam notam, si quidem vel ab ipso est, vel integra, adscribere, ut declararet ventos vernos, cessantibus imbribus, quibus ver in Italia abundat. Interim *vernis* praetulere Bentl. Cun. Burm. Sanad. Ion. Sivr. Putat Bentl. ita liberari poëtam crimine isto Scaligeri (v. Obss.); nam sic aquilam aestate demum evolare dici. Sed cum apparet, esse sic primam certe aestatem intelligendam, eoque non tolli censuram Scaligeri, tum ipsa prima aestate *verni* venti flare dici possunt a poëta, cuius non est, anxie e fastis anni horas constituere. Addo, gratiorem haud dubie sensui poëtico ideam praebere ventos vernos, remotis nimbis hibernis, quam ventos simpliciter, vernis nimbis remotis; ne dicam, hos ipsos nimbos vernos, si quis aestatem, vel adeo auctumnum, pingere velit, colorem admodum otiosum esse, nusquam a poëtis adhibitum. Quare omnium ceterorum codd. atque editt. lectionem, *vernique*, bonam illam, veram, atque praeclaram, retinere ne dubitemus. v. Obss. Ingratus etiam e Bentleiana prodit versus, dum ter auditur eadem syllaba *is*, eadem ratione longa; quod in exemplis a Bentl. allatis, secus est. 8. *nixus* Lips. 4. male.

Deorum regnum cet. Neque tamen in talibus omnia ac singula anxie exigenda.

5 sqq. Observetur insignis climax in pingendis generosae aquilae tirociniis, maioribusque in dies conatibus. *Primum* nido exire audet (v. 5. 6.), ac volare (v. 7-9.); *deinde* oppugnare initio oves (v. 9. 10.), denique dracones (v. 11. 12.). Sed in horum omnium elocutione admirare insignem verborum ornatum, delectum, respectum inter se mutuum, denique varietatem & copiam. Velut in verbis *propulit*, *docuere*, *demisit*, *egit*, in subiectis *iuventas & p. vigor*, *venti verni*, *vividus impetus*, *amor d. a. pugnae*, in adiunctis, *laborum inscium*, *paventem*, *hostem*. Verum etiam quam admirabilis est concinnitas ac structura periodi poëticae, sic institutae & compositae, ut omnia pendeant ab accusativo *qualem alitem*, eoque referantur. Igitur pro: „nidum

Venti paventem: mox in ovilia
Demisit hostem vividus inpetus:

Nunc

10. *Permisit* Lips. 4. *invidus* Brod. Lips. 3.* Zar. Locher. Facilis lapsus. *impetus invidus* Lips. 4. *fervidus impetus* Bentl. 7.

dum relinquit „ *iuventas* (vocab. poët.), iuventutis fervor, & *vigor patrius*, insitae a parentibus virtutis generosus sensus instinctusque, eum *nido propulit*, expellit; quam insigne verbum! Sunt autem haec praeterita pro aoristis: solet propellere, s. propellit, docent cet. more poëtico, inpr. in similitudine. — *olim* (item *quondam*) eleganter poëtae in similitudine ponunt, pro, aliquando, nonnumquam, fere, vel omnino indefinite, ut Gr. ποτὲ. v. Serm. I. 1. 25. Epist. I. 10. 42. Virg. Ge. III. 9. Aen. VIII. 391. H. l. tamen malim putare opposita *olim* & *mox* (v. 9.), pro vulgaribus *primum*, *deinde*; ut *olim* id, quod praeit, *mox* id quod sequitur, designet. — *labores*, certamina, pugnae cum aliis animantibus; in quibus nondum tunc aquila periculum fecit, nondum istum praedandi & pugnandi instinctum vel sensit, vel secuta est. Oppositum hoc adversus v. 9. — 7 sqq. Volandi tirocinium. Cum is, qui volat, feratur aura s. *ventis* (cf. sup. 2. 25.); hinc, ubi primum volare audet ac incipit, ornate ipsum *venti* volare s. volatum *docere* dicuntur. Pro volatu, volandique conatu, *nisus*, idque *insoliti*, ignoti antea & intentati, utpote primi; quam praeclare! *iam* modo *nimbis remotis*, remota hieme, quod tempus maxime pluvium in Italia. cf. Virg. Ge. I. 211. Hinc suaviter *verni* venti, ad declarandum vernum tempus. *paventem*, pro, *eum;* at quam & verus color & ἐναργὴς! Sed gravem Horatio litem h. l. intendit Iul. Scaliger, Poet. VI. 7. p. 818. quod primo vere ineunte aquila pariat, incubet tricenis diebus, vix sexto mense (Augusto) ad venationem apti sint pulli, quippe Septembri etiam invalidiusculi. Nimium perturbavit Viros doctos haec criminatio, licet ne memoret quidem Scaliger, unde, quae adfert, habeat. Solum illud de triginta dierum incubatione est ex Aristot. H. A. VI. 6. cetera utrum, idque sub quovis

Nunc in reluctantis dracones
Egit amor dapis atque pugnae:
Qua-

vis caelo, ita sint, frustra apud scriptores alios quaeras. Interim Torrent. & Dacer. defensuri Horatium, ver adultum, instantemque aestatem, cogitari h. l. volunt, nam in Italia totum ver pluvium esse. Hoc ultimum cum ne simpliciter quidem verum est, sed modo de exitu veris, ut docent Virg. Ge. I. 313. Colum. XI. 2. tum vix illa ratio sufficit ad refutandum Scaligerum. Postremo Christius operosa super h. l. disputatione (Aquilae iuventas, temporibus suis restituta, Lipf. 1746.) edita, primum testimoniis G. Fabricii & Thuani (cf. Memoires de la vie de Mr. de Thou, p. 208.) docet, aquilae pullos iam Maio mense vel Iunio evolare posse, quo tempore haud dubie verni venti flant: deinde monet, distinguere Horatium, per *olim* & *mox*, tempora nido exeundi & volandi, a conatu rapiendi & pugnandi; sola illa ad ver pertinere, hunc seriorem poni. Bene hoc quidem. Ac si in Germania Arvernisque, ubi Fabric. & Thuanus experimentum cepere, Maio mense vel Iunio evolare possunt aquilae, forte sub Graeciae Italiaeve calidiore caelo citius etiam, & vel Martio poterunt. Sed neque opus est, nos torqueri in hac re; nam quid tandem nocet, si Horatius in re physica, & sic ad artem suam nil pertinente, erravit, eiusque vel imperitior vel negligentior fuit? Facile in carmine, quod ad solam delectationem spectat, praeterea in similitudinis poëticae exornatione, talis error & fertur & excusatur. Alia res foret in carmine didactico, velut de natura animalium. Video, idem etiam sentire Cuningamium, animadv. c. 16. p. 298. Quomodo Bentl. mederi voluerit, v. V. L.

9 sqq. *Mox* deinde praedari incipit, primumque virium periculum facit in ovibus imbellibus. — *impetus* pro instinctu, qui sup. *patrius vigor*. Inpr. poëticum & praeclarum verbum *vividus*, de bellandi ardore & ferocia; ut Virg. Aen. V. 754. *bello vivida virtus* — *demisit* eum, facit ut demittat se *in ovilia*, exquisite pro, greges ovium. — *hostem*, pro, *eum*, at quanta cum vi! inpr. post *paventem*. — 11. 12. *Nunc*, denique, fortior in dies factus,

Qualemve laetis caprea pascuis
Intenta, fulvae matris ab ubere
Iam lacte depulsum leonem,
Dente novo peritura, vidit:

Vide-

14. *farvae* Brod. 15. Illud *lacte* cum otiosum & supervacuum visum esset Viris doctis, quod iam praeisset „ab ubere matris„ hinc multae variaeque emendationes enatae. Bentl. affert: *iam mane* quasi eo primum mane depulsum; quae autem temporis definitio valde h. l. otiosa. Item proponit: *iam sponte;* quod tamen vix conveniat cum „depulsum.„ Cuningam. tres suspiciones profert. Prima, *iam nocte*, eiusdem farinae est ac Bentleiana prior. Altera, *iam iamque*, probata etiam Kustero & Withofio, recepta a Sanad. & Sivr. ideo ferri non potest, quod neque Horatianum est „iam iamque„ neque tam ad rem praeteritam, quam ad futuram imminentemque, pertinere solet. Tertia, *ab uberum iam lacte*, quam dura sit, quamque inutile illud „uberum„ statim apparet. Alia coniectura Withofii, *paullo ante*, nimium a vulgata lectione recedit. Denique Cl. de Iever, in prodromo novae edit. Lucani (ut mihi amicus scripsit, nam ipse non vidi) proposuit: *iam ante;* coll. I. 29. 3. III. 29. 2. Sed cum ecthlipsin τῆς *m* numquam soleat negligere noster, tum nulla omnino emendatione opus mihi esse videtur. v. Obss.

ctus, truciora animalia invadit. Pro hoc: *amor*, cupiditas, *dapis*, edendi, & pugnandi, eum *agit in dracones*, ad magnos serpentes adoriendos impellit. — *daps* (singul. num.) proprie epulum sacrum; igitur audacius h. l. pro quovis cibo. — *agere* verbum gravius, quam sup. *demittere;* est enim saepe vi impellere, urgere, praecipitare, ut notum. Cf. Virg. Aen. XII. 78. — *reluctantes*, praeclare! auget enim rem, quod maiore vi & animo opus est, quam adversus ovi*lia.* De continuo aquilarum cum draconibus bello v. Plin. X. 4. Descriptio talis pugnae v. ap. Homer. Il. μ. 201 sqq. Virg. Aen. XI. 751 sqq. ubi v. Ill. Heyn. Ceterum omnem hanc ab aquila ductam similitudinem vide quomodo tractarit Ill. Denis.

13 sqq. Comp. I. 15. 29 sq. *Qualemve* (v. ad v. 1.) *leonem* iuvenem, necem ipsi intentantem, *caprea*, imbelle animal, *videt*. Observetur docta orationis structura atque inflexio, in *qualem* vi-

DIT,

Videre Rhaetis bella sub Alpibus
Drusum gerentem Vindelici: [* quibus
* Mos

17. *Rhaeti-Vindelici* omnes propemodum codd. mss. ac editt. vett. item Acr. Porphyr. Comm. Cr. & Servius ad Virg. Aen. I. 243. qui Rhaetos Vindelicos pro una gente habent, Servius quidem pro Liburnis. Sed diversos semper mansisse Rhaetos & Vindelicos, cum in Argum. vidimus, tum apparet ex multis historicorum & geographorum veterum locis, ubi diserte distinguntur; ut Vellei. II. 39. Sueton. Aug. 21. Strab. IV. p. 206. cet. Quare nihilo melius alii Rhaetos Vindelicos vel intelligunt Rhaetorum partem Vindelicis propiorem, vel (ut Gesn.) Rhaetos eos, qui specialiori nomine Vindelici appellati fuerint: nam hoc cum plane arbitrarium est, nec satis consentaneum quidem illius belli historiae, tum, quam alienum sit a ratione poëtica & lyrica, facile sentitur. — *Rhaeti-& Vindelici* pauci quidam codd. ut Bentl. 13. Lips. 1. aliique recentiores, item Muret. Heins. Steph. Rutgers. Fab. Dacer. cet. Mirandum, quomodo tam multas editt. occupare potuerit lectio ita vulgaris & prosaica, quam ab interpolatoris sapientia esse statim appareat. Praeclare igitur Bentl. *Rhaetis-Vindelici*, uti erat in cod. Rottendorph.: item in uno Cuning. Ita & N. Heins. ap. Bentl. item Cun. Sanad. Ion. Favet ei emendationi, quod in MSS. ut uno Torrent. Bentl. 1. pluribus Cun. Gotting. est *Rhetii*, aperto lapsu pro *Rhetis*. Nunc & expedita & praeclara sententia est. v. Observatt. — Ceterum varie codd. exhibent: *Reti, Rheti, Rethi, Rhoeti, Roethi, Raeti, Rhaeti*. Duae postremae scripturae bene habent, ceterae corruptelae sunt. Qui *Raeti* scribunt, sine adspiratione, cum non esse Graecum nomen monent, tum lapides advocant, ut ap. Gruter. p. 376. n. 6. 439. n. 8. 524. n. 3. Neque tamen vitio verti possit, si quis scribat *Rhaeti*, cum ob numum ap. Spanhem. de V. N. p. 843. RHETICVS EXERCITVS, tum auctoritate Strabonis, Dionis cet. quibus sunt Ῥαιτοὶ, denique ob vulgarem receptamque consuetudinem, qua etiam *Rhenus*, minime graecum nomen, scribitur. 18. *quibus Mos unde omnia*, v. 22. cur spuria, neque ab Horatio profecta credam, docui in Excursu ad h. l. Eiecerunt illa iam Sanad. & Sivr. Contra Iones. uncis inclusa alio charactere exprimi curavit.

BIT, quod statim sequitur: VIDERE talem *Drusum V.* — *laetus*, verbum sollemne de ubertate & viriditate. — *pascuis intenta*, omnis in pascendo occupata, nullo de malo cogitans: quam suaviter & innocenter! — 14. Vide, quam praeclare pingatur leo *iuvenis*. — *fulvae matris*, pro, leae-

* Mos unde deductus per omne
* Tempus Amazonia securi

* Dex-

leaenae, quam signate ornateque! — 15. *iam*, nunc modo. — *depelli*, vel simpliciter, vel cum *lacte*, *a lacte*, *a matre*, *ab ubere*, verbum sollemne de ablactatione. v. Virg. Ecl. III. 82. VII. 15. Ge. III. 187. Sed h. l. est *lacte depulsum ab ubere*. Id valde offendit Viros doctos. Igitur vel emendarunt (v. V. L.), vel, ut Xyl. Chabot. Gesn. *ubere* acceperunt adiective, *ab ubere*, h. copioso, *lacte matris* (v. II. 19. 10.). Sed quam hoc ieiunum & frigidum sit, patet. Ego si ad *lacte depulsum* prius, quam ad cetera, attendam, illudque pro *uno* quasi verbo, idque proprio & vulgari, accipiam, tum *ab ubere fulvae matris* ornatus & copiae caussa adiectum cogitem: non video, quomodo tam vanos tumultus movere VV. DD. potuerint, ac potius exquisite & lyrice loqui Horatium sentio. Comparetur autem cum his locus nobiliss. Stat. Th. IX. 740 sqq. — 16. Pro, leonem, mortem ipsi meditantem, quam elegans conversio: *vidit* eum, *peritura dente novo*, recente, nuper nato; doctum & suave epitheton! Alii expl. adhuc insueto caedis; sed prius illud & hoc ipsum continet, & ἠθικότερον est. Similiter *novi ungues* ap. Stat. l. l.

17 sqq. *Talem videre* cet. Exquisite *Vindelici* pro Rhaetis & Vindelicis universis memorati. v. Argum. — *sub Alpibus Rhaetis* (v. V. L.), pro, Rhaeticis, ut *Italum caelum*, II. 7. 4. Continuae erant Alpes Rhaeticae & Tridentinae. Igitur praeclare & expeditionis Drusi, prioris maxime, quasi theatrum describitur (v. Argum.), & illius ex loci iniquitate gloria augetur. — 18 sqq. vid. V. L. *quibus mos unde deductus* — *dextras obarmet*, pro, quibus qui dextras securi obarmat, mos, unde deductus sit, h. qui unde eum morem acceperint, ut dextras *securi A. obarment*, in hostem arment, armatas gerant, *quaerere distuli*, nunc non vacat inquirere: *nec fas est*, licet, *scire omnia*, licet aliquid ignorare, ut Porphyr. — *securis Amazonia*, quasi Amazones pro gladio usae, ab ipsarum regina Penthesilea inventa (Plin. VII. 56.), σάγαρις proprio nomine dicta. v. Strab. XI. p. 504.

* Dextras obarmet, quaerere distuli;
* Nec scire fas est omnia:] & diu
Lateque victrices catervae,
Consiliis Iuvenis revictae,
Sen-

21. *obarmat* Lips. 1. a m. pr. *subarmet* Mentel. Lips. 3. obvio errore. *dextra subarment* Lips. 4. 22. *nescire* duo Blandd. Cruqu. Mentel. Lips. 2. 3. Lepide sane! *Sed scire* Lips. 4. cum var. lect. *nec*. In eodem v. cur vulgare *sed diu* in *& diu* mutarim, ratio reddita in Exc. Si quis malit notatos asteriscis versus retinere, & habere pro Horatianis, is legat *sed* pro *&*. 24. *repressae* antiqua lectio, iam Porphyrioni probata, qui „*repressae*, inquit, eo pertinet, quod *late* victrices dixerat„. Ita & nonnulli Lamb. Bentl. 1 a m. s. & sic Bentl. San. Ion. Latine dici posse „catervas repressas„ non erat, quod Bentl. multis exemplis confirmaret. Sed alteram lectionem, *revictae*, quam tuentur Comm. Cr. duo Vatt. Ea. Iann. Vrs. Torn. aliique Lamb. omnes Torr. (praeter duo) Cruqu. Pulm. & nostri, omnesque editt. vett. eam igitur lectionem non solum bonam, sed etiam cum doctiorem magisque lyricam priore illa, tum fortiorem esse, qui non sentiat, eum nil sentire putem. v. not. Denique quis Bentleio dixit, Rhaetos & Vindelicos tantummodo intra suos fines compulsos esse? v. Argum. — *revinctae* nonnulli Lamb. duo Torrent. lapsu librarii. *reductae* Lips. 2 a m. s. *reiectae*, item *repulsae*, varr. lectt. ap. Iones.

p. 504. Sueton. Neron. 44. Virg. Aen. XI. 651. Ovid. Pont. III. 1. 95. Hesych. σάγαριν expl. πέλεκυν μονόςομον· sed fuisse potius δίςομον s. bipennem, apparet cum e Virg. l. l. tum magis etiam e marmore Rom. ap. Torrent. atque e statua Amazonis ap. Montefalcon. tab. CX. n. 7. (epit. germ.) item e numis Smyrnaeorum ap. Vaillant. & alios.

22. *& diu* cet. ex nostro consilio (v. V. L.) statim iungenda superioribus: *Videre Vindelici*, quae his nunc amplius declarantur & exornantur. Si malis retinere vv. 18-22, & hîc legere, *sed diu* cet. erit: *sed* hoc certo scio, hoc scire satis est, vel praestat, *catervas victrices* cet. vel, *sed* ut illuc revertar. In vv. 23. 24. mirare delectum verborum, quorum quodvis ad Drusum laudandum pondus habet: primum, *catervas victrices*, vetere belli usu exercitas, vincendoque assuetas, tum *late victrices*, quae longe lateque suas

Sensere, quid mens rite, quid indoles,
Nutrita faustis sub penetralibus,
Posset, quid Augusti paternus
In pueros animus Nerones.

For-

25. *mens recta* coni. Franc. ap. Cun. Et sic noster Alt. 2. 26. *sanctis* (pro *faustis*) emend. Bentl. neque enim, quod cultui & disciplinae tribuatur, idem fortunae & faustitati adscribi posse. Domum *sanctam* dici posse, credimus sine exemplorum ab illo allatorum exercitu. Sed si recte explicetur omnium libb. lectio *faustis*, multo pulchrior & exquisitior sit, quam *sanctis*. v. Observatt.

suas victorias & expugnationes extendissent, has vincere cum magnum erat, tum maximum, quod vicisset non forte dux veteranus, sed *iuvenis*, idque non temerariae virtuti, fortunaeve, sed maxime *consilio*, h. prudentiae suae in rebus gerendis deberet. v. Argum. Quantus poëta, qui in medio enthusiasmo ita exactum verborum usum in potestate habeat! — *revincere* cum vulgo sit refutare, convincere, tum h. l. docte & lyrice pro simplici *vincere*, more Horatii; v. ad I. 31. 12. cf. Lucret. I. 586. V. 410. Male nonnulli expl. vicissim victae. Mirum, Bentleio in *victrices--revictae* insulsam repetitionem, nec potius & elegantiam & vim ex oppositione, reperiri, cum & prosa *victorem vincere* & recte & graviter dicas.

25. En doctam delicatamque laudum Drusi ad Augustum inflexionem. — *Sensere*, exquisitum & forte verbum (cf. inf. 6. 3.): usu edocti sunt, Drusus in iis declaravit, quanta vis esset educationis. Pro eo: *quid posset*, quantum valeret *mens & indoles*, *rite*, bene ac recte, *nutrita*, formata, exculta, *faustis sub penetralibus*, in domo fausta ac prospera, np. his, qui ibi commorantur, eoque, quod hoc iis contigit, beati sunt; quatenus incolit eam vir egregius, cuius institutione & exemplo fiunt boni & praeclari homines. Nam *faustum*, quidquid magnam felicitatem & laetitiam affert, ut *faustum tempus*, *faustus dies*. — *mens* ad virtutes intelligentiae, sagacitatem, prudentiam, *indoles* ad animi virtutes, fortitudinem, magnitudi-

Fortes creantur fortibus & bonis:
Est in iuvencis, est in equis, patrum
Virtus: neque inbellem feroces
Progenerant aquilae columbam.

Doctri-

29. Post *fortibus* distinguunt multi codd. mss. item editt. ut Venet. 1478. Mur. Torr. Fabr. Xyl. Heins. Steph. Fab. Sanad. ut sit: „& bonis est in iuvencis cet.„ Sed rectius iungunt, *fortibus & bonis:* Locher. Ascen. Basill. Lamb. Cruqu. Rutg. Dacer. Bentl. Cun. Ion. Non opus habebat Bentl. tanta subtilitate ad defendendam distinctionem, quae se ipsa commendat. Nam praeter dicta in Obss. sententiae „virtus patrum est in iuvencis„ valde putidum esset adiicere „bonis.„ — *ac bonis* Cun. *ut bonis est in i.* coni. N. Heins. ap. Bentl. 31. *nec* vulgo; sed *neque* Mentel. Lips. 1. 2. 3. Alt. 2. vett. editt. magno numero, Bentl. Cun. Sanad.

tudinem, pertinet. Sed sentiant studiosi maiestatem & gravitatem in verbis *rite*, *penetralibus*, *faustis*. Cum *rite* proprie sit verbum religiosum, de re sacra, ex praescripto & ordine, iuste peracta, *penetralia* alias sint intimâ & sanctissima templorum pars, *faustus* denique a re augurali ductum sit, dicaturque *faustum omen*, *faustum augurium*, in quo Dii boni ac propitii declarantur: sane tam doctis & sanctis vocabulis numinis alicuius domicilium ac templum designari h. l. videtur, cuius in adytis initiati essent Nerones ac innutriti (ut ait Vell. II. 94.) caelestium praeceptorum disciplinis & quasi mysteriis; quod quidem domicilium *Augusti* esse, praeclare v. 27 demum declaratur. — *paternus animus* ad educationis curam pertinet. Putant, ideo h. l. non solum Drusum, sed *Nerones* memorare poëtam, ne illud, quod Augustum Drusi patrem esse vulgo crederent (v. Argum.), petere videretur. Sed hoc subtilius.

29 sqq. Nam licet fieri omnino soleat, ut fortes parentes filios etiam fortes procreent (v. 29 - 32.): tamen, ut insita illa bona indoles excitetur ac perficiatur, educationem bonam oportet accedere (v. 33 - 36.). Facile apparet, quantum hoc ad Augustum extollendum, in eumque derivandam Neronum gloriam valeat. Priorem

Doctrina ſed vim promovet inſitam,
Rectique cultus pectora roborant:
Vtcumque defecere mores,
Indecorant bene nata culpae.

Quid

34. *roborat*, aliquando coni. Lamb. ut „recti„ eſſet genitivus. 36. *Dedecorant* Comment Cruqu. Schol. ad Iuvenal. XIV. 1. plerique Lamb. & Bentl. omnes Pulm. & noſtri, Venett. Locher. Aſcenſ. Baſill. Lamb. Cruqu. Torr. Fabr. Mur. Steph. Fab. Rutg. Dacer. Bentl. Sivr. Eſt lectio vulgata. Sed *indecorant* iam Acr. & Porphyr. (qui „indecorant, inquit, id eſt, „indecora faciunt, ac per hoc, dedecorant, ſignificat. „) item duo Vatt. & Fa. Lamb. Bentl. 1. 10. 18. tum 9 a m. pr. & 13 pro var. lect. Pulm. 2. pro var. lect. codd. Fabr. Venet. 1509. Baxt. Cun. San. Ion. Probat & Bentl. in not. *Indecorare* alias non occurrit, ſed eſt antiquum vocabulum, uſitatum Accio in Meleagro: *Quis erit, qui non me ſpernens, incilans probris, Sermone* indecorans, *turpi fama differat?* ap. Non. v. incilare, p. 60. a. Pariſ. Eſt igitur verbum exquiſitius, quam quod a librariis eſſe poſſit; prior contra lectio manifeſtum gloſſema.

rem illam ſententiam, v. 29. valde exagitat G. E. Müller. ot. philol. p. 43 ſqq. ut non univerſe veram. Sed poëta non iudicandus e ſubtilitate dialectica; ſatis ei eſt, id, quod ſaepe & plerumque fit, ſequi. — 29. *Fortes* procreant ſui ſimiles; pro hoc, *fortes*. — *bonus* idem qui *fortis*, ut Gr. ἀγαθός. Saepius iuncta *fortis & bonus*, de homine magnis & praeclaris virtutibus praedito; ut Epiſt. I. 9. 13. Cic. ad Div. V. 19. cet. Notum etiam Gr. ἐξ ἀγαθῶν ἀγαθοί. Iam, quod erat poëtae, exornatur id comparatione generoſorum animalium, quorum etiam pulli generoſi. Cf. Virg. Ge. III. 75 ſqq — *virtus*, generoſa indoles. Non erat, quod in *iuvencis* dignitatem deſideraret Baumgart. aeſthet. p. 191. Fuit utrumque animal magno honore ap. vett. quo & pertinent Homericae fortium virorum cum tauris comparationes. — 31. Sentiatur ornatus & vis in epithetis *imbellem*, *feroces*. Spectat autem ſententia non ad ſpeciem, ſed ad indolem; quod monendum erat ob Mülleri nugas, l. l. p. 48. Ceterum hos vv. expreſſit Deniſ. carm. laud. v. 41-44.

33 ſqq. *Sed doctrina*, bona educatio, *promovet*, προάγει, exci-

Quid debeas, o Roma, Neronibus,
Testis Metaurum flumen, & Hasdrubal

Devi-

37. *Quod* Helmstad. 38. *Metaurus* Lipf. 3. *Hasdrubal* scribo, non *Asdrubal*; v. Drakenb. ad Sil. I. 39. Cellar. orthogr. lat. ed. III. Harl. T. I. p. 109.

excitat augetque s. in maius provehit *vim insitam*, bonam indolem, virtutem innatam. 34. *cultus* proprie cultura animi, quae fit recta institutione; hinc pro hac ipsa, *recti cultus*. Minus recte Porphyr. accipit *recti* pro genitivo. — *pectora*, naturales ingenii animique vires s. dotes, *roborant*, firmant, firmas ac solidas faciunt, ad perfectionem educunt. — 35. *Vtcumque*, ubicumque, simulac (v. I. 17. 10.) *defecere*, deficiunt, *mores*, h. bona educatio deest. Proprie *mores* ii habitus, qui educatione adquiruntur; hinc pro educatione ipsa. — 36. *culpae*, vitia, *indecorant*, dedecorant & corrumpunt, *bene nata*, e Gr. τὰ εὐγενῆ, pro τὴν εὐγένειαν, h. bonum ac generosum ingenium, optimam quamque indolem. Magnus in hoc tetrasticho poëta cernitur; dum nil difficilius, quam tales, quales hae sunt, sententias sic plane poëticas facere. Observetur vel exquisitior ratio, vel copia, in *doctrina*, *cultus*, *mores*, tum in *vis insita*, *pectora*, *bene nata*, in *promovet*, *roborant*, in *culpae* cet.

37 sqq. Sequitur nobilissima carminis pars, de qua v. Argum. Comp. carm. Denis. v. 45 sqq. Transitus subitus & lyricus. Simili usus Denis. — *o Roma*, praeclara haec apostrophe. — *quid debeas* Neronum familiae, quanti, quamque tibi salutares, ex illa viri exstiterint. Hoc uno exemplo docetur C. Claudii Neronis Cos. qui bello Punico secundo, a. V. c. DXLVI, cum in Lucania posita adversus Hannibalem castra haberet, comperissetque, adventare cum ingentibus auxiliis Hasdrubalem, seque coniungere velle cum fratre Hannibale, nihil temporis perdendum ratus, cum sex milibus peditum & mille equitibus noctu clam castris profectus, citato itinere in Vmbriam venit, & cum M. Livio Salinatore coniunctis copiis, Hasdrubalis exercitum

Devictus, & pulcher fugatis
Ille dies Latio tenebris,

Qui

39. *Revictus* Mentel.

tum ad Metaurum fluvium adortus, ad internecionem delevit, occisis LVI millibus, in quibus Hasdrubal, quinque M & CCCC captis, sextoque die post in castra sua Lucana rediit prius, quam Hannibal rescisset profectum, qui statim hinc fugam meditari coepit. Vid. Liv. XXVII. 43 sqq. Flor. II. 6. Servabat ea Neronis victoria rempublicam ab interitu, certo ac inevitabili, si ista fratrum Poenorum coniunctio effecta fuisset. Quare in triumpho, utrique consuli decreto, splendidior quidem Livio honor, aliis de caussis, tributus, at victoriae omnis gloria penes Neronem fuit. v. Liv. XXVIII. 9. Valer. M. IV. 1. Ceterum memorabile, privignos Augusti per matrem Liviam etiam ab illo Salinatore descendisse; v. Sueton. Tib. 3. Valer. M. II. 9. — 38. *testis* est, testatur, poëticum verbum de loco, ubi aliquid gestum; ut Virg. Ecl. V. 21. Catull. LXI. 357. *Testis erit tantis virtutibus unda Scamandri.* Denis. *weis der Welt* cet. Iam pro vulgari: „testatur clades Hasdrubalis, ad Metaurum fluvium, fausto ac felici illo die,„ forma poëtica: *testis M. fl.* ET *H. d.* ET *pulcher ille dies* cet. Scilicet cum *Metaurum fl.* est pro clade ad illud facta, tum *H. devictus*, & *pulcher dies*, sunt declarativa, iuncta per *&*, more poëtico, plane ut II. 7. 9. ubi v. not. — *Metaurus* hod. *Metro*, in ducatu Vrbinensi. *Metaurum flumen* autem, nomine fluvii adiective posito, ut *Rhenum flumen*, A. P. 18. — 39. *pulcher dies*, h. serenus, hinc felix, sollemne verbum de die, qui magnam laetitiam affert, ut I. 36. 10. inprimis publicam, ut IV. 2. 47. — 40. *tenebrae*, a nocte vel procellis, usitata publicae calamitatis, & communis metus luctusque imago. Hae *Latio*, h. Italiae, Romano imperio, hucusque impendebant, nunc inde *fugatae* erant, eoque *pulcher* dies, serenitas. Quam apta omnia sint, vide.

Qui primus alma risit adorea,
Dirus per urbis Afer ut Italas,

Ceu

41. *alba* Alt. I. cum gloss. *al. alma.* 42. *durus* nonnulli Torr. *it*, pro *ut*, unus Cruqu. (cum schol. „statim fugit„), unus Bersm. Sic & Ald. Ascens. Basill. Glarean. Fabr. Male vero. --- *&*, pro *ut*, Lips. 4.

41. *ridere*, ut Gr. γελᾷν, pro splendere, nitere. Praeclarum verbum, cum ob *pulcher*, & *fugatis tenebris*, tum ob sqq. — *ador* proprie far; hinc uti *adoreum far*, ita substantive *adorea*, proventus & copia farris, Plaut. Amphitr. I. 1. 38. Iam cum olim post pugnam pro praemio distribui soleret strenuis militibus certus farris numerus; hinc ipsa gloria bellica s. victoria *adorea* dicta. Sic in vet. glossar. *adorea*, δόξα ἡ ἀπὸ τȢ πολέμȢ· it. *ador*, νίκη. v. Plin. XVIII. 3 pr. Mirifice tam doctum & insigne verbum oden Pindaricam decet. — *almum*, quodcumque alit & recreat, in magni boni loco habendum est; nobis fere *wohlthätig*. Igitur: *dies*, *qui primus*, primum, *risit* ab *alma a.* quam exquisite & splendide pro prosaico: quo die prima Romanis victoria obtigit, *ut*, h. ex quo s. postquam Hannibal in Italia fuit. Sed hoc ultimum iam magnifice exornatur. — 42. *dirus Afer*, Hannibal. cf. III. 6. 36. — *per urbes Italas*, exquisitius quam, per Italiam. — *equitavit*, equitat, e maxime sublimi poësi verbum, utpote tribuendum h. l. tam *flammae* & *Euro*, quam Hannibali. Indocte enim debilitant virtutem loci lyricam, qui *equitavit* ad solum Afrum referunt, ad flammam & Eurum, per notam figuram zeugma, generale verbum, ut, fertur, furit, applicandum censent. Summum ingenium cernitur in reperto verbo, quod & tam lyricum ac magnificum esset, & posset unum tribus tam diversis subiectis tribui, atque ita tres picturas in unam cogere tabulam. Primum ἱππεύειν & *equitare* (item cognata his verba), antiquissimo utriusque sermonis usu, significant etiam, bigis s. curru invehi; sicut vetus poëta ap. Censorin. c. 28. *o beato lumine volitans*, *qui per caelum candidus equitas*, de Sole, haud dubie curru invecto: inprimis autem, curru bellico, cum veloci-

Ceu flamma per taedas, vel Eurus
Per Siculas equitavit undas.

Post

43. & *Eurus* unus Bersm. Mentel. Lipf. 4. Alt. 1. *ut Eurus* emend. Cun. malé.

locitate rotarumque ftrepitu, ferri; v. Homer. Il ψ. 262. 426. (cf. ad I. 15. 25.): item alias etiam, citato agmine regionem aliquam percurfare, *ἱππάζεσθαι*, *καθιππάζεσθαι*, *καθιππεύειν χώραν*, ap. Herod. Plut. alios. Itaque tam hac magis vulgari, quam illa prifca & poëtica notione (fenfui quidem lyrico gratiore etiam) Hannibal *ἱππεύων* per urbes Italas, quam excelfa & fortis imago! — Sed hinc, ampliato audacius tropo, *ἱππεύειν*, *καθιππεύειν*, dicuntur etiam, quae motu celerrimo & cum furore per continuam aliquam fuperficiem vel materiam feruntur; ut ap. Oppian. ἁλ. 515. thunni furentes ab afilo *κῦμα καθιππεύουσι*. Itaque *flamma*, quae per filvam taedarum, h. omnino arborum refina pinguium, rapidiffimo impetu furit, feque per alta cacumina glomerat, *equitare per taedas* admodum audacter quidem, fed maxime fubliniter & lyrice, dicitur. Cf. uberior, ut in alio genere carminis, filvae incenfae defcriptio, Virg. Ge. II. 303 fqq. — Denique venti, ut Dii, curru vehuntur apud poëtas & artifices. *Eurus* habet *equos Eoos*, Virg. Aen. II. 417. (ubi v. Ill. Heyn.), Aquilo *Thraces equos*, Valer. Fl. I. 610. Quare & venti docte dici poterunt *ἱππεύειν* vel *equitare*, np. prifco vocabuli fenfu, ut curru vecti. Notus ex Eurip. Phoen. 220. Ζέφυρος ἱππεύσας ἐν οὐρανῷ. Sic h. l. *Eurus equitat* per mare *Siculum* (v. ad III. 4. 28.), affumta currus bellici notione, dum per illud citato impetu faevit, & quafi populator everforque invehitur. Delectus in mari Siculo, valde procellofo, & Euro, cui illud maxime expofitum. Igitur habes Hannibalis, totam prope Italiam, ab Alpibus usque in Bruttios, percurfantis ac vaftantis, picturam, tribus verfibus inclufam, duabus comparationibus illuftratam, qua nulla vel excelfior & magnificentior, vel a felici audacia & brevitate, etiam ex verbo *equitavit*, ut iam dictum, admirabilior, vel ad victoris

&

Post hoc secundis usque laboribus
Romana pubes crevit, & inpio
Vastata Poenorum tumultu
Fana Deos habuere rectos:

Dixit-

48. *rectos* coni. Marcil. resartis templorum tectis. Et sic omnino Brod.

& rapiditatem & saevitiam exprimendam fortior, esse possit. Sed ea quam varie sive accepta sive corrupta sit ab Intpp. nec vacat nec iuvat exponere. Id modo sentiant tirones, quanta gloria ex hac ipsa pictura redundet in illum, qui primus talem hostem fregit tandem ac domuit.

45 sqq. *Post* eam cladem *pubes Romana*, exercitus Rom. (v. I. 35. 30. III. 5. 18.) *usque*, continuo, magis magisque *crevit*, potentior in dies, felicior, superior hostibus fieri coepit, *secundis laboribus* (v. sup. v. 6.) h. proeliis secundis, victoriis. Nam ex eo tempore nihil amplius Poenis, Romanis omnia succedere coepere in Italia, Hispania, Africa; quibus ex insecutis fructibus praeclare factum & meritum Neronis augetur. Eodem consilio mox graviter memoratur templorum ac religionum per Italiam instauratio, & sic augustissimo colore restituta salus ac securitas publica declaratur: quemadmodum vastatio templorum in atrocissimorum bellorum picturam inferri solet, ut I. 35. 38. cf. III. 6 pr. Frigidos vero homines quibus Deos ridere velle h. l. poëta videri possit! — 47. *tumultu* (v. ad III. 14. 14.) *Poenorum*, pro, in bello a Poenis *vastata*. Exemplum v. ap. Liv. XXVI. 16. — *impio*, impie a Poenis gesto, vel ab ipsis Poenis impiis, ob vastata templa. — 48. *Dii* pro Deorum simulacris. — *rectos*, erectos iterum, *ἀνωρθωμένους*, cum antea in vastatione templorum deiecti essent: e Gr. ὀρθός, quod saepe est erectus, surgens, stans, ut ap. Homer. στῆ δ' ὀρθός, ὀρθὸς ἀναστάς, cet. v. c. Il. σ. 246 ψ. 271. ω. 11. cet. item Pausan. Attic. 24. τὸ ἄγαλμα τῆς Ἀθήνης ὀρθόν ἐστι. Igitur praeclare declaratur templorum instauratio per erecta in iis denuo simulacra Deorum. Cf. III. 6. 4. Sed male turbant Intpp.

Dixitque tandem perfidus Hannibal:
Cervi, luporum praeda rapacium,
Sectamur ultro, quos opimus
Fallere & effugere est triumphus.
Gens,

52. *est* eiecit Cun. regulis, ut ait, ducibus. Erat sane in Lipf. 1. puncto supposito notatum, in Dess. 2. deerat. Sed nil mutandum.

49. Subito ipse Hannibal inducitur; in quo iam per se admirabilis est orationis & sensuum inflexio, scenaeque veluti novitas. Deinde cum splendidum Romanorum elogium, quod hac sermocinatione continetur, summam gravitatem accipit e confessione Hannibalis (cf. Flor. II. 6. 53 sqq.); tum is, qui eam isti confessionem primus extorsit, quam ingentem inde reportat gloriam! Agnoscisne divinam artem Horatii? Ipsius sermocinationis virtutes lyricae indicatae in Argum. Quibus addo desperationis affectum, pressumque ac devoratum furorem doloremque, quem omnia spirant, emicantem subinde altius, postremo vehementius erumpentem. Comparetur oratio ducis Turcici ap. Denis. v. 53 sqq. *tandem*, praeclare! invictus ille ante Neronem & indomitus Hannibal, superbus idem gloriator & contemtor Romanorum, fracta nunc denique ferocia ita loqui cogitur. — *perfidus*, commune de Poenis Romanorum iudicium. De Hannibale v. Liv. XXI. 4 extr. — 50. Quam infractum & summissum exordium! *Cervis* se suosque, Romanos *lupis rapacibus*, quorum ipsi nil nisi *praeda* sint, comparat. Cf. I. 15. 29 sqq. Genes. XLIX. 27. Sed praeclare confluxit quasi idea comparata cum propria, ut III. 2. 10. ubi v. not. Pro: „nos, praeda Romanorum, sicuti cervi praeda luporum sunt„ quanto doctius: nos, *cervi*, *praeda luporum r. ultro sectamur*, sponte (dementes nos!) sequimur hos. *quos fallere*, latere, λανθάνειν, ne iis in mentem veniat adoriri, *&* *effugere* adortos, *opimus triumphus est*, h. in summae felicitatis, maximaeque victoriae loco ducendum. Quam insigniter dictum! si cogites *spolia opima*, h. regibus aut ducibus hostium caesis

Gens, quae cremato fortis ab Ilio
Iactata Tuscis aequoribus sacra,
Natosque maturosque patres,
Pertulit Ausonias ad urbis,

Duris

53. *cremata* Cun. vid. V. L. ad I. 10. 14. 54. *tutis* Lips. 1. *sacris* Lips. 4.

caesis detracta. v. Liv. I. 10. Denis. *Vor derer Blitze sich zu retten Ieglicher herrlichen Beute gleich ist.*

53. Hinc usque ad v. 68. elogium Romanorum, ductum ab eo, quod numquam frangantur, sed contra semper erigantur atque augeantur rebus adversis, ipsisque calamitatibus & cladibus animosiores, maiores, clariores fiant: quare eos numquam vinci ac opprimi posse. Eadem de Romanis praedicata ap. Liv. XXII. 37 pr. XXVI. 41. & ab ipso Hannibale, Liv. XXVII. 14. *Cum eo nimirum hoste res est, qui nec bonam nec malam ferre fortunam potest; seu vicit, ferociter instat victis; seu victus est, instaurat cum victoribus certamen.* Cf. Virg Aen. XI. 207. Tales se esse iam inde a prima origine Romani ostenderunt; quatenus iam Troiani, eorum patres, non succubuere fortunae patriae, sed inde fato profugi Italiam petierunt, nullis vel casibus fracti, vel periculis deterriti. Quam nobiles igitur vv. 53-56. quibus compar. carm. saec. 37 sqq. — *fortis* iungendum cum *pertulit*, pro, fortiter, animose, nullis malis infracto animo; sed quam praeclare hoc insertum inter *cremato ab Ilio!* Sanad. iungit, *fortis ab I. cr.* ex eo ipso patriae interitu fortior facta. Sed hoc subtilius. Praestat iungere, *ab Ilio pertulit*, ut Virg. Aen. I pr. *Troiae qui primus ab oris* cet. quod principium comparent h. l. tirones. — 54 *iactari* proprium verbum de navigationis periculis & erroribus. Sentiantur in *cremato* & *iactata* notiones calamitatum, quibus frangi proclive erat. — *Tuscis aequoribus*, mari Tyrrheno, in quo gravissimas tempestates & calamitates experti Troiani, ut e Virgilio notum. — *sacra*, h. Penates, Vestam, Palladium, & quaecumque

eo

Duris ut ilex tonsa bipennibus
Nigrae feraci frondis in Algido,
Per damna, per caedis, ab ipso
Ducit opes animumque ferro.

Non

60. *animosque* Bentl. 9. 18. Et sic Sivr. *opesque animumque* Cun.

eo spectant & pertinent. Magna cum dignitate & *sacra iactata* dicuntur, & Troiani *sacra pertulisse* in Italiam, pro vulgari, Troianos ipsos iactatos mari in I. venisse. Similiter Virg. Aen. I. 6. *inferretque Deosque Latio.* it. Aen. III. 12. Legendus omnino Ill. Heyn. Exc. IX. ad Aen. II. — 55. Exornatur notio *gentis* per pueros & senes. Male nonnulli argutantur. — *maturos*, A. P. 115. — 56. *urbes Ausoniae*, Italae, pro Italia, quae *Ausonia* poëtis, ut notum. v. sup. 42. Denique cf. cum hoc tetrasticho Virg. Aen. I. 67 sq.

57 sqq. Sequitur praedicatum: ea gens, *ut ilex — Algido*, *per damna*, *p. c. ab i. ducit o. animumque ferro.* Quam & apta, & nobilis, & praeclare exornata comparatio! Aliam, a palma ductam, habet Denis. — 57. *duris*, ob rigorem ferri. *tonsa*, amputata. Proprie tondentur rami ilicis, s. de ilice. — *bipennibus*, securi. — 58. De *Algido*, qui est pro quovis monte, sed cum dilectu, v. I. 21. 6. III. 23. 9. *frons nigra* (v. I. 21. 7.) pro silvis umbrosis, & *nigrae fr. ferax*, pro, nemorosus, saltuosus. — 59. 60. Ornatissimi versus! quorum summa pulchritudo in eo est, quod colores rei propriae & comparatae prorsus praeclare confluunt & commiscentur. — *damna*, detrimenta, & *caedes*, tam de arbore circumcisa, quam de Romanis. Etiam Ovid. M. IX. 193. *crescere per damnum*, *geminasque resumere vires*, de Hydra. — *opes animumque*, vires & audaciam, *ab ipso ferro*, a securi, h. ab amputatione per eam, *ducit*, sumit, adquirit, cum ilex, dum tanto laetius & quasi animosius postea revirescit, tum gens Romana, dum, instar ilicis, undique caesa quasi & amputata, ab eo

ipso

Non Hydra secto corpore firmior
Vinci dolentem crevit in Herculem:
Monstrumve submisere Colchi
Maius, Echioniaeve Thebae.

Merses

ipso nova virium & fortitudinis incrementa capit. Quam lyrica, *caedes*, *opes animumque*, de arbore!

61. Novae comparationes, aeque aptae ac admirabiles; etiam in eo, quod Romanos monstris, se Herculi, Iasoni aut Cadmo alicui comparat Hannibal, cui cum illis & pugnandum sit, nec prosit pugnare. Dentibus quasi infrendentem his in vv. videas Poenum. At reprehendunt Horatium, quod Hannibalem in his mythis nimium graece doctum facere videatur. Sed cum, litterarum graecarum non expertem fuisse Hannibalem, vel ex Nepote constet (XXIII. 13. 2.); tum inprimis tenendum, loqui hîc Hannibalem poëticum s. a poëta confictum. De *Hydra* Lernaea, multis capitibus, sive VII, sive IX, sive L, sive C (variant enim mythi), praedita, quorum uno amputato plura alia semper succrescerent, sic, ut eam *Hercules* aegre, nec nisi Iolai ope, vinceret, nota res. Cf. Ovid. M. IX. 69 sqq. — *Non firmior* (en variatam orationis conversionem!), pro, non firmius, h. non magis *Hydra secto corpore crevit*, ex eo ipso, quod illi caput (& sic aliquid de corpore) resectum esset, semper aucta est capitibus, & sic viribus animisque, adversus *Herculem*, *dolentem* se *vinci*, prae dolore & indignatione frementem, quod se victum videret. Quam graphicum hoc! quamque aptum ipsi Hannibali! Similia Pyrrhus de Romanis, Flor. I. 18. 19. — 63. *Monstrumve*, pro, neque monstrum, ut mox, *Echioniaeve*, pro, neque E. v. V. L. ad III. 1. 44. — Iason in Colchide, annisque prope ducentis post Cadmus in Boeotia, cum draconis a se interfecti dentes seminassent, inde, pro uno dracone, horrenda armatorum saevorumque hominum multitudo e terra procrevit. v. Ovid. Met. III. 101 sqq.

VII.

Merses profundo, pulchrior evenit:
Luctere, multa proruet integrum

Cum

65. *Mersus* nonnulli Lamb. duo Blandd. Cruqu. omnes Pulm. unus Bersm. Brod. omnes fere Bentl. praeter 1 & 6. e nostris Mentel. Lips. 1. 3. 4. Helmst. Dess. 2. & editt. primae. Sed esse deberet „mersa„ ob v. 53. *gens*, *quae* cet. --- *mersas* unus Bersm. --- *pulchrior eminet* coni. Cun. haud dubie ob insolentius verbum „evenire„. 66. *Luctore* Helmst. cum schol. „pugnatore, luctatore„ ut cum „pulchrior„ iungatur. *Ductore* Mentel. unus Bersm. *proruit* Bentl. 1. 10. mox etiam *geritque* Bentl. 3. 10. Sic ed. Bentl. Cun. San. Sivr. Sed optime habet sententia ex omnium ceterorum codd. lectione *proruet - geretque*.

VII. 121 sqq. Istam hominum aciem docte *monstrum* poëta appellat, ob miraculum ac prodigium. Vides, quam insignis ac evidens sit comparatio. — *submittere*, eleganti usu poëtico, terra dicitur segetem, aristas, flores, pro, emittere in auras, proferre, ut Lucret. I. 8 & 193. Propert. I. 2. 9. quemadmodum *subiicere se* dicuntur, quae e terra proveniunt, crescuntque, v. c. Virg. Ecl. X. 74. Ge. II. 19. v. ibi Ill. Heyn. & Gesn. thes. v. *submittere*. Quam ornatum igitur h. l. verbum, de pullulante ac emicante armatorum segete. — *Colchi* pro terra Colchica, & *Thebae* pro terra Thebana, agro Thebano. — *Echioniae* dictae Thebae Boeotiae, quod, cum terrigenae illi se invicem confecissent, non nisi quinque ex iis superstites, Cadmi in Thebis condendis adiutores fuerunt, quorum princeps *Echion*, post etiam gener Cadmi factus. Vnde apparet, quam doctum inprimis *hoc* loco epitheton sit De Thebis Echioniis, quo nomine perperam Lucan. VI. 367. Thebas Thessaliae s. Phthioticas appellat, exstat docta & elegans commentatio Iac. Palmerii in Obss. Miscellan. Vol. IX. p. 447 sqq.

65. Insignis v. ob vigorem ex brevitate & antithesi, in splendida allegoria. — *merses*, penitus immergas eam *profundo* mari. *Merses* autem, omisso *si* s. *licet*, vel simpl. imperative: immerge, s. im-

Cum laude victorem, geretque
Proelia coniugibus loquenda.
Carthagini iam non ego nuntios
Mittam superbos: occidit, occidit
Spes omnis & fortuna nostri
Nominis, Hasdrubale interemto.

Nil

f. immergat eam aliquis; unde praeclare mox futura, *proruet*, *geret*, tamquam ominatio hominis experti. — *pulchrior*, fortior & gloriosior, *evenit*, emergit iterum; verbum insolentius ac audacius hoc sensu, sed tanto exquisitius in lyrico carmine. Ad *pulchrior* laudant Virg. Aen. VII. 656. parum apte. — 66. Allegoriam sequitur sententia propria. — *luctari*, forte verbum, ob ideas adiunctas τῆς πάλης, cui mox docte convenit *proruere*, evertere, prosternere adversarium. v. I. 35. 13. — *victorem*, idque *integrum*, incolumem, integris viribus. — 68. *proelia* faciet *loquenda* a *coniugibus*, lyrice pro, de quibus caesorum in acie coniuges s. uxores diu cum maerore loquentur. Sollemnis magnae cladis idea. Aliter alii.

69. Iam fortius erumpit desperationis ac doloris affectus, nec se contineri amplius sinit. v. not. ad v. 50. *iam non*, nunc non amplius, *Carthagini mittam*, doctius quam vulgare, Carthaginem. 70. *superbos*, qui & laetum ac superbum, h. de quo superba esse possit Carthago, nuntium afferunt, & ipsi eam ob rem superbi sunt, ut fit, & gloriosi. Tales Carthaginem missi post cladem Trebiensem, Trasymenam, Cannensem. v. Liv. XXIII. 11. 12. In repetito *occidit* magna vis πάθους. — 71. *omnis spes & fortuna nostri nominis*, h. nostra; ut ap. Liv. saepe *nomen Albanum*, *Latinum*, pro Albanis, Latinis. Viderunt iam alii, commode huc referri posse vocem Hannibalis, qui accepto de clade Hasdrubalis nuntio, ipsiusque capite, quod Nero ante hostium castra proiici iussisset, conspecto, tanto simul publico familiarique ictus luctu, *agnosco fortunam Carthaginis*, fertur dixisse, ut Liv. XXVII. 51 extr.

Nil Claudiae non perficient manus:
Quas & benigno numine Iuppiter

De-

73. *efficient* Acr. nonnulli Torrent. & multae editt. ut Basill. Mur. Fabr. Steph. Rutgers. Fab. Dacer. *perficiunt* antiquiss. Bland. Cruqu. nonnulli Lamb. Pulm. 1. Recepere Cruqu. Bentl. Cun. maxime ob „expediunt.„ Sed hoc quidem nihil est. *perficient* Porphyr. duo Vatt. Iann. Fa. Vrs. Torn. Lambini, plures & meliores Torrent. Pulm. 2. 3. 4. duo Bersm. Lipss. Altt. Dess. 2. Mentel. Venett. Locher. Ascens. Lamb. Torr. Heins. Sanad. Baxt. Recte vero, sic poscente sententia. v. Obss. *proficient* Helmst. 74. *iam pater*, pro *Iuppiter*, Dess. 2.

73 sqq. Dixerunt iam Scholl. ac post eos plerique Intpp. non amplius his versibus Hannibalem, verum poëtam iterum loqui. Sed cum nullam eius rei rationem idoneam reddunt, tum summa exitus vis ac virtus lyrica ita perire mihi videtur. Hannibal, ingenti Claudii Neronis facto in *interemto Hasdrubale* perculsus, nunc iam nihil esse iudicat, quod tam ab ipso hoc Claudio, quam omnino a viris Claudia gente ortis, perfici in posterum non possit; cum illi genti & Dii inprimis favere, & prudentia sagacitasque bellica sese tamquam ministram adiutricemque addixisse videretur. Constat ex historia, gentem Claudiam iam ante Hannibalem nobilissimam fuisse, multosque magnos & illustres protulisse viros, etiam, qui bello Punico primo & secundo magnas res gererent (v. & Sueton. Tib. 2.); quod obscurum esse Hannibali nequibat. Igitur accedente tam insigni Claudii Neronis facto, facile Poenus in eam universae gentis Claudiae admirationem adduci poterat, ut nunc maxima & difficillima quaeque ab illa, in posterum etiam, perfici posse ominaretur; maxime, si, *fortes creari fortibus & bonis*, illum etiam, inprimis in gente Claudia usu edoctum, credidisse putes. Quare multo magis *poëta* Hannibali *poëtico* tales sensus, idque in illo affectu animique statu, tribuere poterat. Admiremur itaque summam exitus vim & gravitatem ex eo, quod inducitur Hannibal *vates*, cuius de *manibus Claudiis* vaticinium, praeclare sic obscurius editum, lectorem Romanum statim deduceret ad privignos Augusti; in quibus illud nunc, post duo saecu-

Defendit, & curae sagaces
Expediunt per acuta belli.

CAR-

75. *Curae*, maiusculo *C*, Cun. minus recte, arbitror. 76. *per acuta* antiquiss. Bland. Cruqu. *bella* pauci quidam codd. ut e nostris Lips. 4. Alt. 2. & sic Venet. 1492. Locher. Ascens. Basill. Mur. Rutg. Ceterorum omnium lectio *belli* doctior etiam. v. not.

saecula, vel inprimis cum iam esse impletum, tum maxime impletum iri, poëtam declarare, facile quisque videret. Quae quam divina & magnifica sit Neronum laudandorum ratio, quam urbana exquisitaque sensuum reflexio ad argumentum primarium, quis est quin percipiat? Quis nunc, sensu poëtico praeditus, his vv. poëtam, importune satis ac frigide, ut modo ad privignos Augusti redeat, obloquentem Hannibali, quam Hannibalem ipsum, vaticinantem de gente Claudia, audire sibi videri malit? Maluit sane summus Denis. & sic locum expressit. — *Claudiae manus*, pro, Claudii, docta periphrasi, ut *manus Herculea*, pro Hercule, II. 12. 6. Ovid. Fast. II 311. quatenus *manus* vires & fortitudinem designat. — *nil non*, omnia *perficient*. — 74. *quas*, quandoquidem eos Claudios *&c. l. defendit*, tuetur ac iuvat, *benigno numine*, benigne. Recte ad magnum imperatorem duo referuntur, Iovis propitii auxilium, & propria virtus. — 75. *curae*, consilia. *sagaces*, prudentes. Sed prudentia consilia, pro ipsa prudentia. Sic sup. v. 24. *consiliis*. Praeclare hoc dictum; nam clarissima quaeque Claudiorum facta sagacitate inprimis consilii gesta ac perfecta (ut historia docet): quod etiam tunc expertus Hannibal; nunc experti Vindelici: v. ad v. 24. — 76. *acuta belli*, prorsus graece, *τὰ ὀξέα τοῦ πολέμου*. Nempe id, quod in summo discrimine est, dicitur Graecis *ἵστασθαι ἐπὶ ξυροῦ ἀκμῆς*, ut Homer. Il. κ. 173. item *εἶναι ἐπὶ ξυροῦ*, Theocr. κγ. 6. Hinc *ὀξὺς κίνδυνος*, omninoque ὀξὺς, periculosus, anceps, dubii incertique eventus. Sic inpr. ὀξὺς Ἄρης, de proelio, Hom. Il β. 440. δ. 352. Igitur *acutum bellum* pro maxime periculoso atque ancipiti; & pro, bellum acutum, *acuta belli*, graece (subint. *πράγματα*), ut

CARMEN V.

ARGVMENTVM.

Habendum est hoc carmen in elegantissimarum atque excellentissimarum, quae umquam scriptae sunt, odarum numero. Pertinet ad illam Augusti per tres annos, DCCXXXVIII, XXXIX & XL in Hispania & Gallia absentiam, atque inde a. DCCXLI reditum, quo iam spectabat huius libri alterum, cuius v. Argum. Igitur sub unum idemque haud dubie tempus utraque ode scripta est, nisi quod illam laeta reditus Augusti exspectatio, hanc longior eiusdem reditus mora protulit: Vtra prior facta sit, vix liquet. Huius argumentum, in simplicissima descriptione, est acerrimum, quo flagrat S. P. Q. R. desiderium Augusti, cum precibus votisque pro Eius reditu & incolumitate coniunctum, profectum denique ex intima ac tenerrima adversus Illum pietate, caritate, fide: cuius tum, inde a v. 17. fontes & rationes declarantur. maxima & immortalia Augusti in patriam merita, quae aureorum, sub illius imperio, ac felicium temporum clarissima suavissimaque pictura illustrantur: unde denique ad eum, qui ista fecisset otia, Deum, docte reflexa oratione, universi populi erga illum summa veneratio, votaque pro illius incolumitate ac vita quam longissima, describuntur. *Omnia ita animata & quasi perfusa sunt illorum, quos diximus, suavium affectuum verissimo calore, ut intimum pectus fuisse, quod poëtam faceret, intelligas, teque ipsum inter legendum ab iisdem quasi ignibus incalescere sentias. Eminet enim haec ode inter pauca illa antiquitatis carmina, in quibus dominatur interior atque exquisitior sensus (hod.* Gefühl, Sentiment): *quo quidem summa odes virtus ac proprietas continetur. Quacum si compares secundam illam huius libri, mirari satis nequeas tam diversum utriusque in eadem materia characterem ac spiritum. Illa, Pindari aemula, excelsissimo poëseos nisu extollitur, maiestatis plena est, impotentisque enthusiasmi; haec leni quasi volatu fertur, nec nisi molles ac placidos, quam-*

quam

ut alias, *serena caeli*, *amara curarum.* Similiter *incerta belli*, Tacit. Ann. IV. 23. *incerta proeliorum*, id. Hist. II. 77. *subita belli*, id. Hist. V. 13. Liv. XXV. 15. — *expediri* dicuntur sollemni vocabulo, qui magnum discrimen feliciter evadunt; ut Virg. Aen. II. 632. Valer. Fl. I. 217. Igitur h. l. sagacitas & prudentia Neronibus in bello sive expeditione vel maxime ancipiti, felicem suscepti periculi & laboris exitum dat. Eleganter autem & βραχυλογως *per*, pro vulgari *ex*, tamquam de eo, qui *per* media pericula pervadit, & sic *ex* iis expeditur. Sic & Valer. Fl. l. l. *per quot discrimina rerum expedior!* & ap. Virgil. aeque venuste, *inter.*

quam calidos eosdem, sensus habet: illam phantasiae aestus fervorque, hanc pectoris ardor, illam admiratio, hanc caritas protulit. Praeclare autem his nostri carminis virtutibus convenit elocutio, ornatus & copiae non splendidam magnificentiam, sed facilem aliquam venustatem, modestamque gratiam, quamquam eamdem exquisito orationis cultu elaboratam & expolitam, praeferens. Communicavit sese mollitudo illa ac dulcedo sensuum ipsis etiam cum numeris, leni facilique cursu, summa cum suavitate, defluentibus. --- Omnino quam insigne opus haec ode sit, ab universa & descriptione & tractatione, facile intelligat, qui vulgarem carminum panegyricorum aut gratulatoriorum rationem formamque meminerit. --- Ceterum ad tempus scripti huius carminis referunt fere numum, in quo caput Augusti, cum verbis: S. P. Q. R. CAESARI AVGVSTO; *in aversa Mars cum tropaeo:* VQT. P. SVSC. PRO SAL. ET. RED. I. O. M. SACR. *(v. Fabric ad Dion. LIV. 19. §. 171.) item alium ap. Beger. thes. Brandeb. T. II. p. 565. in quo caput Augusti, cum titulo:* CAES. AVGVSTVS TR. POT. *in altera parte statua Martis, cum inscr. in basi:* S. P. Q. R. V. P. RED. CAES. *Quamquam dubitari potest, an hi numi ad alium etiam Augusti reditum pertinere queant. --- Illud vero certum, a Torrentio ad a. DCCXXX, a T. Fabro ad a. DCCXXXV nostrum carmen vel ideo male referri, quod leges, quo spectans vv. 21 sqq. anno demum DCCXXXVI latas constat. --- Denique comparent studiosi cum nostro etiam III. 14. inprimisque versionem Ramlerianam.*

AD AVGVSTVM.

METRVM XVIII.

Divis orte bonis, optime Romulae
Custos gentis, abes iam nimium diu:
Matu-

AD AVGVSTVM CAESAREM Locher.
AD AVGVSTVM ABSENTEM Fran. Venet. 1492. Ascens.

1. *Romule*, pro vocativo, Landin. Ascens. item Locher. cum gloss. „vocativi casus.„ Male vero. *Romuleae* aliquot Torr. duo Bersm. Lips. 3. Dess. 2.

1. Qui calor πάθυς statim ab initio! *orte*, nate, *Divis bonis*, propitiis, θεῶν εὐμενῶν ὄντων, ut bene T. Fab. non, *orte* a *D. b.* Plane sic sup. 2. 37 sq. *quo nihil — bonique Divi.* Raml. *vom Himmel gesandt.* — *Romulae*, pro, Romu-

Maturum reditum pollicitus Patrum
Sancto concilio, redi.
Lucem redde tuae, Dux bone, patriae:
Instar veris enim voltus ubi tuus
Afful-

4. *concilio. Redi*, & *Lucem* cet. var. lect. ap. Ion.

Romuleae, h. Romanae. v. C. S. 47. Sic *Romula tellus*, *Dardanae turres*, *urbs Quirina*, flexo poëtice in adiectivi morem nomine proprio. — 2. *custos*, verbum magnificum, ut de Deo tutelari. cf. I. 12. 49. inf. 14. 13. it. 15. 17. Raml. *des Romulischen Volkes Genius*. Noti numi Augusti cum inscr. AVGVSTO PARENTI CONSERVATORI SVO S. P. Q. R. — *optime*, & mox, *bone*, v. 5. 37. plenum dignitatis vocabulum, summaeque caritatis & pietatis vox; quod vulgo non intelligunt. Nos similiter, *bester Fürst*. In *nimium diu* audisne suspirium desiderii? 3. Senatui Augustus, vel iam ante profectionem, vel post, forte saepius etiam, per litteras s. legatos, se brevi rediturum *pollicitus*, diutius opinione morabatur. Pro Senatu graviter *sanctum*, venerandum augustumque *concilium patrum*; quatenus sanctum, quod vel religione, vel sanctione, ita munitur, ut violari nefas sit. Praeclare vero primum *senatus*, tum universi *populi* desiderium exprimitur. — 4 *redi!* quam simplex hoc, more liberorum, patrem orantium.

5 sqq. Divinum plane tetrastichon! Cum apud omnes gentes *tenebrae* designant tristitiam (v. sup. ad 4. 40.); tum *lux* praeclara ad vulgarem notionem felicitatis ac laetitiae imago. Igitur quam excellenter, ad illud *redi* amplius declarandum: *lucem redde patriae*, tenebris ac hieme obsessae per tuam absentiam. Simile Homericum Φοως, de salute, ut Il. ζ. 6. (ubi v. Schol.), Θ. 282. cet. In, *tuae patriae*, pro, Romae, magna gravitas & exquisitus sensus! Augusto Roma nunc etiam adhuc patria; numquam ille se a populo secernere aut e civium numero eximere voluit. — 6. Cum tu venis & ades: omnia praesentia tua exhilarantur. Hoc pulcherrime exornatum, comparato Augusti reditu cum adventu *veris*, cuius gratia & serenitate omnis natura

Affulſit, populo gratior it dies,
Et ſoles melius nitent.
Vt mater iuvenem, quem Notus invido
Flatu Carpathii trans maris aequora
Cunctan-

7. *effulſit* Pulm. 2. 3. unus Bland. Cruqu. Alt. 1. Fran. Poſt *populo* diſtinguunt Aſc. Lamb. Cruqu. Heinſ. Rutg. Ion. Bentl. Sanad. At poſt *affulſit* Pulm. 2. 3. 4. 5. Batill. Fabr. Torrent. Muret. Steph. Fab. Dacer. Burm. Cun. Geſn. Recte, puto: nam exquiſitius *affulſit*, ſimpliciter & ſine caſu. In eod. v. & pro *it*, unus Bland. Cruqu. Pulm. 1. Lipſ. 1 a m. pr. 2 a m. ſ. 9. *uvido* tres Torrent. Sane ſaepius „Notus humidus, udus, uvidus„ (v. Bentl.): at quis h. l. non praeferat *invido?* Facilis erat lapſus. v. V. L. ad v. 39.

tura recreatur; quae ideae eximie etiam conveniunt cum v. 5. *lucem redde.* — *vultus tuus affulſit*, affulget, ἐπέλαμψε, pro, a nobis conſpicitur; quam divinum de adventu verbum! h. l. etiam ob *lucem* & *ver*. Similiter, de adventu Veneris, Sil. VII. 467. *nitenti affulſit vultu ridens Venus.* — 7. *gratior it*, procedit, praeterit, pro *eſt*; dies ſuaviores & iucundiores *populo* Rom. defluunt. Sed en, etiam *gratum* proprie *ver*; v. I. 4. 1. — 8. *ſoles*, pro *ſol*, quatenus cuique diei novus ſol, notione veterum ſollemni, tribuitur. — *melius nitent*, pulchrius & ſerenius ſplendent, κάλλιον φαίνεσι. Similis idea ap. Aeſchyl. Agam. 978 ſq. Καὶ σε̃ μολόντος δωματῖτιν ἑςίαν, Θάλπος μὲν ἐν χειμῶνι σημαίνεις μολών· Clytaemneſtra ad Agamemnonem. Argutior autem Martial. VIII. 21 extr. *Iam, Caeſar, vel nocte veni, — Non deerit populo, te veniente dies.*

9 ſqq. Similitudo inter pulcherrimas & ſuaviſſimas ex tota antiquitate referenda. Non poterat vel fortius, vel expreſſius ac evidentius pingi, quo Roma tenebatur, deſiderium Auguſti, quam comparatione matris, quae abſentis filii deſiderio flagrat; matris enim in carum filium amor, eiusque reviſendi exſpectatio, omnes affectus ſuperat. Plena ſunt omnia ſummae dulcedinis, tenerrimique πάθες. Comp. Oppian. ἁλ. 335 - 342. nobilis l. haud dubie expreſſus e no-

Cunctantem spatio longius annuo
Dulci distinet a domo,

Votis

12. *detinet* unus Bersm. Lipſ. 4. Deſſ. 2. nonnullique aliorum, item Locher. Venett. Aſcenſ. Baſill. Muret. Fabr. Rutgers. & plurimae editt. Sed *diſtinet* Comm. Cruqu. Acr. (qui expl. „ ſeparat „) tres Blandd Cruqu. nonnulli Torrent. & Lamb. Pulm. 2. 3. 4. multi Bentl. item Steph. Heinſ. Torrent. Fab. Burm. Bentl. Cun. San. Baxt. Ion. Verbum exquiſitius, magisque poëticum (v. Obſſ.); probatum etiam N. Heinſ. ad Ovid. Rem. 486. — — *deſtinet* duo Vatt. Fa. Vrſ. Nicot. Lamb. nonnulli Torrent. & Cruqu. Pulm. 1. Gott. Mentel. Fran. Alt. 1. Lipſ. 1 a m. pr 2. & ſic Zar. Mediol. 1477. Venet. 1478. Lambin. Dacer. Sed hoc verbum nullius auctoritatis, aperte ex *diſtinet* corrumpendo factum. Vnde deinceps *deſtinat* in nonnullis, ut Lipſ. 1 a m. ſ. Alt. 2. Helmſt. nullo ſenſu.

noſtro; quem & imitatus Sarbiev. lyr. I. 9. 5 - 16. quamquam in nonnullis argutior. *Vt mater iuvenem*, h. filium, *vocat votis* cet. Cogitandus ille, ut docent cetera, in Cyprum, ſive Phoeniciam, Syriamve aut Bithyniam (v. I. 1. 13. I. 31 12. I. 35. 8. III. 29. 6.), ad mercaturam profectus. Igitur cum dilectu cum *Notus*, ut contrarius his, qui ex illarum regionum aliqua Italiam peterent, tum mare *Carpathium* (v. ad I 35 8.), iisdem transeundum, ſimulque procelloſum. Iunge autem: *quem*, *cunctantem longius*, diutius, *annuo ſpatio*, h. ubi ultra annum abfuit trans mare Carpathium, nunc reditum parantem *Notus diſtinet*, disiunctum ſ. diſtractum retinet *dulci* (praeclare!) *a domo*. — *invido*, ornate, dum Notus filii reditum matri invidet. Sic Ovid. Her. XIX. 120. *Quoque minus venias, invida pugnat hiems.* — *aequora maris* C. plenius, quatenus *aequor* eſt planities, ſuperficies. Vide autem, quam praeclare augeatur deſiderium ex diuturnitate abſentiae, longinquitate loci, periculo itineris; item obſerva eam in rem dilectum in verbis, *cunctantem*, *diſtinet*, *domo dulci*.

Votis ominibusque & precibus vocat,
Curvo nec faciem litore dimovet:
Sic desideriis icta fidelibus
Quaerit patria Caesarem.

Tutus

13. *votisque* Cun. *omnibusque & pr.* plurimi Bentl. & aliorum, Mentel. Lips. 2. 3. Locher. *omnibus & pr.* Helmst. Dess. 2. *omnibus heu & pr.* Alt. 1. *omnibus hunc & pr.* cod. Ald. Venet. 1490. Rutg Despr. *omnibus & cum pr.* Bentl. 10. *omnibus atque & pr.* Gott. *ominibus atque pr.* Zar. *omnibus atque pr.* Lips. 4. Medioll. tres, Venett. 1478 1486. 1492. male probante Gesn. Cum optima & pulcherrima sit omnium ceterorum libb. lectio *ominibusque & pr.* (v. Obss.): tum facile intelligitur, primum ex „ominibus„ aberrando factum esse „omnibus„; unde post, cum metrum laborare vidissent, variae istae medelae versui allatae. -- -- *advocat* Bentl. 6. e glossem. 14. *demovet* emend. Lamb. quem secuti Fabr. Cruqu. Steph. Rutg. Fab. Dacer. Burm. Bentl. Cun. Sanad. Ion. *dimovet* omnes Lamb. Torr. Pulm. & nostri, tres Blandd. Cruqu. (de ceteris nil ille refert) duo Bersm. Venett. Locher. Ascens. Basill. Muret. Heins. Baxt. cet. Verbum bonum, & exquisitius, in tanta auctoritate, praetuli. 15. *Et d.* Lips. 4. *iusta f.* Mentel. a m. s. *tacta* var. lect. Ion.

13. *vocat*, advocat quasi ad se filium, *votis*, quae facit pro eius salute, *ominibus* faustis, quae pro eius reditu captat atque a Diis exorare conatur: bona enim omina precibus impetrari posse credebant. v. ad III. 27. 11. Quam venusta autem & concinna forma orationis, pro vulgari, vota facit, bona omina captat poscitque, preces fundit pro filio. Tanto pulchrior & aptior haec idea, ob vota pro Augusto suscepta. v. Argum. Imitatus Horatium Auson. Epist. XXIV. 120. *Votis, ominibusque bonis, precibusque vocatus, Appropera.* Et iam Liv. praefat. extr. *cum bonis potius ominibus votisque ac precationibus* cet. Sed male turbatum a nonnullis. — 14. *nec faciem dimovet* de *litore*, quo appulsurum sperat — *curvo*, sollemne epitheton, nil amplius. At quam expressus hic color ex affectu desiderantis! Oppian. l. l. ἔχει δ᾽ ἐπὶ πόντον ὀπωπάς. — 15. 16. *icta*, percussa, incitata, de vehementi affectu, ut Gr. πληγεὶς, ἐκπληγεὶς.

Cf.

Tutus bos etenim rura perambulat:
Nutrit rura Ceres, almaque Fauſtitas:
Paca-

17. Ferre non potuere VV. DD. illud *rura* ſtatim in v. ſq. repetitum, & alterutrum vitioſum eſſe iudicarunt. Igitur pro priori *rura*, v. 17. *prata* legendum cenſuit T. Faber, quod receperunt Sanad. Sivr. Contra Bentl. h. l. *rura* retinuit, at in v. 18. *rura* mutavit in *farra*. Cun. vero pro hoc eodem *culta*. Codd. mſſ. in utroque verſu ſumma conſtantia, *rura*; niſi quod in Bentl. 1. erat *nutrit ra*, quod ipſe videt fuiſſe *nutritura*, ut habet omnino noſter Lipſ. 1. a m. pr. Per ſe facile fieri potuit, ut librariorum negligentia in alterutrum verſum, pro vocabulo, quod excidit, inferret *rura*, quod in altero ante oculos eſſet; unde nec neceſſarium quidem foret, ut vocabulum pro alterutro *rura* ſubſtituendum cum illius ſcriptura conveniret. Bentleius non in v. 17. ſed 18. mendum latere credit, ſola ea de cauſſa, quod non putat *rura nutriri* recte dici poſſe; in quo eum inſcite argutari dicat, quicumque, ſenſu poëtico praeditus, eius notam legere velit. Minus etiam placent Cuningamii *culta*. Igitur, ſi emendandum ſit, aſſentiam equidem Fabro, & verſum 18 ſanum credam, at v. 17 legam *prata*; quod ad ſententiam praeclarum. Si tamen quis poëtam conſulto bis poſuiſſe *rura*, in eoque ipſo elegantiam aliquam & vim eſſe dicat, nulla emendatione opus ſit. Sic Ill. Ramler. *Durch ihn trabet der Stier ruhig die Fluren durch, Ceres ſegnet die Flur.* Quod *rura* diverſo ſenſu accipitur, id nihil obeſt, & ſaepius fit in talibus figuris.

Cf. I. 7. 11. 'Ductum a telo; unde adeo Lucret. II. 360. *desiderio perfixa;* item III. 306. *telis perfixa pavoris.* Saepius etiam *ictus* ita ap. Liv. ut l. 16. XXVII. 51. — *deſideriis fidelibus*, deſiderio, quod ex fide & pietate in Auguſtum proficiſcitur. — 16. *quaerit*, pro, requirit ſ. deſiderat. Ramler. *ſucht*. v. III. 24. 32 ibique not. *patria* ſaepius alias etiam *mater* dicta, aut cum matre comparata. — *Caeſarem* pro *te*, quam divinum hoc in nexu! ut de abſente, qui unus omnibus ſemper in animo & ore eſſet.

17 ſqq. Iam exponuntur tenerrimae talis in Auguſtum pietatis cauſſae, ſumma Illius de Romano imperio merita (v. Argum.): np. *primum* data reipublicae interna ac domeſtica quies; *deinde* inter eam quietem reſtituta diſciplina publica; *tum* parta imperio ſecuritas ab externis hoſtibus, orbe terra marique pacato; *denique* parata ex his, tam publica univerſo-

Pacatum volitant per mare navitae.
Culpari metuit Fides:

Nul-

20. *Fides*, maiuscula littera, exprimendum curavi. v. not.

rum civium, quam privata singulorum, summa felicitas. At haec non sic nude enumerat noster, sed, quod erat poëtae, ab effectis & attributis depingit, pulcherrimamque ac dulcissimam felicium hominum temporumque imaginem exprimit. Transitus, more lyrico, neglectior, per solum *etenim*. Praeclare autem conveniunt cum his (quod & Augusto & Horatio gloriae est) descriptiones Augusteae aetatis ap. historicos. Nostri carminis gratia inpr. comparandus loc. nobiliss. Vellei. II. 89. *Nihil deinde optare a Diis homines, nihil Dii hominibus praestare possunt, — quod non Augustus — populo R. repraesentaverit. Finita bella civilia, sepulta externa, revocata pax; — restituta vis legibus, iudiciis auctoritas; — rediit cultus agris, sacris honos, securitas hominibus, certa cuique rerum suarum possessio; leges emendatae utiliter, latae salubriter* cet. — 17-19. Quies interna s. domestica, tribus coloribus suavissimis adumbrata. Observetur etiam facilis venustas orationis & numerorum. — *bos*, non taurus arator; sed designantur armenta, quae tuto iam in pascua aguntur, quod secus erat in bellis civilibus. — *tutus*, tuto, secure, *rura* h. prata, pascua (v. V. L.) *perambulat*, in iis pascitur; ut alias *errare*. — 18. Agri, olim deserti, iam coluntur, & largas messes proferunt. *nutrit rura* h. segetes agrorum, illis incrementa dat. Bene his convenit Ceres *nutrix*, τροφὸς, & *mammosa* (in monumm. quoque), Lucret. IV. 1161. *Faustitas* nove (ut recte Acr.) ab Horatio dicta haud dubie Felicitas publica, np. Dea, quae est in monumm. cum caduceo Mercurii & cornu copiae, quibus pax & abundantia, duo primaria felicitatis publicae capita, declarantur. v. Spenc. Polym. Dial. X. p. 146. Cum proventus agrorum, cui Ceres praeest, sine publica quiete & felicitate nullus sit: praeclare *Ceres* & *Faustitas* iunctae; quod tamen notabile. — *alma*, cum ut Dea (v. ad I. 2. 42.), tum

Nullis polluitur casta domus stupris:
Mos & lex maculosum edomuit nefas:
Laudantur simili prole puerperae:
Culpam Poena premit comes.

Quis

22. *Mox* Mentel. 24. *Poena*, maiusculo *P*, Sanad. Recte! v. Obss.

tum ab alendo. cf. sup. ad 4. 41. — 19. *navitae*, mercatores, *volitant*, secure navigant, *per mare pacatum*, ornate, pro, non amplius infestum ab hostibus aut piratis. Suavis imago liberi securique commercii. Respondet ei, quod est ap. Sueton. Aug. 98. in Puteolano sinu nautas de navi Alexandrina Augusto praetervehenti acclamasse: *per illum se vivere, per illum navigare, libertate atque fortunis per illum frui.*

20—24. Restituta disciplina publica, legibus, novis latis, antiquis emendatis, additaque iis vi poenis propositis. Sed parum de illis Augusti legibus hodie constat. v. Sueton. Aug. 34. *Fides* (h. l. subiectum personatum) *metuit culpari*, cavet, ne culpetur, ne quid sibi culpae dari possit, pro, nullo modo s. numquam culpatur, culpari potest (v. not. ad II. 2. 7.), h. nihil fit contra bonam fidem, dolo malo, np. in foro & iudiciis, tum hinc etiam in vita privata. Pertinet hoc haud dubie ad leges Iulias de re iudiciaria, quarum vel fragmm. vel mentio in Digestis. v. Brisson. de verb. signif. v. Iulius. — 21. *Lex* Iulia de pudicitia s. adulteriis, admodum severa illa, ut notum. — *nullis st. polluitur*, nulla stupra in familias inferuntur, in iis committuntur; hinc *casta.* cf. III. 6. 18. — 22. *mos & lex* (v. ad III. 24. 35.) *edomuit*, domuit, coërcuit, sustulit *maculosum*, turpe *nefas*, foeda scelera, np. stupra, adulteria. Bene convenit *maculosum* τῷ *polluitur*; & iam ap. Cicer. Att. I. 16. *maculosus* pro, infamis, turpis. Cf. inf. 15. 10 sq. — 23. *laudantur* ob *prolem similem* maritis; quod pro argumento innocentiae uxorum & in maritos fidei habebat antiquitas. v. Hesiod. ἔργ. 233. Theocr. ιζ. 43 sq. Catull LVIII. 221 sqq. (locus suaviss.) Martial. VI. 27. 3 sq.

&

Quis Parthum paveat? quis gelidum Scythen?
Quis, Germania quos horrida parturit
Fetus, incolumi Caesare? quis ferae
Bellum curet Iberiae?

Con-

26. *parturit horrida*, mallet Cun. 27. *foetus* vulgo, rectius *fetus*. v. Cellar. orthogr. lat. ed. Harl. T. I. p. 234. 28. *Hiberiae* Bentl. v. V. L. ad I. 29. 15.

& cf. Virg. Aen. IV. 328 sq. 24. *Culpae*, sceleri, *poena* comes est, eamque *premit*, statim sequitur. Non praestat dilata vindicta peccandi licentiam. Evidentius autem haud dubie & magis lyricum, Culpam & Poenam cogitare personas. v. III. 2 extr. & ibi not.

25 sqq. Securitas externa. A *Parthis* a. DCCXXXIV signa recepta; eodem anno Cantabri, ultimi *Hispanorum*, victi, & *Scythae* coërciti; domiti mox inde ab a. DCCXXXVIII per Drusum *Germani*. v. not. ad II. 9. 20 sqq. III. 8 19 sqq. Argum IV. 4. Insigni igitur eum dilectu, ad securitatem externam declarandam, memorati hi, ut atrocissimi Romanorum hostes, idque nuperrime demum vel domiti vel repressi, denique extremi ad orientem, septentrionem, occidentem; ut orbis terrarum iam victus & pacatus videretur. cf. III. 3. 45 sqq. ibique not. — 25. *Quis paveat*, np. *incolumi C.* quae notio primaria tetrastichi, singulis partibus iungenda. cf. III. 14. 14 sqq. ibique obss. item inf. 15. 17 sqq. — *gelidum*, gelidas terras habitantem. — 26. *horrida*, inculta, quam Tacit. M. G. 2. *informem terris*, *asperam caelo*, *tristem cultu adspectuque*, item c. 5. *silvis horridam*, *paludibus foedam*, dicat. Malim tamen epitheton, sollemni inversione poëtica *Germaniae* tributum, referre ad *fetus* s. homines, qui *horridi*, h. feri, truces, terribiles, tam adspectu, immanique corpore, quam animi & morum ferocia; quales describuntur a Caesare, Tacito, Floro. Docte hinc etiam *fetus*, tamquam de ferarum catulis (ut bene Baxt.), quos G. *parturit*. Ramler. *Wen schreckt*, *wildes Germanien*, *deine rasende Brut?* — *Iberiae*, Hispaniae, *ferae*, ferocis, bellicosae. v. ad II. 6. 2. Alias

dura,

Condit quisque diem collibus in suis,
Et vitem viduas ducit ad arbores:

Hinc

30. *Vt* Lips. a m. s.

dura, inf. 14. 50. *audax*, Tibull. IV. 1. 138. *bellum* I. pro, Iberos bellicosos; *Iberiens unersättliche Kriegesſuchs*, Ramler.

29 sqq. Ortae ex his omnibus *felicitatis* publicae privataeque pulcherrima pictura. Nam pro simplici & generali ista notione, more lyrico, suaviter a vita rustica petiti colores. Et cum in illis terris, sub calidiore caelo positis, saepe totus fundus in vineis consistat, poëta pro agricola vinitorem proque opere rustico universo vini culturam, ponere poterat. Cf. hîc & sup. v. 17 sq. Theocr. 15. 90 sqq. — *conditur* proprie sol Oceano, cum occidit; deinde pro sole, *dies*. Igitur *conditur dies* inter laborem, cum labor usque ad vesperam continuatur. Hinc ornate *condere diem* ipse dicitur is, qui totum exigit s. traducit in negotio s. loco aliquo. Virg. Ecl. IX. 52. Stat. Theb. X. 54. Ita Callim. Epigr. β. 3. ἥλιον ἐν λέσχῃ κατεδύσαμεν. — *colles* suaviter pro vinetis. — *suis*, cum vi, ut Vellei. l. l. *certa cuique rerum suarum possessio*. Vis etiam in *condit* & *quisque*. Declaratur & dulce otium, quo omnes ubique fruuntur, nullis belli vel laboribus vel terroribus turbatum, & industria, quam pacis dulcedo excitat. Similis imago ap. Micham, IV. 4. — 30. Pro vini cultura universa, iterum (sed cum dilectu, ut videbimus) pars illius, alligatio s. pedatio vitium, idque in terris australibus, non, uti apud nos, ad palos, sed ad arbores e genere sterilium, ut ulmos, populos, quarum umbra sub illo caelo ita non obest maturitati uvarum, ut etiam prosit. Pro, alligat s. coniungit, venuste, *ducit*; ut Kleist. od. VII. 18. *führt an Wänden Reben*. Subtilior autem Baxt. Iam sollemni poëtis notione, inter arborem & vitem alligatam *coniugium* est. Hinc ornate ducta, *maritare populos vitibus*, V. 5. 10. *caelebs platanus*, II. 15. 4. & *viduae arbores*, quibus nullae vites alligatae, Martial. III. 58. 3. sed h. l. inprimis, quibus olim

Hinc ad vina redit laetus, & alteris
Te mensis adhibet Deum:

Te

31. *venit*, pro *redit*, Comment. Cr. aliquot Lamb. Pulm. 1. Bentl. 1. 6. 18. Lipf. 4. Alt 1. & sic Bentl. Cun. Sanad. Et cur? quia putarunt VV. DD. non redire ad vina, nisi qui iam ante biberit. Tamquam non suavissime dicatur, qui diem in collibus suis condidit, vesperi inde *redire domum*, ad vina. Quid non critica cogis pectora, novitatis amor? --- *vehit* Lipf. 3. haud dubie ex *venit*.

olim iunctae vites, agrorum per bella vastatione, cultorisque defectu, periere; ut nudae starent arbores, quae nunc novas vites accipiunt. Eleganter Raml. *paaret den Wein mit dem verlaßnen Vlm.* Cf. Catull. LIX. 49. Post etiam scriptores rei rusticae saepius usi his talibus vocabulis. — 31. *Hinc*, a collibus & opere suo, *laetus* domum *redit ad vina*, compotationem. Quam gratum hoc! At gratior etiam hinc & elegantior ad Augustum reflexio sensuum, dum summa, qua illum prosequeretur populus, veneratio ac pietas, magna cum vi & ἐναργείᾳ exprimitur. — *mensae alterae*, secundae. Nam in ipsa coena ap. vett. vel omnino non bibebatur, vel parcius; sed satiatis edendo convivis, mensa cum epulis ablata, & apposita alia, h. *secunda*, cum bellariis, pomis, vino, exquisitiore etiam, maioribusque poculis. Ibi tum facta *libatio*, cum precibus, votis, & hymnis. v. not. ad III. 19. 9. Mos ille ap. Graecos, heroicis iam temporibus, usitatus (ut ex Hom. constat), etiam ad Romanos transiit. v. D. Heins. ad h. l. & cf. Virg. Aen. I. 723. ibique Ill. Heyn. — 32. Vulgo dicitur *adhibere* aliquem convivio, ad illud advocare, excipere; hinc docte *adhibetur mensis* Augustus, tamquam *Deus*, quatenus ei libatio fit, tamquam Deo, aut Genio. Plane sic Virg. Aen. V. 62. *adhibete Penates epulis*. Iam a. DCCXXIV libationes tam publicas quam privatas decretas fuisse Augusto, docet Dio LI. 19. p. 457. ἐν τοῖς συσσιτίοις, οὐχ ὅτι τοῖς κοινοῖς, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἰδίοις, πάντας αὐτῷ σπένδειν ἐκέλευσαν. v Ovid. Fast. II. 637. Item a. DCCXXV decretum, ἐς τοὺς ὕμνους αὐτὸν ἐξ ἴσου τοῖς θεοῖς ἐσγράφεσθαι, Dio LI. 20 pr.

Te multa prece, te proſequitur mero
Defuſo pateris: & Laribus tuum
Miſcet numen, uti Graecia Caſtoris
Et magni memor Herculis.

Lon-

34. *Diffuſo* nonnulli Lamb. duo Blandd. Cr. unus Bersm. Pulm. 1. 2. Fran. Deſſ. 2. Helmſt. Lipſ. 3. Locher. Venet. 1492. Aſcenſ. Baſill. Rutgerſ. Sed alienum ab h. l. hoc verbum, & rectius ceteri mſſ. & edd. *Defuſo*. 35. *nomen* Comm. Cr. Helmſt. a m. pr. & pauci alii. v. Brouckhuſ. ad Propert. p. 81. Sic & volebat T. Fab. probante Dacer. Sed cum praeclare habet *numen*, tum concinnior etiam eſt dictio: „miſcet *Laribus* tuum *numen*„ quam: „miſcet *Laribus* tuum *nomen*„ ut iam vidit Sanad.

33. Cum vi repetitum, *te, te*, cui uni dulce illud otium, felicitatem illam ſuam acceptam refert. — *proſequi* amore, benevolentia, laudibus, ſatis vulgaria; igitur exquiſite h. l. *proſequi*, colere, *precibus & mero*, pro, preces ad aliquem, tamquam Deum, facere, eique libare. — *multa*, ἐνεργῶς, ad declarandum ardorem animi, ſenſusque effuſos pietatis. — 34. *defuſo*, fuſo de *pateris*, ornat libationem. v. I. 31. 2. — *Lares* non intelligendi peculiariter ita dicti, cum & nullos tales, ſenſu Romano, Graeci haberent, ſed Dii, maiores etiam, & heroës, quos familia aliqua ſibi inprimis propitios ac tutelares eſſe, vel crederet, vel cuperet, privatimque coleret, in ſacrario domeſtico poſitos: qui Graecis dicti θεοὶ πατρῷοι, ἀγαθοὶ δαίμονες, Romanis Penates, Dii patrii, domeſtici, familiares. — *tuum numen* (v. V. L.), pro, *te*, *miſcet L.* refert inter Deos ſuos domeſticos, te cum illis colit. Praeclare igitur declarant haec Auguſtum eum, quem privatim pro ſe *quisque* (v. 29.) Deum, parentem & conſervatorem *ſuae* familiae & felicitatis agnoſceret. Sup. v. 2. erat generale, *cuſtos gentis*. — 36. Non, *memor Herculis*, ſed ita iunge: *uti Graecia*, Graecorum quisque Diis ſuis domeſticis miſcet numen *Caſtoris*, Caſtorum, Dioſcurorum (v. ad III. 3. 9.) *&* *magni* (perpetuum epitheton) *Herculis*, idque facit *memor*, propter memoriam beneficiorum. Nam ap. Graecos omnium heroum ac δαιμόνων ſummo honore affecti,

&

Longas o utinam, Dux bone, ferias
Praestes Hesperiae! — dicimus integro
Sicci mane die, dicimus uvidi,
Cum Sol Oceano subest.

CAR-

37. *rex bone* duo Bersm. Bentl. 1. 6. 20. Dess. 2. Quod quomodo Bentleio sic placere potuerit, non percipio. 39. *invidi* Lips. 3. v. V. L. ad v. 9.

& in quavis familia culti, illi tres, ob virtutis non solum & rerum gestarum magnitudinem, sed inprimis ob maxima beneficia, hominibus tributa, pacatis terris & maribus, securitate publica ab hostibus monstrisque praestita, ut notum. In quibus omnibus quam insigne Augusti elogium sit, monere non opus. cf. III. 3. 9-12. III. 14. 1. & utroque l. not.

37 sqq. Nobilis exitus! Succinit quasi universus populus R. bonis illis vinitoribus. — *feriae*, proprie dies festi, quibus vacatio est operum & laborum; at quam praeclare h. l. pro otio, securitate, felicitate publica, sub Augusti imperio. — *longas praestes*, esse fac, diu conserves *Hesperiae*, Italiae, quas dedisti, *ferias*, quam graviter, pro, diu vivas! Non habent haec amplius voti speciem, sed sunt preces ad Caesarem Deum, ut ipsi placeat cet. & tamquam fragmentum hymni, quem mane & vesperi, more antiquo, ei dicerent. Raml. *Lange gönne diess Fest deinem Hesperien.* cf. I. 2. 45 sqq. Ovid. Metam. XV. 868-70. — 38. In sqq. facile observatur elegantia & vis in antithetis. Cum vi etiam iteratum *dicimus*. — *integro die*, idem quod *mane*, ubi dies incipit, nulla dum parte demta s. praeterita. Itaque significatur primum omnium negotium, antequam aliud quid agatur. — *sicci*, nondum poti. v. I. 18. 3. *uvidi*, madidi, h. poti, βεβρεγμένοι, np. inter coenam. — 40. *subest*, est sub *Oceano*, de coena in noctem producta.

CARMEN VI.

ARGVMENTVM.

Sollemni occasione haec ode ab Horatio scripta est. Nam cum a. V. DCCXXXVII ludos saeculares Augustus institueret, saecularis carminis scribendi honorificum munus iniungebat Horatio. Illi igitur saeculari carmini *hac nostra ode* privatim praeludit poëta & quasi praefatur. *Esse enim eam ipsius carminis saecularis partem, in ipsis saecularibus sacris, sollemni tempore & loco, decantatam, quae sententia est Sanadoni, Ionesii, Ancherseniі, illud nullo modo probari posse, ad Carmen Saeculare videbimus.* — Poëta Apollinem *(quem enim potius?)* invocat, eumque, ut se divino spiritu concitet, adiuvetque in tam sollemni carmine conficiendo, rogat: tum ad puerorum puellarumque chorum, qui illud decantaturus esset, conversus, eum ad attentionem diligentemque exercitationem hortatur. *Sed hoc argumenti ita tractavit, ut nobilissimum ac plane divinum carmen exierit, inter excellentissima, quae umquam fecit Horatius, adnumerandum: quod vulgo ab imperitis vel agnosci vel capi non solet. Habet enim nostra ode tam* insignem ac potentem audacemque ingressum lyricum, *ut paucae aliae vel hoc nomine cum ea comparari possint: dum Horatius, abreptus veluti spiritu poëtico, minime vulgari ratione, ad res sententiasque defertur, quarum non ita plana atque aperta statim connexio est; sed in eo ipso summum sese poëtam intelligentibus doctisque lectoribus probat. Non statim ab istis ad Phoebum precibus carmen orditur, sed sumit speciem* HYMNI IN APOLLINEM, *cuius, ut omnis hymni, partes sunt* laudes numinis, ac tum preces. *Itaque* incipit *poëta* a laudibus Phoebi, *ductis a sollemnibus illis duobus eius attributis, quod est & arcipotens, & vates Musarumque praeses, eoque tam arcum gestat quam citharam. cf. I. 21. 11 sqq. II. 10. 18 sqq. III. 4. 60 sqq.* Primum *itaque* canitur Apollinis τοξότε magna ac terribilis potentia: *cui vel ideo iam diutius immoratur poëta, quod tam grande & sublime argumentum cum praecipue aptum dignumque hymno, tum pio enthusiasmo, & suo ipsius, & puerorum puellarumque, vel concitando, vel alendo, maxime idoneum esse videbat.* Inprimis *autem* inhaeret leto moribusque Achillis, ab Apolline confossi. *Primum enim facile sibi placebat ac indulgebat in illius materiae tractatione nisus & ardor lyricus. Deinde, cum sine Achille occiso nihil de Troia Troianisque superfuturum, nullus in Italiam Aeneas venturus, Roma nulla futura fuisset (v. 17 -- 20): facile intelligitur, in Achille interfecto amicissimum sese Phoebum ipsis etiam Romanis, qui a Troianis descenderent, quorumque iam tum res ageretur, declarasse; atque ita nullum Dei, irati quidem, factum pluris Romanorum interfuisse, propiusve attigisse eos eorumque sacra saecularia, quam hoc. Denique laudes moresque Achillis, noto artificio poëtico, valent ad extollendum Apollinem, augendamque eius & potentiae victoriaeque gloriam, &*

bene

beneficii in Troianos Romanosque magnitudinem. Satis illustrasse mihi videor in vv. 1 - 24. sententiarum divinum dilectum nexumque, & magnificum ingressum lyricum. Deinde *a v. 25.* transit Horatius ad Apollinem vatem, eumque, ut se adiuvet in explendo tam sollemni lyricae poëseos munere, divinoque spiritu impleat, rogat. Tum, *suas preces a Phoebo auditas, seque illius numine plenum sentiens, a v. 29.* convertitur, *ut iam dictum,* ad chorum puerorum & puellarum. *Sed hoc etiam praeclare ab illo tractatum. Induit enim personam choragi s. chori magistri,* χορηγȣ, χορȣ διδασκάλȣ *seu* ἡγεμόνος, *cuius apud veteres Graecos erat, eos, qui chorum constituerent,* χορευτάς, *carmen decantandum docere, h. iis praeire cum verba, tum modos, praecinendo voce & cithara, donec perdidicissent. v. Cuper. observatt. I. 1. p. 3. & cf. ad I. 24. 2. II. 19. 2. Accedit, quod antiquissimos poëtas lyricos simul choragos eosdem fuisse constat. Igitur* Horatius, vates & choragus, choro suo primum se poëtam saecularem indicit ac nuntiat, deinde, lyram quasi manu tenens & percussurus, illum ad recte exprimendum voce cantuque carmen suum hortatur. *In qua ratione ac idea quanta cum gravitas ac dignitas, tum evidentia sit, ob antiquitatem etiam notionis, facile agnoscitur. Omnino carminis universi quemadmodum summa virtus inest in religiosis, qui per illud regnant, altisque sensibus, ita oratio poëtica, ab ornatu & venustate, perfectissima, sed, uti ferebat natura enthusiasmi ac nisus lyrici, modo gravior & magnificentior, ut in priori parte, hymni speciem praeferente, modo lenior & placidior, ut fere a v. 25. quod idem discrimen ad numeros etiam pertinet. Omnia vatem saecularem, eiusque & nobilem spiritum & os magna sonaturum, splendide praenuntiant; ut, dum Phoebum rogat poëta, ut se divino afflatu concitet, iam vel maxime eodem se concitatum ostendat. --- Ceterum interioris sensus lyrici defectu inducti Sanadonus & Cl. Sivrius duas ex hoc carmine odas fecere, quarum altera incipit a v. 29. quo iam ferebatur Dacerius. Comparent vero studiosi I. 21. cum nostro, huiusque excelsiorem & fortiorem spiritum observent. --- Denique Baxterus allegorias suas & dilogias hic etiam sectatur, dum Niobe & Achille Cleopatram & Antonium designari putat. Cui respondere nil opus est.*

AD

AD APOLLINEM.

METRVM XVII.

Dive, quem proles Niobea magnae
Vindicem linguae, Tityosque raptor
Sensit, & Troiae prope victor altae
Phthius Achilles,

Cete-

DE LAVDIBVS APOLLINIS Venett. Locher. Ascens.

1. *Nioboea*, *Niobaea* vulgo. Rectius *Niobea* Bentl. Cun. Graece Νιοβείη. 2. *Tytius*, *Tytios*, *Titios*, *Ticius*, errores.

1. Ad *Dive*, *quem* cet. apodosis sequitur demum v. 27. & omnia interposita pro parenthesi sunt: in quo lyricam conversionem facile agnoscas. Ex pluribus Apollinis arcipotentis iratique factis (v. Argum.) delectae neces *prolis Niobeae*, liberorum Niobes, *Tityi* & *Achillis*. Niobe, Tantali filia, Amphionis uxor, liberorum ex marito susceptorum multitudine & pulchritudine ferox, Latonam, Apollinis & Dianae matrem, prae se contemsit; qua re offensi Dii eius liberos omnes, Apollo mares, Diana filias, sagittis transfixere: Niobe in saxum mutata. v. Homer. Il. ω. 602 sqq. Ovid. Met. VI. 271 sqq. Diod. Sic. IV. 76. Pausan. I. 21. In numero liberorum valde variatur, Homerus memorat XII, sex mares ac totidem puellas, Ovidius XIV, totidem posuit Euripides, Sappho XVIII, Bacchylides & Pindarus XX. v. Gell. XX. 6. Nobilissimum antiquitatis monumentum, Niobe cum liberis suis morientibus, opus Praxitelis (vel Scopae), olim Romae fuit in domo Medicea, nunc ab a. 1770 Florentiae est. De eo v. Plin. XXXVI. 5. Auson. epitaph. 28. Anthol. gr. IV. 9. Winkelm. Gesch. d. K. p. 170. 226. 336. & alibi. — 2. *vindicem magnae linguae* (ad solam prolem N. referendum) h. ultorem magniloquentiae, iactantiae (np. matris), e Gr. μεγάλη γλῶσσα, μεγάλα ἔπη. Sophocl. Antig. 128 sq. Ζεὺς γὰρ μεγάλης γλώσσης κόμπους ὑπερεχθαίρει. Neque igitur erat, quod Scaliger

magna

Ille non, inclusus equo, Minervae
Sacra mentito, male feriatos
Troas & laetam Priami choreis
Falleret aulam:

Sed

13. Post *non* ponendum comma, non post *Ille;* ut sit: „ Ille non falleret Troas, inclusus equo cet. „

tur. Sic Il. δ. 482 sqq. ν. 178 sqq. ξ. 414 sqq. π. 482 sqq. cf. Virg. Aen. V. 448 sqq. Turri cadenti Achillem confert Quint. Cal. III. 63 sqq. *mordaci ferro*, securi, *icta*, ταμνομένη πελέκεσσι, χαλκῷ. Ornatus gratia *pinus* & *cupressus*, procerae arbores, item *Eurus*, pro generalibus. — 10. *impulsa Euro*, vento prostrata. — 11. *late*, magna cum emphasi, ad vastam corporis molem declarandam, quae & cadens & iacens amplum spatium occupat. cf. Virg. Aen. III. 631. Expressa autem haec ex Hom. Od. ω. 39 sq. σὺ δὲ ςροφάλιγγι κονίης κεῖσο μέγας μεγαλωςί. — *posuit collum*, ornate pro, procubuit, *in pulvere* (ἐν κονίῃσι πέσεν) *Teucro*, Troiano, terra Troiana. v. I. 6. 14. & cf. II. 7. 12.

13 sqq. Hinc usque ad v. 24. virtutis morumque Achillis plane exquisita ac sublimis descriptio. *Ille non falleret* — *sed ureret* — *ni adnuisset* — ita procedit sententia; at *falleret*, *ureret*, pro, fefellisset, ussisset, more poëtico. — 13-16. Si Achilles superstes fuisset, non dolo & insidiis, per speciem simulatae religionis, Troianos nec opinantes oppressisset; quod in virum fortem non cadit: neque opus quidem, eo vivo, tali fraude fuisset. De *equo* ligneo, a Graecis, abitum simulantibus, fabricato, & pro donario Minervae placandae relicto, in quo conditi delecti Graecorum duces, mox, fatali machina a Troianis in urbem invecta, inde noctu egressi, portas aperirent sociis, ut sic Troia per fraudem caperetur, fabula nota ex Virg. Aen. II. 14 sqq. Sed cf ibi Exc. summi Heyn. Fundus Hom. Od. ϑ. 492 sqq. Copiosior Quint. Cal. XII 66 sqq. — 14. *sacra*, rem sacram, *mentiri*, velle haberi pro re sacra, idque *Minervae* donanda,

prae-

Sed palam captis gravis, heu nefas! heu!
Nescios fari pueros Achivis
Vreret flammis, etiam latentem
Matris in alvo:

Ni

17. *captos* Acr. Bentl. 8 pro var. lect. Fran. Lips. 4. Venet. 1492. Locher. Ascens. Referretur hoc ad „pueros„ v. 18. sed male profecto. *victor* (pro *captis*) nonnulli Lamb. unus Torrent. Bentl. 9. 18. 19. Manifestum glossema ad explicandum „captis gravis„. *raptor* Bentl. 10. aperto errore e lectione „captos„. *bello* legisse Acronem & Comm. Cr. colligebat With. ex eorum nota: „aperto semper bello Achilles gravis„. Sed quis hoc illi det? *caesos* coni. idem With. qui & suspicatur: *Sed palam captis Phrygibus, nefas, heu, --- coeptis* coniect. ap. Ionef. --- Quomodo tam bona & praeclara lectio, *captis*, Bentleio aliisque displicere potuerit, nondum assequor. 19. *latentes* vulgaris lectio. --- *latentem* Comm. Cruqu. omnes Torr. praeter unum, Pulm. 1. 3. 4. duo Bersm. Bentl. 1. 2. 3. 8. 9 10. 20. Brod. Gott. Mentel. Lips. 1. 3. Dess. 2. Helmst. Venett. Torrent. Baxt. Bentl. Burm. Cun. Ion. Lambinus quidem & Cruqu. nil referunt de suis codd. haud dubie, quod, ubi reperissent „latentem„ id pro mendo haberent. Sed praeter auctoritatem librorum, longe exquisitius est „latentem„ quam „latentes„ etiam ob l. Hom. in Obss. Facile librariorum sapiens inscitia „latentem„ mutabat in „latentes„ quod praecesserat „pueros„: contra pro „latentes„ illos intulisse „latentem„ nullo modo probabile. *latitantem* Locher *latente* Zar. *iacentem* Pulm. 2. unus Torr. Aperte omnia e lectione „latentem„.

praeclare de equo, quem simulassent Graeci ad Minervam placandam factum: Virg. Aen. II. 16. — *male*, parum opportune, magno suo malo, *feriatos*, feriantes, festum agentes genialiter; np. quod vere abiisse Graecos crederent. Virg. Aen. II. 248. — 15. *Troas & P. aulam*, regiam, pro universa Troia; ut III. 3. 24. *laetam choreis*, laetis choreis indulgentem. — 16. *falleret*, per insidias oppressisset ac cepisset.

17 — 20. *Sed palam*, Marte aperto & in luce (opp. v. 13.) urbem oppugnasset & cepisset, omnemque deinde in Troianos immanitatem saevitiamque exercuisset. Iungendum *palam captis*. Praeclare autem & pingitur magnus Achillis excelsusque animus, & notus ille eius cha-

Ni, tuis victus Venerisque gratae
Vocibus, Divom Pater adnuisset
Rebus Aeneae potiore ductos
Alite muros.

Doctor

21. *flexus* (pro *victus*) antiquiss. Bland. Cruqu. unde recepit Bentl. quia, qui adnuat, eo ipso flectatur (haud dubie ob inclinatam cervicem); quo vix quidquam miserius dici poterat. Arridebat etiam Cruquio, quia esset verbum blandius minusque imperiosum, quod equidem non capio. Multo doctior & venustior lectio *victus*; v. Obss. & *flexus* manifestum glossema, qua ratione est in Comm. Cruqu. & Pulm. 4.

character servatur, I. 6. 6. A. P 121. Simillimus loc. Virg. Aen. IX. 152. *nec equi caeca condemur in alvo; Luce, palam, certum est igni circumdare muros;* item Virg. Aen. X. 735. *haud furto melior, sed fortibus armis.* — *capti*, pro civibus urbis captae. — *gravis captis*, illos persequens, saevus in eos. — *heu nefas! heu!* doloris & horroris vox, ob sequentem summae saevitiae ideam. — 18. *nescios fari*, infantes, νήπια τέκνα. — 19. *ureret*, occidisset & cremasset, communi clade & incendio involvisset. — *flammis Achivis*, Graecis, ornate, ut I. 15. 35. *ignis Achaïus.* — *etiam latentem*, np. puerum, exquisite pro, latentes, nondum natos. v. V. L. Hoc ex Homer. Il. ζ. 57-60. ubi Agamemnon nullum Troianorum effugere vult, μηδ' ὅντινα γαστέρι μήτηρ κοῦρον ἐόντα φέροι.

21. Ea omnia effecisset Achilles, *nisi mortuus esset.* Pro hoc ultimo, divina sensuum & orationis inflexione, sunt vv. 21-24. *Ni Divum pater, tuis*, Apollinis, *& Veneris vocibus*, precibus, *victus*, flexus, commotus cet. at quanto exquisitius *victus*, quo declaratur is, qui diu, dubius, quid faciat, restitit precibus, at iis succumbit seque dat denique. Apollo & Venus continuo flagitabant Iovem, ne prorsus Troianos deleri pateretur. cf. Virg. Aen. I. 229 sqq. 257 sqq. *gratae*, amabilis, χαριέσσης, cui resistere difficile erat. Ap. Virg. l. l. est *lacrimis oculos suffusa nitentes.* — 22. *adnuisset*, concessisset, permissa Achillis morte. — 23. *res* f. fortuna *Aeneae*, pro ipso Aenea,

Doctor Argivae fidicen Thaliae,
Phoebe, qui Xantho lavis amne crinis:
Dauniae defende decus Camenae,
Levis Agyieu.

Spi-

25. *Ductor* tres Torrent. Bentl. 6. 20. Lipſ. 2 a m. pr. & 4. Torrentio valde arridet haec lectio, ob notam appellationem Apollinis Μȣσηγέτȣ. Sed primum durius ideo diceretur Phoebus ductor Thaliae; deinde ad ſententiam convenientior h. l. notio doctoris, quam ductoris (v. not.); denique ingratum etiam „ductor„ ſtatim poſt „ductos„ v. 23. --- *argutae*, i. canorae (v. III. 14. 21.), vulgaris lectio. Sed *Argivae* tres Torrent. Bentl. 1 & 2 pro var. lect. Lipſ. 3. 4. Burm. Sivr. Mirifice etiam Bentleio placet. Eſt haud dubie unicé vera lectio, quae & pulcherrimam antitheſin proferat, & ad ſententiae elegantiam neceſſaria ſit. v. not. Facile ex „arguiae„ in mſſ. factum „argutae„. Porro *Argeae* emend. Cun. San. nulla ratione. 26. *lavit* Comment. Cruqu. 28. *Lenis* Acr. (cum ſchol. „lenis in verbis„) Alt. 2. *Laetus* antiquiſſ. Bland. Cruqu. *Laevus* var. lect. Ion. *Agieu*, *Agyeu*, *Ageu*, *Agileu*, *Agyleu*, *Agilleu*, *Agylleu* (ita omnes Cruqu.), *Agilleie* aberratt. in libb. mſſ. Attamen *Agyleu* volebat Mancin. tamquam ab ἀγυιὰ & λεῖος. Male vero. Cruqu. praefert *Agylleu* (ut & Burm.) ita Apollinem putans dici ob theſaurum Agyllaeorum, h, quem Caeretani (nam Caere olim Agylla) apud Delphos conſecraverant. v. Strab. V. p. 220. Longius ſane petita ratio.

Aenea, e Gr. τὰ τȣ̃ Ἀινείȣ (πϱάγματα), pro, Ἀινείας. *muri* pro urbe. — *ductos*, ἠλαμένα τείχη, pro, ducendos, educendos, ſtruendos. Omnia pro vulgari ratione: niſi Iuppiter hoc dediſſet precibus tuis, ut promitteret, ſe id conceſſurum Aeneae, ut novam urbem, np. Romam, ſi non ipſe, at eius poſteritas, *potiore alite* (v. I. 15. 5.), felicioribus auſpiciis conderet, np. quam quibus Troia fuiſſet condita. Roma enim aeterna credita, ut notum. v. ad III. 30. 8. Quantam vim ad movendos lectores Romanos habuerit oportet haec *talis* originum Romae *hoc* loco celebratio! v. Argum.

25. Nexus hîc & v. 29. iam illuſtratus in Argum. Declaratur Apollo vates, inpr. auctor & praeſes lyrici carminis. Hinc primum *fidicen*, pulſator lyrae, v. ſup. ad 3. 23.

 deinde

Spiritum Phoebus mihi, Phoebus artem
Carminis, nomenque dedit poëtae.
Virginum primae, puerique claris
Patribus orti,

Deliae

29. Nova hinc ode ap. Sanad. & Sivr. 31. *Virgines* Alt. 2.

deinde *doctor*, διδάσκαλος, χοροδιδάσκαλος, Musarum. cf. II. 19. 2. E Musis h. l. delecta *Thalia*, pro Musa lyrica (ut alias Melpomene; vid. ad I. 1. 33.), idque *Argiva*, Graeca, ad declarandos poëtas graecos lyricos, quos Phoebus olim afflasset numine suo, & canere docuisset divina carmina. Sic *Graia Camena*, II. 16. 38. v. V. L. — 26. *Phoebe*, en nunc demum *Divi* illius, v. 1. compellationem. *Xanthus*, fluvius Lyciae, quae illi inpr. sacra; pro quo, *Xantho lavis a. crines*. v. omnino III. 4. 61 sqq. ibique not. 27. *Camena Daunia* (v. II. 1. 34.), opposita *Argivae*, pro Musa romana, latina; sed h. l. cum insigni dilectu; nam est proprie, Musa Appula (v. ad I. 22. 14.), h. Venusina, Horatiana; quatenus princeps lyrici carminis apud Romanos Horatius. v. III. 30. 10 sqq. IV. 3. 23. Sic inf. 8. 20. *Calabrae Pierides*, de Ennio. Igitur, *defende decus*, tuere, vindica gloriam Musae Dauniae, h. me in canendo carmine saeculari ita adiuva & numine tuo imple, ut illo poëseos latinae lyricae honor, meaque ipsius gloria poëtica, afferatur & augeatur; quemadmodum graeci lyrici tua ope aeternum nomen consecuti sunt. — 28. Praeclare decens hymnum versiculus, ob doctrinam. — *levis*, imberbis (cf. Callim. H. Apoll. 36 sq.); qualis est etiam in monumm. - *Agyieus*, Ἀγυιεὺς, dictus Apollo, παρὰ τὰς ἀγυιὰς, a vicis ac viis urbanis, quibus praepositus fuit ap. Graecos, in iisque cultus, positis ante fores aedium (unde etiam θυραῖος Apollo) altaribus, statuis, columnis κωνοειδέσι, quae & ipsae ἀγυιεῖς subinde dictae. v Scholl. h. l. item Macrob. Saturn. I. 9. Pausan. I. 31 extr. VIII. 53 pr. Suid. & Hesych. v. ἀγυιεύς. Aristoph. σφηκ. 870.

29. Iam Apollinis numine enthusiasmoque plenus poëta, idoneum se & parem sentit canendo carmini saeculari; itaque cum arrogantia qua-

Deliae tutela Deae, fugacis
Lyncas & cervos cohibentis arcu,
Lesbium servate pedem, meique
Pollicis ictum:

Rite

35. *servare* Dess. 2.

quadam choragi munus capit, lyram sumit, canendo se accingit, chorumque ad attentionem remque bene gerendam adhortatur. Quae & evidentia & dignitas imaginis poëticae! v. Argum. — 29. 30. *Phoebus* audivit me, mihique, ad carmen saeculare fundendum, *dedit* & *spiritum*, enthusiasmum nisumque ingenii poëticum, & *artem carminis*, quae in orationis poëticae & numerorum ratione usuque cernitur; atque ita *nomen poëtae*, immortalem, ex hoc inprimis etiam carmine, gloriam poëticam mihi concessit & praestitit. Cum vi repetitum *Phoebus*, ut cui omnia deberet. — 31. Quare vos, puellae & pueri, iam attendite! En me vobis vatem saecularem atque choragum! — *Virginum primae*, h. virgines ex nobilissimis gentibus ortae. Nam illustres XXVII ex primariis Romae familiis pueros, totidemque puellas, carmen saeculare in aede Palatini Apollinis dixisse, notum. v. Argum. C. S. Male lapsus h. l. Lamb.

33. *tutela*, pro, qui estis in tutela *Deae Deliae*, Dianae. Catull. XXXII pr. *Dianae sumus in fide Puellae & pueri integri.* — 34. Dianae venatricis. — *cohibentis*, exquisite pro, ferientis, iaculantis; quatenus fuga ferarum, telo confixarum, sistitur & reprimitur. Pertinet enim *cohibere* ad *fugaces*. Male reprehendit verbum Scal. Poët. VI. 7. p. 818. — *lyncas & c.* pro quibusvis feris; e Callim. H. Dian. 16 sq. ὁππότε μηκέτι λύγκας Μήτ' ἐλάφους βάλλοιμι. Praeclare autem illati tales colores, hymnis proprii, hîc & v. 38 sqq. — 35. *servate*, attendite & custodite, *pedem L.* h. rhythmum, numeros lyricos (nobis *Kadenz*) carminis mei; quod inpr. ad cantum, tum & ad incessum gestumque pertinet: chorus enim & cantabat & movebatur ad numerum, accinentibus fidibus, tibiis. v. Callim. H. Ap. 12. ibique Spanhem.

Lesbium

Rite Latonae puerum canentes,
Rite crescentem face Noctilucam,
Prosperam frugum, celeremque pronos
Volvere menses.

Nupta

37. *colentes* Helmstad. 38. *noctiluca* (tamquam iungendum cum „face„) codd. Marcil. Sax. Gott. Mentel. Lipss. Helmst. a m. pr. Venett. 1478. Medioll. 1477. 1486. Perperam vero. *noctilucem* Pulm. I. 39. *Prospera* Gotting.

Lesbium autem, respectu Alcaei, & h. l. maxime Sapphus, Lesbiorum. — 36. Lyra vel plectro pulsata (v. ad I. 26. 11.), vel digitis & *pollice* icta, increpita; Ovid. Her. III. 118. Igitur *ictus pollicis*, pulsatio citharae; hinc modi, soni, quos edit. Suaviter pingitur Horatius lyram tenens, iamque percussurus, & chorum tam modos, quam numeros cantus sui, bene imprimere animo & servare iubens. Aliter *ictum pollicis* expl. Dacer. & ex eo Sanad. sed ratione longius petita, & auctoritate serioris scriptoris, Terentiani Mauri.

37. Et sic *rite*, recte & ex legibus praescriptis *canite Latonae p.* παῖδα, Apollinem. cf. I. 31. 18. Dignitas in *rite*, ut vocabulo religioso. v. sup. ad 4. 25. — 38. *Noctiluca*, Diana s. Luna; magno cum dilectu: nam eo cognomine colebatur Romae in Palatio, noctuque in eius templo lampades lucebant. v. Varr. L. L. IV. 10. V. 8. Graecis Diana Νυκτιλαμπὴς, Νυκτιφανὴς, Νυκτιπόρος. Nota & *Diana Lucifera*, φωσφόρος, in numis etiam. v. N. Heins. ad Ovid. Her. XX. 192. — *crescentem face*, pro, lumine, sed praeclare, quatenus Diana Lucifera cum face in monumm. v. Montfauc. Antt. (edit. germ.) tab. XIX. n. 3-6. Semper luna crescens s. falcata in fronte Dianae, ut notum. Argutior Dacer. — 39. *prosperam frugum*, prosperantem fruges, sc. ob rorem nocturnum. Dicitur *prosper* etiam active, qui prosperat, prosperum facit; ut Ovid. Fast. VI. 202. & nunc *prosperam frugum*, forma doctiore, ut *integer vitae*, *prodigus aeris*, *solutus operum*. Catull. XXXII. 19. *Rustica agricolae bonis*

Tecta

Nupta iam dices: ego Dîs amicum,
Saeculo festas referente luces,
Reddidi carmen, docilis modorum
Vatis Horatî.

Tecta frugibus exples. — *celerem volvere*, graece pro, celerem in volvendo, quae celeriter volvit (v. I. 15. 18.), h. cursu suo exigit & complet, *menses pronos*, i. celeriter procedentes & decurrentes in caelo. v. I. 29. 11. A. P. 60. cf. Catull. XXXII. 17 sq. Etiam alias *volvi* dicuntur menses, anni; item *celeres lunae*, inf. 7. 13.

41 sqq. Pulcherrimum tetrastichon! Praedicit pueris puellisque suis, fore, ut magna cum voluptate aliquando recordentur, se carmen saeculare cecinisse. Quam vere atque ex communi hominum sensu! Sed suavissime, pro illo generali, ad solas puellas convertitur, & sic, ut unam alloquatur pro omnibus, tum pro futuro quoque tempore ponat: ubi *nupta iam* aliquando fueris. Quo cum per se nil gratius puellae dici posset, tum inter bona, speranda pueris & puellis, hymnos sollemnes & saeculares canentibus, ex opinione veterum erant etiam felices nuptiae. v. Callim. H. Ap. 14. Vide, quam exquisitus in his vv. sensus sit, facile intelligas. — *Diis*, Apollini & Dianae, *amicum*, gratum, φίλον. v. II. 17. 2. — 42. cum *saeculum* finitum *festos* dies *referret*, reduceret. cf. III. 29. 20. — 43. *reddunt carmen*, qui illud canunt, quatenus a chorago, qui *dedit* s. docuit, *acceperunt* s. didicerunt. Sic inf. 11. 35. — *docilis modorum*, h. edocta modos, cantus, Horatii (cf. III. 11. 1.); pro vulgari: *carmen*, quod didiceram a *vate Horatio*. Praeclare nomen vatis, idque sic in extremo carmine, expressum.

CARMEN VII.

ARGVMENTVM.

Laudatum adamatumque multitudini lectorum Horatii carmen, neque profecto tali vel laude vel amore indignum. Non habet illud quidem inventionis novitatem; est enim eiusdem plane argumenti, ac sup. I. 4. neque recondita aliqua aut exquisita ingressus lyrici ratione eminet: at eximiis tamen in hac ipsa simplicitate virtutibus conspicuum est. Cum enim neminem non deliniat ipsa & imaginum amoenitas, & sensuum vel simplicitas, vel veritas atque gravitas, item elocutionis poëticae ornata venustas ac dignitas, denique ipsorum numerorum apta argumento suavitas; quae quidem omnia in hac ode observare vel mediocris iudicii est: tum maxime comparanti oden I. 4. cum hac (id quod magnae utilitati erit studiosis) iucundum est, animadvertere in eodem argumento gratam tractationis varietatem, ingeniique Horatiani fecunditatem & copiam. Vere reverso laetitiae indulgere decet; inprimis, cum anni temporum vicissitudines, naturaeque commutationes, graviter nos admoneant de vitae humanae celeri fuga, moriendique necessitate, tanto tristiori, quod anni tempora, licet intereant, tamen semper aliquando recurrunt, nostrae vitae, cum semel occidit, nulla umquam restitutio est: quare fruendum, dum licet, tam brevis aevi voluptatibus. *Sic lascivo argumento speciem quasi coloremque philosophiae, more suo, induxit. Cf. I. 4. eiusque Argum. Sed in ipsa huius talis sapientiae exornatione, aliam, atque ibi, conversionem etiam sensuum, mollioremque aliquem ac magis serium affectum, quam in illa ode, cuius inpr. exitus petulantior, facile agnoscas: quemadmodum omnino hoc nostrum carmen sententiis abundantius, illud picturis copiosius est. — Ceterum L. Manlium Torquatum, ad quem hoc c. scriptum est, Dacerius filium eius, quo Cos. natus esset Horatius, Sanadonus vero, rectius forte, nepotem fuisse putat. Est ad eum etiam Epist. I. 5. Denique comparent adolescentes inf. 12. nostrique carminis versiones Ramleri & Weissii.*

AD

AD TORQVATVM.

METRVM VII.

Diffugere nives: redeunt iam gramina campis,
Arboribusque comae:
Mutat terra vices: & decrescentia ripas
Flumina praetereunt:
Gratia cum Nymphis geminisque sororibus audet
Ducere nuda choros.

In-

AD MANLIVM s. MALLIVM TORQVATVM VERNI TEMPORIS DESCRIPTIO ET DE MORTALITATE codd. Torrent.

AD TORQVATVM DE LIBERALITATE Venett. Locher. Ascens. ex male intellectis vv. 19. 20.

AD PLANCVM Alt. 2. v. V. L. ad v. 23.

3. *descendentia* libb. vett. ap. Mancin. *recrescentia* emend. Salmas. quia accipiebat versum de pratis inundatis, non cogitans, hunc colorem a tam iucunda imagine veris, Gratiarumque in pratis saltantium, immane quantum abhorrere. *succrescentia* coniect. ap. Ion. 4. *praeter eunt* Sanad. Sivr. nulla necessitate.

1—6. Descriptio veris, ab effectis, ut I. 4. Scena mediterranea, ut ibi litoralis. — *diffugere*, pro, solvi s. dilabi. *redeunt*, venuste pro, denuo nascuntur in *campis*. — 2. *comae*, frondes, ut saepius. — 3. *vices*, proprie vicissitudo temporum anni (v. I. 4. 1.), tum inde oriens ac pendens ipsius telluris ex alia facie in aliam vicissitudo & mutatio. Igitur docte, *mutat terra vices*, pro, aliam s. novam, ex vice veris, speciem sumit, induit; *Tellus wandelt die Scene*, Raml. — *flumina*, quae antea nivibus hibernis solutis turgida exundassent, nunc (nam ver adultum describitur) *decreverunt*, & *ripas praetereunt*, pro, praeter, secundum ripas suas (ut bene Scholl.) eunt, h. intra eas labuntur Sic saepius *praeter* ap. Livium, ut XXXIII. 18. *praeter ripam euntibus Romanis*. Raml. *gedrängt in ihre* Ge-

Inmortalia ne ſperes, monet Annus, & almum
Quae rapit Hora diem.
Frigora miteſcunt Zephyris: Ver proterit Aeſtas,
Interitura, ſimul

Pomi-

7. *movet* Lipſ. 3. *album* duo Torr. Bentl. 1 pro var. lect. Fran. Alt. 2. Lipſ. 3 pro var lect. Helmſt. a m. pr. Alienum ab hoc l. epitheton. -- *polum*, pro *diem*, Bentl. 20. *Annus*, *Hora*, *Ver*, *Aeſtas*, *Auctumnus*, maiuſculis litteris, recte. v. Obſſ.

Geſtade rollen die Ströme dahin. cf. inf. 12. 3 ſq. Male alii. — 5 ſq. Suave phantaſma, repetitum ex I. 4. 7. (5.) ubi v. omnino not. Deducebat eo notio pratorum iam ſiccorum & viridium, in agriſque reviviſcentis laetitiae. *Gratia*, Aglaia, *cum geminis ſororibus*, pro, Gratiae. v. III. 19. 16 ſq. *audet ducere*, idque *nuda* (v. ad III. 19. 16.), pro ſimpl. ducit, quam venuſte & ἠθικῶς! cum reſpectu ad remiſſionem frigoris. *Nackt — wagt Aglaia den Tanz*, Raml.

7. Haec anni temporum viciſſitudo declarat, fluxa eſſe omnia & mutabilia. Sed hanc ſententiam intermediam poëta omittit, & ſtatim ad primarium argumentum accedit. — *ne ſperes immortalia*, h. te fore immortalem (cf. Pind. Pyth. γ. 109.), *monet* te, pro vulgari, te non immortalem fore, docet *Annus*, anni temporum viciſſitudo, & (explicative) *Hora*, quaevis anni pars (v. I. 12. 15.), *quae*, celeriter fugiens, *almum* quemque *diem* ſecum *rapit*, aufert. Dies *almus*, ſollemni epitheto, quatenus in boni ſ. muneris parte eſt, ſuique fruendi copiam dat. v. ſup. ad 4. 41. Cf. II. 18. 35 ſqq. ubi ſimiliter mutationes, quae in natura accidunt, ad neceſſitatem moriendi converſae. Denique h. l. *Annum* & *Horam* perſonas & numina cogita; v. Ovid. Met. II. 25 ſqq. Philoſtr. Icon. II. 35. p. 860. & agnoſce magnum poëtam in ornanda tali ſententia.

9—12. Elegantiſſima quatuor anni horarum deſcriptio, quacum cf. Lucret. V. 736 - 747. Ovid. Met. II. 26-30. XV. 201 - 213. H. l. exornatur maxime, quae ad praeſens argumentum pertinet, continua, qua ſe invicem

Pomifer Auctumnus fruges effuderit: & mox
Bruma recurrit iners.
Damna tamen celeres reparant caelestia lunae:
Nos, ubi decidimus,

Quo

11. *ut fuderit* emend. Bonfin. annot. L. unde *ac fuderit* Ascens. Male utrumque. *effuderat* Dess. 2. 12. *recurret* nonnulli Lamb. Lips. 3. Lamb. Bonfin. Steph. Heins. Sivr. Rectius *recurrit* quatuor Lamb. libri Cruqu. Torr. Fabr. Bersm. Bentl. & nostri ceteri, Venett. Locher. Ascens. Batill. Muret. Fabr. Brut. Rutgers. Fab. Dacer. Bentl. Cun. Baxt. San. Ion.

cem excipiunt, vicissitudo. Statim observanda, in eloquendo illo *excipere*, insignis verborum varietas. Et cum omnino ornatissimi vv. sunt, tum maxime admirabilis, in hoc ipso ornatu, & distincte concisa brevitas, orationisque quae temporum fugam imitari videatur, velocitas, & vero in quatuor hisce minutis picturis temperandis, iungendis implicandisque, elegans concinnitas. — *frigora m.* Z. hiemem excipit ver. cf. I. 4. 1. *Ver* sequitur *Aestas:* pro eo, pellit, vincit; & pro hoc, *proterit*, pedibus conculcat s. protrudit: quam ornate apteque ad rapidam vim ferociamque, cuius notio Aestati propria. cf. sup. 4. 66. — 10. Sed ipsa etiam aestas vicissim *interitura* est, simulac *Auctumnus pomifer* (v. III. 23. 8. V. 2. 17 sq.) sequitur. Pro hoc, *fruges effuderit*, np. e cornu copiae, quod gerit. Sunt enim h. l. etiam numina *Ver*, *Aestas*, *Auctumnus*, *Hiems* s. *Bruma*. — 12. *iners*, proprium epitheton hiemis, quatenus nil generat, nullam procreandi vim habet. cf. Virg. Ge. I. 94. In *recurrit iners* argutior Sanad.

13. v. Argum. Attamen anni tempora semper revertuntur; nos, semel mortui, non item. Hoc praeclare exornatum. — *damna* pro iacturis temporum anni, quas natura patitur, dum intereunt. Damna autem *caelestia*, quatenus proprie in caelo fiunt, dum a siderum cursu omnis anni & naturae mutatio pendet. Hinc apparet, quam docte *lunae*, h. cursus Lunae menstrui, damna, quae inferunt, etiam *reparare* dicantur, np. quatenus vertente anno, quem inprimis cursu

Quo pius Aeneas, quo dives Tullus & Ancus,
Pulvis & umbra sumus.

Quis

15. *pater Ae.* nonnulli Lamb. antiquiss. Bland. Cruqu. unus Torr. Lips. 3 pro var. lect. 4. Alt. 1. Bentl. 1 a m. pr. 6. 9. 13. 18. 19. & sic Bentl. edidit, amore novitatis. Facile ex Virgilio illatum a librariis oscitantibus τὸ *pater*. Cum auctoritate praestat *pius*, tum huic sententiae aptius est. v. Obss. *Tullus dives & A.* complures codd. ut e nostris Mentel. Helmst. Alt. 2. Lips. 1. item Venett. Locher. Basill. Ascens, Lambinus & Cruqu. nil de suis referunt. Editores fere comma ponunt post *dives*, ut Mur. Fabr. Lamb. Cruqu. Fab. Heins. Steph. Rutg. Dacer. Cun. San. Contra Bentl. & Iones. distinguunt post *Tullus*. Nulla sane ratio est, cur alterutri regi potius tribuatur epitheton. Est illud ad utrumque referendum. v. not. Qua ipsa etiam de caussa praetuli antiquum verborum ordinem, *dives T. & A* quem habent Acr. Porphyr. sex Torr. duo Bersm. ceteri Bentl. Lips. 2. 3. 4. Alt. 1. Dess. 2. haud dubie etiam multi Lamb. & Cruqu. Et sic Baxt. --- *pauper & Ancus* coni. Bentl. non capiens, quo nomine dives fuerit. Sed v. Obss. Et quid quaeso faceret ad praesentem sententiam notio paupertatis? *divus & A.* coniect. ap. Ion.

cursu Lunae mensi vett. (v. Catull. XXXII. 17 sq.), singulae illius horae redeunt, referunturque a Luna. — *celeres*, cf. sup. 6. 39. inprimis h. l. insigne epitheton. Alii hunc v. de Luna, postquam decrevit, rursus crescente accipiunt; at parum apta esset haec talis sensuum continuatio. Denique comparetur cum sententia horum vv. locus nobiliss. Mosch. id. γ. 99-105. it. Catull. V. 5 sq. — 14. *decidere*, pro, descendere, devenire, sed cum vi maiore. Igitur: *nos ubi* semel devenerimus ad inferos. En autem, hoc exprimit, memorans certos homines, idque reges, clarissimos priscae Romanae historiae viros, *Aenean*, *Tullum* Hostilium & *Ancum* Martium; quo praeclare sane ad sensum romanum declarat, quae omni memoria exstitisset, communem moriendi necessitatem. Sollemnis alias etiam, tali in argumento, Tulli & Anci, item Numae, mentio; ut Epist. I. 6. 27. Lucret. III. 1039. *Lumina sis oculis etiam bonus Ancu' reliquit.* Cf. I. 4. 19. (43.) sqq. 28. 7 sqq. II. 3. 21 sqq. 14. 11 sq. cet. *pius*, notum & sollemne Aeneae epitheton; h. l. tamen cum vi positum puto, quia alioqui non

Quis scit, an adiiciant hodiernae crastina summae
Tempora Dî superi?
Cuncta

17. *Qui* Cun. & sic nostri Mentel. Dess. 2, *vitae*, pro *summae*, duo Vatt. Fa. Iann. Torn. Farn. ap. Lamb. antiquiss. Bland. Cruqu. plures Torr. Pulm. 1.2, 3.5. Brod. unus Bersm. Lips. 3.4. Altt. Dess. 2. Venet. 1492. Locher. Asc. Haud dubie e glossemate: nam exquisitior ceterorum codd. lectio, *summae*. Denique *tempora vitae crastina* Dess. 2.

non video, cur *hac* in sententia dicatur mox *dives* T. & A. Nempe declaratur epithetis, neque pietatem Aeneae, neque opes Tullo & Anco regibus, adversus mortem fuisse praesidio. Cf. not. ad I. 28. 7. Aperte respondent his v. 23 sq. quod ipsum displicere Bentleio, sane festivum est. — *dives* ad utrumque, & Tullum & Ancum, pertinet, more Horatii. At quomodo divites, qui in tam exiguis adhuc regni finibus, pauperes potius dicendi essent? quatenus omnino *pauper Ancus* ap. Claud. bell. Gild. 110. Sed poterant alio respectu *divites*, h. potentes, opibus valentes, dici, primum universe ut *reges*, deinde, quatenus uterque, devictis vicinis gentibus, prolatisque imperii finibus, clarus fuit, ut *in magna gloria, magnisque opibus regnum Tulli totaque res Romana fuerit*, Ancoque rege *non urbs tantum creverit, sed etiam ager finesque*: Liv. I. 31 & 33. Verum & proprio sensu inprimis divites, ut illis temporibus scilicet, Tullum & Ancum fuisse, docet tam ipse ille locus, perverse a Bentl. acceptus, Iuvenal. V. 56 sqq. si recte excutiatur, quam Dionys Halic V. 1. ubi Tullus magnam patrimonii agrorumque partem pauperibus divisisse narratur. — 16. Observa lugubrem & mollem in hoc v. affectum. — *pulvis*, ad corpus, *umbra*, ad animum, np. apud inferos. — *sumus*, cum vi, sumus & manemus, ut recte Baxt. Similiter Anacr. IV. 9. ὀλίγη κεισόμεσθα κόνις. Theogn. 1c68. θανὼν γαῖα μέλαιν' ἔσομαι. Ovid. Met. VIII. 496. *Vos cinis exiguus gelidaeque iacebitis umbrae.*

17. Ad communem moriendi necessitatem accedit incertitudo, quando eam experturus sis. Forte iam hodie. Vrget itaque res, neque

Nec Lethaea valet Theseus abrumpere caro
Vincula Pirithoo.

CAR-

28. *Perithoo* Lipſ. 1. 2. 4. Venet. 1492. Locher. Aſcenſ. *Peirithoo* Torr. Xyl. *Pyrithoo* Lipſ. 3.

Troezenem petenti, & quadrigis prope mare invecto, repente Neptunus horrendum monſtrum marinum obiecit, quo exterriti equi dominum curru excuſſum diſtraxere. *Dianae*, iuvenem ſibi carum (v. Xenoph. cyneg. c. 1. [illegible] 11. Eurip. Hippol 109. Se[illegible]ppol. 54.) miſeratae, precibus motus cum in vitam illum Aeſculapius revocaſſet, Iovis fulmine ictum utrumque interiiſſe tradit. ut videtur, Pind. Pyth γ 100. v Pauſan. II. 27. Alii contra a Diana in nemus Aricinum abductum ferunt, ubi Virbii nomine ſuperſtes, poſt una cum Diana, ut πάρεδρος, cultus fuerit. Ovid Met. XV. 497-546. cf. Schol. Perſ. VI. 56. Inſcriptio ap. Gudium p. 30. n. 1. DIANAE ARECINIAE ET VIRBIO SACR. Aliter etiam Virg. Aen. VII. 761 ſqq. ubi v. Serv. & Ill. Heyn. Sed alium mythum antiquiorem exſtitiſſe oportet, ex quo prorſus vanus & irritus Dianae liberandi Hippolyti conatus fuiſſet; atque illum noſter h. l. ſequitur, & quaſi vetat Torquatum ceteris fabulis fidem habere. — *liberat*, liberare poteſt ſ. potuit. Obſervetur docta varietas in exprimendo illo: „non potuit ab inferis reducere.„ — 27. 28. De Theſeo & Pirithoo vulgarem fabulam dedimus ad III. 4 extr. Aliam h l. ſecutus Horatius (item Virg. Aen. VI. 17 ſq. ubi v. Ill Heyn.), ex qua utrumque apud inferos remanere oportuit, fruſtraque Theſeus amicum *vinculis* ſ. *catenis* (ut III 4. 80), quibus conſtrictus eſſet, exuere, cum illoque effugere conatus eſt. Eodem feruntur Scholl. — *vincula Lethaea*, h. inferna, quae in locis inferis patitur; a Lethe, noto inferorum flumine. — *abrumpere*, exquiſite pro, rupta detrahere, demere.

CARMEN VIII.

ARGVMENTVM.

Festo aliquo tempore, quo solerent Romae amici mutua sibi invicem munera mittere, v. c. Saturnalibus, vel Calendis Ianuariis, Horatius cum donum debere se crederet C. Marcio Censorino, amico suo, hanc illi oden muneri dat. Primum, se non posse vel ceteris amicis, vel Censorino, splendida talia, quae illius aetatis mores introduxissent, dona mittere, profitetur. At carmina se posse donare; neque id contemnendum munus esse. *Qua praeclara inflexione ad* ELOGIVM POESEOS *oratio convertitur*, illiusque *inde a v. 13* celebratur vis ad tribuendam gloriam & immortalitatem: *quem locum alii etiam poëtae tractarunt, inpr. Pindar. Nem. ζ. 16 sqq. Theocr. id. 15. 29 -- 58. Ovid. Pont. IV. 8. 43 -- 64. item ipse noster inf. ode 9. quae carmina diligenter comparabit studiosus cum nostro. Neque abhorrent Tibull. I. 4. 63 sqq. Ovid. Am. III. 18, 21 sqq. Ipsum elogium poëseos h. l. ita instituit Horatius, ut* primum, carmina perenniora esse rerum gestarum monumenta, quam statuas & marmora *(cf. III. 30 pr.), certioremque summis etiam viris gloriam immortalitatemque nominis praestare, declaret;* deinde *ut*, heroas antiquitatis poëli id debere, *affirmet*, quod in caelum evecti & inter Divos relati sint. *Sed in huius talis argumenti tractatione poëtica summa carminis virtus inest; dum illud ab orationis ornatu & copia prorsus praeclarum est, atque in eximii primariique operis loco habendum. Modestior tamen, in ipso hoc elegantiae cultu, ac minus quasi arrogans ornatus & spiritus in nostra, quam in proxima ode cernitur; omninoque toto caelo diversa eiusdem argumenti in utroque carmine tractatio est, ut videbimus. Vt iure reprehendendus esse videatur Sanadonus, qui varietatem desiderare in duabus his odis non erubuerit. Nec minus inepta eiusdem Sanadoni criminatio est, quod Horatium plura de ipso Censorino praedicare debuisse putat. Sane Censorini laudandi nunc neque consilium poëtae nec locus erat. --- Fuerunt autem Horatii aetate duo Romae illustres Censorini, pater & filius: ille L. Marcius Censorinus, Cos. a. V. c. DCCXIII collega C. Calvisio Sabino; hic C. Marcius Censorinus, Cos. a. DCCXLVI cum C. Asinio Gallo, a. DCCLV in Asia mortuus, vir demerendis hominibus genitus, ut ait Vellei. II. 102. Probabilius est, scriptum esse carmen ad hunc, utpote haud dubie magis, quam illum, aequalem Horatii. --- Denique comparare ne obliviscantur adolescentes versionem Ramlerianam.*

AD CENSORINVM.

METRVM I.

Donarem pateras grataque commodus,
Censorine, meis aera sodalibus;
Donarem tripodas, praemia fortium
Graio-

1. *commodis* quidam Lamb. omnes Torr. (cui probatur), Lipf. 1 a m. pr. 2. 4. Fran. Alt. 1. Venet. 1492. Locher. Basill. Rectius *commodus* Acr. duo Vatt. optimi & quinque alii Lamb. tres Blandd. Cruqu. omnes Pulm. & Bersm. Lipf. 1 a m. f. 3. Alt. 2. Mentel. Helmst. Deff. 2. Et sic Ascens. Mur. Fabr. Steph. Heinf. Rutg. Lamb. Cruqu. Fab. Dacer. Bentl. (e suis), Baxt. Cun. San. Ion.

1. Cum hoc principio cf. Ovid. Pont. III. 8. *Donarem*, donaturus essem *sodalibus*, amicis *meis* — *commodus donarem*, commodum me, i. facilem & liberalem in eo praeberem, quod donarem; vel, *commodus* pro, commode, h. benigne & liberaliter, libenter. Raml. *mit milder Hand.* Dicitur enim *commodus*, qui libenter aliis obsequitur & gratum facit. Hinc & eleganter *grata.* — *patera*, poculi genus latum ac patens, honoratissimum idem, ut in sacris etiam usitatum, hinc amplissimum donum apud veteres. v. Plaut. Amphitr. I. 1. 104. Liv. XXX. 15. — *aera*, vasa aerea, inprimis Corinthia, & antiquae artis. v. Serm. II. 3. 21. Epist. I. 6. 17. — *grata* his, qui accipiunt. — 3. *tripodes*, vasa maiora aerea (rarius aurea), ansata fere, ὠτώεντα, tribus pedibus fulta. Erant tripodes alii, quibus, igni impositis, aqua calefiebat loturis, λέβητες etiam, item ἐμπυριβῆται s. λοετροχόοι dicti; alii, e craterum genere, in quibus vinum diluebatur & miscebatur, dicti ἄπυροι, ἀναθηματικοί, usibus & sacris & vulgaribus, ornandisque & templis Deorum & privatorum aedibus inservientes, sancti denique & Baccho, &, ob verum, quod in vino est, Apollini. v. Athen. II. 2. Rhodig. L. A. VIII. 15. — *praemia f. Gr.* h. praemio datos olim Graecis fortibus; ornatus gratia additum. Referunt autem hoc fere ad ludos gymni-

Graiorum: neque tu pessima munerum
Ferres, divite me scilicet artium,
Quas aut Parrhasius protulit, aut Scopas,

4. *munera* Mediol. 1477. 6. *prodidit* emend. Cun.

gymnicos & certamina Graecorum, quorum victoribus subinde cum alia vasa, tum tripodes, praemiorum loco propositi ac dati fuissent. v. Hesiod. ἀσπ. 312. Sed, inpr. ob epitheton *fortium*, item maioris dignitatis caussa, malim redire ad tempora heroica, ibique usitatos ap. Graecos ludos epitaphios s. funebres, in quibus tripodas etiam victoribus datos esse, notum ex Homer. Il. ψ. 264. Virgil. Aen. V. 110. cf. Hesiod. ἔργ. 655. Atque universe tripodas valde honorificum & egregium priscis temporibus donum produnt Hom. Il. ι. 122. Odyss. ο. 84. Virgil. Aen. IX. 265. Sic & omnino amicitiae benevolentiaeque caussa donati sunt. cf. Taylor. ad marm. Sandvic. p. 67 sqq. — 4. *neque pessima munerum*, munera, h. (per λιτότητα) optimum & praestantissimum munus, *ferres*, acciperes *tu;* ut saepius φέρειν & *ferre* pro accipere. v. III. 16. 22. — 5. *divite me*, si equidem dives essem *artium*, abundarem artibus, h. operibus artis. Sic *artes*, Epist. I. 6. 17. Virg. Aen. V. 359. Observetur exquisitior conversio, pro vulgari: pateras, aera, tripodas, item *artes*, *quas* — *Scopas*, amicis, maximeque tibi, donarem, si quidem istis talibus abundarem. — 6. *Parrhasius*, Ephesius, pictor clarissimus, qui symmetriam in picturis, circumscriptionem figurarum, vultus denique & capilli gratias, perfecit. v. Plin. XXXV. 10. Athen. XII. 21. *Scopas* nobilis statuarius, item caelator, etiam exprimendis moribus & affectibus insignis. v. Plin. XXXVI. 5. Pausan. I. 43. VI. 25. — *protulit* simpl. pro, fecit, quatenus inventa proferimus. Nil amplius. Igitur declarantur hoc v. tabulae & signa antiqua; quibus Romani quam dediti fuerint, satis notum.

Hic saxo, liquidis ille coloribus
Sollers nunc hominem ponere, nunc Deum.
Sed non haec mihi vis: nec tibi talium
Res est aut animus deliciarum egens.
Gaudes carminibus: carmina possumus
Donare, & pretium dicere muneri.

Non

8. *sollers* scribendum, ut hic etiam tres Blandd. Cruqu. aliique boni codd. Festus: „*sollo* Osce dicitur id, quod nos totum vocamus; *sollers* etiam, in omni re prudens:„ quasi, totus in arte. 9. *non tibi* multi codd. ut Pulm. 2. 3. 4. 5. Gott. Lipf. 1. 3. item Zar. Medioll. Basill. Fabric. Mur. Torr. Rutg. *nec tibi* antiquiss. Bland. Cruqu. duo Bersm. Pulm. 1. Bentl. 1. 6. & alii, Lipf. 2. 4. Dess. 2. Fran. Mentel. Altt. Helmstad. Venett. Locher. Asc. Lamb. Cruqu. Fab. Dacer. Bentl. Baxt. Cun. San. Ion. 12. *muneris* Acr. Porphyr. unus Vat. Torn. aliique Lamb. Helmst. a m. 1. Venet. 1492. Locher. Ascens. Heins. Baxt. *muneri* plures Lamb. omnes Torrent. Pulm. & Bersm. tres Blandd. Cruqu. Bentl. 1. 2. aliique, Sax. omnes nostri, Zar. Venet. 1478. Basill. Fabr. Mur. Lamb. Cruqu. Torr. Steph. Rutg. Fab. Dacer. Bentl. Cun. San. Ion. Et hoc rectum esse, docent dicta in Obss. Lectionem priorem male defendit Baxt. Denique, *donare, est pretium nec leve muneris* emend. With. nulla idonea ratione.

7. 8. Ornatissimi versus, pro, *hic*, Scopas, statuarius, *ille*, Parrhasius, pictor. — *sollers* est perfectus homo in arte sua. v V. L. *sollers ponere*, graece pro, ad ponendum; *ponere*, τιθέναι, doctum verbum, pro, fingere, facere, de statuariis & pictoribus. v. A. P. 34. Iuvenal. I. 155. Pers. I. 70. — *nunc hominem, nunc Deum*, ornatus poëticus; nil aliud.

9. *haec vis*, copia & facultas talium munerum, δύναμις. — *res*, np. familiaris, s. domus tua *non eget*, h. satis iam instructa est talibus operibus; sed haec docte vocat *delicias*, quae proprie omnia ea, quibus insigniter homines oblectantur. Raml. *Kleinodien.* — *neque animus* tibi est *egens* h. avidus *talium d.* qui tanto in illas feratur impetu, ut satiari non possit. Nam *eget*, qui cupit, quae non habet. — 11. *Gaudes*, delectaris, *carminibus*; *carmina* possum ego *donare.* Venustum h. l. polyptoton. —

12. *pre-*

Non incisa notis marmora publicis,
Per quae spiritus & vita redit bonis

Post

14. *bonis redit* Lips. 4.

12. *pretium dicere*, statuere, facere, *muneri* (v. V. L meo, h. quanti faciendum sit tale munus, ostendere, verbis illud ornando efficere, ut pretiosissimum donum putetur. Scilicet, quatenus iam elogium poëseos editurus est. Alias quoque *dicere* pro statuere s. constituere, ut in *dicere dotem*, *multam*, *diem* cet. Cf. Serm. II. 3. 23. Terent. Heaut. prol. 48. Senec. ep. 87. *Quis pleno saeculo ullum pretium ponit* cet.

13. Sequitur elogium poëseos, de quo v. Argum. Summos etiam viros iuvari carminibus, fructumque ex iis capere rerum gestarum certiorem ac perenniorem, quam ex marmoribus, id praeclare non generaliter, sed exemplo iam declarat unius magni viri, Scipionis Africani maioris, qui bello Punico secundo, traiecto in ipsam Africam exercitu, magnisque ibi rebus gestis, a. DL, Hannibalem ex diutina Italiae possessione extractum summotumque in Africam reverti coëgit, acieque devicit, denique Carthaginem, finito bello, vectigalem Romanis fecit. v. Liv. XXIX & XXX. item XXXVIII. 53. Polyb. XIV. 18. Flor. II. 6. Statuae illi positae sunt, erecta monumenta; sed non tam his, quam carminibus Q. Ennii, gloria illius conservata atque immortalitati tradita est. Verum illud etiam h. l. eximium, quod initio (v. 13-15.) generalis futura videtur oratio, mox paullatim ad Scipionem inflectitur. — *marmora*, signa & monumenta marmorea, *incisa notis*, doctiori forma, pro, quibus s. quorum basibus incisae sunt notae. Similiter Liv. VI. 29 extr. Tibull. I. 3. 54. — *notae*, h. litterae (v. Virg. Aen. III. 444.), pro titulis, inscriptionibus, quibus memoria rerum gestarum continetur. cf. ad II. 3. 8. Argutiores fere Intpp. — *publicis*, publice inscriptis. Proprie erant *marmora publica*, publice, h. publica senatus populique R. auctoritate posita. Scipioni, cum vivus statuas sibi poni prohibuisset, mortuo extra portam Capenam & Literni, ubi

Post mortem ducibus; non celeres fugae,
Reiectaeque retrorsum Hannibalis minae,

[* Non

ubi a. DLXVI obiit, positas fuisse, docet Liv. XXXVIII. 56. — 14. *per quae duces boni*, fortes, αγαθοι (v. sup. 4. 29.), *post mortem* etiam vivunt, reviviscunt. Pro hoc: iis *redit spiritus*, anima, *& vita*, Raml. *Leben und Athem.* Argutantur multi, etiam, dum inepte advocant *spirantia signa* & *aera* ex Virg. Ge. III. 34. Aen. VI. 848. cum h. l. de gloria modo agi appareat. — *celeres fugae*, fuga Hannibalis, Italia cedere coacti. Sed hoc amplius ornat v. 16. — *minae H.* pro, Hannibal minax, minans s. imminens ipsi Vrbi. Sic sup. 3. 8. — *reiectae retrorsum* (ut *retro referre*, Virg. Aen. IX. 797.), h. repulsae ab Italia, i. Hannibal ex Italia pulsus. Sollemni autem tropo *fugae & reiectae H. minae* non sunt ipsa facta Scipionis, sed *notae* (v. 13.) s. inscriptiones, forte & insculptae figurae, quibus illa declararentur in marmoribus; quo iam recte fertur Comment. Cruqu. Putemus v. c. inscriptum fuisse: *P. Cornelio Scipioni Africano, qui Hannibalem Italia expulit* cet. vel tale quid. — 17. *incendia Carthaginis* planissima explicatione declararent incensam & eversam Carthaginem; si modo res pateretur. Nam aperte h. l. agitur de Africano maiore; Carthaginem vero delevit illius demum nepos adoptivus, P. Cornelius Scipio Africanus minor, a. DCVII, & sic annis LVII post Hannibalis fugas, XLI post Africani maioris obitum, XXIII post mortem Ennii, qui a. DLXXXIV decessit, neque ultra a. DLXVII annales suos deduxit. Igitur errasse Horatium, atque in poëta leve esse tale *ανιςορησίας* crimen, plurimi dicunt. Sed quis credat, poëtam Romanum, in re patria, idque vel pueris notissima, tam turpiter labi potuisse, ut avum cum nepote, Punicum bellum secundum cum tertio, confunderet? Quis credat, si vel incidere potuisset in talem errorem, non admonitum de eo fuisse ab amicis, quibus recitaret carmina sua? v. Bentl. Neque audiendi, qui, post Glareanum, referunt hanc σύγχυσιν ad licentiam & consuetudinem poëticam, qua Scipionum facta in unum coëgerit Horatius, poëtici, ut aiunt, compendii studiosus. Insolen-

[* Non incendia Carthaginis inpiae,]
Eius, qui domita nomen ab Africa
Lucra-

17. Versus magnis difficultatibus implicitus, ob confusa & commixta inter se duorum Scipionum facta. v. Obss. Nihil praesidii est in codd. mss. Igitur oportet vel emendando versui operam dari, vel ita interpretando, ut Horatii honor atque doctrina vindicetur. Cuning. emendat, *impendia*, quae explicat tributa s. vectigalia, Romanis a Poenis pendenda; cum Scipio Carthaginem tributariam fecisset. Ingenii sagacitatem in hac emendatione non desideres; si modo vel tributi mentio valde placere h. l. posset sensui poëtico, vel satis ostendi posset, *impendium* recte pro tributo accipi. Nam ap. Varron. de L. L. IV extr. item ap. Cic. Brut. 4. Att. VI. 1. non nisi pro usura s. auctario est. v. Ern. Clav. Aptior videtur locus Stat. Silv. III. 3. 88. Verum & ibi *impendia* non sunt tributa, sed omnino reditus Principis e provinciis earumque fructibus. Secuti tamen Cuningamium Sanad. & Sivr. probante etiam Ionesio. Quare cum neque emendatio satis bona locum habeat, neque interpretatio reperiri possit, quae non difficultate laboret, ut ex Obss. intelligitur: facile adducor, ut Bentleio assentiar, qui totum versum delendum censuit; quod sane optimum videtur. Cff. leges criticae, quas in Excursu II ad libr. III dedimus. Facile nobis fingere possumus, quomodo indoctus & ineptus grammaticus, qui audisset, eversam esse Carthaginem a Scipione, non curans, utrum ab hoc, an ab alio, assuere versum 17 sibi sumserit: quod profecto probabilius, quam, ab ipso Horatio vel tam turpem errorem profectum, vel veram sententiam tam incommoda, obscura eadem & ambigua dictione expressam esse,

lentem vero insanamque licentiam! quam neque in plebeio poëta feras aut excuses. Et tamen (mirum!) hanc rationem amplexus est magnus Gesnerus, in eaque ita se torquet, ut adeo *eius* explicet, utriusque; quo nil durius magisque incongruum. Erunt sane, si versum tueri velis (v. V. L.), *incendia* C. ita exponenda, ut conveniant Africano maiori. Igitur referunt quidam ad incensa ab illo bina castra Syphacis & Hasdrubalis; Liv. XXX. 5. 6. item ad crematas quingentas Poenorum naves; Liv XXX. 43. Ergo pro incendiis castrorum & navium Punicarum, vel pro incendiis, quae Carthago passa, quibus afflicta est, poëta simpl. *incendia Carthaginis*

Lucratus rediit, clarius indicant
Laudes, quam Calabrae Pierides: neque,
Si

esse, quam non possit non primo adspectu de eversa Carthagine lector quisque nondum occupatus accipere. Accusat Bentl. etiam neglectam in alterius pedis choriambo caesuram, divisumque vocabulum *Carthaginis*, quod in versu Asclepiadeo non ferendum vitium sit. Aliis in versibus talibus Horatii, ubi in caesura hac verbum dissectum esse videatur, vel ultimam eius syllabam elisione quasi aboleri, ut sup. v. 16. item I. 21. 13. I. 24. 14. III. 24. 52. III. 30. 1. IV. 5. 22. vel primam syllabam resectam partem vocabuli externam & adventitiam esse, np. praepositionem, ut II. 12. 25. Contra in *Carthaginis* primam syllabam ita propriam vocabulo esse, ut divelli inde non possit. Verum hoc urgere equidem nolim, cum constet, exemplo & imitatione Graecorum liberiorem in dividendis vocabulis esse Horatium, qui vel in duo versus verba distraxerit, ut I. 2. 19. III. 16. 7. atque alias etiam simili licentia caesuram neglexerit, ut I. 37. 14. IV. 14. 17. Ceterum quod Cuning. parum laudari Scipionem putat a solo eo, quod Hannibalem Italia extraxerit, non cogitavit, hoc ipsum unum factum praerogativam habuisse Romae servandae, mutandae rerum faciei, domandaeque Carthaginis; & sic, poëtica doctrina, pro omnibus Scipionis rebus gestis hanc unam praeclare memorari. v. Cuning. animadv. c. X. p. 96--106. — Denique Withof. v. 15 – 17 ita emendabat: *seu celebrent fugas, reiectasque r. H. minas, seu discrimina* (vel *dispendia*) *Carthaginis impiae;* cum putaret etiam, minus recte carminibus Ennii opponi facta Scipionis. Sed v. Obss.

ginis dixit; qua ipsa in ratione fateor me semper adhuc duritiem aliquam ac difficultatem sentire. Forte neque contemnenda sit ratio, aut lyrico carmine indigna, si *incendia C.* simpl. explices pugnas cum Carthaginiensibus factas, & has tum interpreteris victorias ab iis reportatas; quod saepius bella & pugnae cum flammis & ignibus comparantur, ut ex Homero notissimum: quemadmodum & noster inf. 14. 24. *ignes*, & Virg. Aen. I. 566. *incendia belli.* Quamquam sic etiam dubito, an vel usus ille vocabuli *incendia*, vel inprimis compositio, *incendia Carthaginis*, audacior, quam pro modesto huius carminis habitu, videri queat. — *impiae*, quae non servasset pacem,

Si chartae sileant, quod bene feceris,
Mercedem tuleris. Quid foret Iliae
Mavor-

cem, iusiurandum, inducias. v. Liv. XXX. 24. 25. 36. cf. sup. 4. 46 & 49.

18. Haec monumenta, hae inscriptiones, *eius*, *qui ab A. domita nomen lucratus rediit*, lucratus est, nactus est, secum inde abstulit (cf. Serm. II. 1. 66. & v. Liv. XXX extr.), h. Scipionis Africani *laudes*, i. virtutes & res gestas, *non clarius indicant*, h. minus claras & immortales faciunt, quam carmina Q. Ennii, Calabri, nati Rudiis (hodie *Ruia* vel *Musciagna* in terra *Otrante*). v. Sil. XII. 397. Maximus ingenio Ennius, quamquam arte rudis, carissimus idem Africano, cuius res gestas non solum in Annalibus Romanis, quorum libros XVIII edidit versibus hexametris, sed inpr. etiam singulari carmine epico celebravit, quod Scipio inscriptum fuit. Tam horum, quam ceterorum operum eius (quae quanto in honore fuerint ap. Romanos, graviter docet Martial. V. 10. 7 sq.) non nisi fragmenta exstant. v. Fabric. bibl. lat. IV. 1. 1. Iam pro Ennii carminibus, Musa Ennii, & hinc *Pierides Calabrae*. cf. sup. 6. 27. Memorabile ad sententiam horum versuum, quod de monumentis Scipionis refert Liv. XXXVIII. 56. Ceterum, post T. Fabrum, *eius* & *lucratus* nimis humilia & lyrico carmine indigna visa nonnullis, Horatio scilicet sapientioribus. Pertinet *eius* h. l. ad distributionem s. distinctionem, & sic elegantiam etiam habet, quod secus erat III. 11. 18. *lucrari* vero cum verbum honestum est, tum h. l. nobile etiam, ut doctius & exquisitius. Sic erat *venalis*, nobili sensu, III. 14. 2.

21. *neque* refertur ad *non*, v. 13. Vulgaris connexio fuisset: quid? quod s. nam nulla omnino sine poëtarum ope gloria & immortalitas est; soli eam poëtae tribuere possunt. — *chartae* h. l. pro carminibus, ut inf. 9. 31. Ovid. Tr. III. 1. 41. cet. alias & pro libris universis, ut Epist. II. 1. 161. *bene facere*, καλῶς, fortiter s. praeclare agere, i. magnas res gerere. — *quod feceris*, pro, quod aliquis fecerit. Si quis vel maximas res gesserit, tamen, nisi poëtae eas celebrent, nullam earum *mercedem*, nullum praemium *feret*, accipiet;

Mavortisque puer, si taciturnitas
Obstaret meritis invida Romuli?
Ereptum Stygiis fluctibus Aeacum
Virtus, & favor, & lingua potentium
Vatum divitibus consecrat insulis.

Dignum

25. *Erectum* emend. Sivr. h. sedentem in solio super fluctibus St. erecto. Lepide vero! *Aeacon* Cun. 26. *pavor* Lips. 1.

piet; *merces* autem rerum gestarum, gloria & nominis immortalitas, ἄποινα μόχθων. Ante oculos fuit Pindar. Nem. ζ. 18 sqq. Cf. inf. 9. 29 sq. & v. Cic. pro Arch. 6. 14. — 22. Iam eo sensim fertur, idque per exempla, ut ipsam divinitatem suam heroas poësi debere declaret. Observent studiosi miram orationis copiam in eloquendo illo, *immortalem facere.* — *Quid foret*, h. nihil esset, ignotus esset hodie, nedum Deus, *puer*, filius, *Iliae* (v. III. 9. 8) *Mavortisque*, i. Romulus, *si taciturnitas*, silentium, *obstaret*, obstitisset *meritis* eius, ea oppressisset, h. si poëtae merita eius tacendo oblivioni tradidissent. Praeclare his variatur v. 21. Tum ornate *Romuli*, pro, illius s. eius, item *invida t.* quatenus invidia subesse solet, cum de magnorum virorum meritis tacemus. Similiter inf. 9. 33 sq. Cf. autem cum his Theocr. id. 15. 48 - 50.

25. *Aeacus*, inferorum iudex (v. II. 13. 22.), poëtis hanc tantam dignitatem acceptam refert. Hoc ornatissime expressum. — *virtus*, vis ingenii. — *favor*, studium, quo virum aliquem prae ceteris optant leguntque poëtae, & sic illius aeternitati tradendi acerrimo studio tenentur. — *lingua*, cantus, carmina. — *potentium*, praeclare, qui immortalitatem dare possunt. — *ereptum St fluctibus*, Stygi, h. inferis, pro vulgari, oblivioni & morti. Sic III. 3. 16. *Acheronta fugit.* — 27. *divites insulae*, h. beatae, fortunatae, i. Elysium, Ἠλύσιον πεδίον. Hoc enim collocabant veteres vel sub terra, ut Virg. Aen. VI. 637 sqq. vel,

quae

Dignum laude virum Musa vetat mori:
Caelo Musa beat. Sic Iovis interest

Opta-

quae prisca & Homerica idea est, in terris quibusdam s. insulis ultimi occidentis, quas *fortunatas* dicerent, μακάρων νήσως, & ita pingerent, ut multa iis communia essent cum aetate aurea; unde & Saturnum iis subinde praeficiunt. Ibi heroës post mortem versari credebantur, & immortali felicitate perfrui. v. Homer. Od. δ. 563 sqq. Hesiod. ἔργ. 166 sqq. Pind. Ol. β. 128 sqq. Cum remotiores occidentis regiones prisca aetate admodum incognitae essent, praeter obscuram aliquam de earum beatitudine famam, per Phoenices haud dubie allatam: apparet, quomodo & oriri ista fabula, neque sciri aut definiri Elysii locus & situs potuerit. Post, uti notiores fieri coeperunt occidentis terrae, ita semper longius ad occasum fortunatas illas insulas hominum opinio removit; donec in Atlantico denique mari poni coeptae sunt. Ibi cum post repertae essent insulae Canariae, insigniter beatae, at paucis tamen semper nautis vilae & cognitae; hae quin essent fortunatae illae insulae, non dubitarunt. v. Strab. III. p. 150. Ptolem. IV. 6. Plutarch. Sertor. p 571. E. Plin. VI. 32. Comp. inpr. nostri V. 16. 41 sqq. — *consecrat insulis* (dativ.), docte & graviter, pro, consecratum, ἀποθεωθέντα, collocat in Elysio. Memorabile, ap. Hom. & Pind. ll. ll. in insulis beatis Rhadamanthum iudicem poni, h. l. Aeacum, ex recentiore mytho. v. Ill. Heyn. Exc. XI. ad Virg. Aen. VI.

28. Suaviter variatur tractatio per insertam inter exempla h. l. uti iam v. 21. brevem sententiam generalem. — *virum*, viros *laude*, carminibus qui celebrentur, *dignos M. vetat m.* immortales reddit poësis. Ἐκ Μοισᾶν ἀγαθὸν κλέος ἔρχεται ἀνθρώποισι, Theocr. id. ις. 58. — 29. Quid? quod adeo *caelo beat* (ut dicitur *beare munere*, Epist. I. 18. 75.), docte pro, in caelum evehit, Deum facit. Quam praeclare! quamque vere! v. Argum. Ovid. Pont. IV. 8. 55. *Di quoque carminibus fiunt.* Cum vi repetitum *Musa*, & acui vocabulum in legendo debet. Iam hoc confirmatur exem-

Optatis epulis inpiger Hercules:
Clarum Tyndaridae sidus ab infimis
Quassas eripiunt aequoribus ratis:
Ornatus viridi tempora pampino
Liber vota bonos ducit ad exitus.

CAR-

31. *intimis* Cun. San. male. *inferis* var. lect. Ion. 32. *aequoribus eripiunt* Lips. 3. 34. *duxit* Mentel. Lips. 1.

exemplis *Herculis*, *Castoris*, *Pollucis*, *Bacchi*, uti iam supra *Quirini:* de quo insigni delectu iudicandum ex not. ad III. 3. 9. Admiremur vero ornatum & copiam in variando illo, *Deum esse*, idque sollemnibus & propriis cuique coloribus. — *Sic*, Musae s. poëseos opera. Ita & *sic* ap. Ovid. P. IV. 8. 57 sqq. H. l. repetendum *sic* ante *clarum* & *ornatus*, v. 31. 33. — 30. *impiger*, fortis, qui multos labores suscepit, neque iis frangi potuit. — *interest epulis I.* pars vitae caelestis. v. not. ad III. 3. 11. Sollemne hoc de Hercule; v. Hom. Od. λ 600 sqq. — *optatis*, quatenus cum Hercules, tum ceteri heroës, ad hanc felicitatem adspirarunt, eiusque gratia tantos labores susceperunt. — 31. *Tyndaridae*, Castor & Pollux, Tyndari & Ledae filii, qui sunt *clarum sidus*. v. I. 3. 2. ibique not. — *ab infimis aequoribus*, ex ipsa abysso *eripiunt*, *ἐκ βυθοῦ ἕλκουσι*, *rates quassas*, tempestate afflictas (v. I. 1. 18.); & hoc pro: Dii sunt. Cf. I. 12. 27 sqq. Theocr. id. κβ. 17 sq quem l. ante oculos noster habuit. — 33. cf. III. 25. 20. — 34. Novus divinitatis character: *vota bonos d. ad e.* h. votorum, quae ei faciunt homines, illos compotes facit, preces invocantium audit, h. Deus est. Ita Virg. Ecl. V. 79 sqq.

CARMEN IX.

ARGVMENTVM.

Insignem hoc & praecedens carmen inter se similitudinem habent, si quidem universum argumentum spectaveris, quod itidem pertinere ad LAVDEM ET VIM POESEOS, *facile primo adspectu intelligitur. Sed non minus clarum est ex illorum inter se comparatione (quam quidem diligenter institui a studiosis oportebit), toto caelo differre eius talis argumenti in utroque tractationem. Statim descriptio, quae in illo carmine simplicior erat & planior, in hoc nostro multiplicior atque exquisitioris artificii est.* Primum immortalia fore praedicit carmina sua lyrica, licet forte maiores se, alio quidem in genere, poëtas Roma habeat: quemadmodum neque Homeri magnitudo impediat, quominus & lyrici Graecorum poëtae vivant & floreant. *In quo, praeter aptam convenientiam, illud magnae artis est, quod tam & magnifice & vere lyrica poësis epicae finitima, immo vero par & aequalis ponitur, eademque illi, atque huic, & vis & immortalitas asseritur.* Tum transit (*quae velut altera pars odes est*) ad vim poëseos universae, cui VNI, quamvis magni & nobiles in quocumque genere homines, aut quamvis insignia facta, immortalem gloriam debeant, cum aliis, aeque magnis & nobilibus, sed quibus nullus obtigerit vates, aeterna oblivio incubet. Denique ad ipsum M. Lollium, *ad quem carmen scriptum est*, convertitur, illique cum immortalitatem suis se carminibus tributurum affirmat, tum splendido simul eum elogio celebrat. *Accedit ad hanc talem descriptionem spiritus carminis arrogantior ac sublimior, quam in praecedente, ornatus orationis (quo quidem eximie nostrum eminet) ambitiosior & copiosior, numerorum denique sonorior gravitas. Inprimis cum exemplorum atque imaginum, quibus generales istae de immortalitate & vi carminum sententiae exornantur, magnifica quasi poecile, tam variis splendidisque coloribus illustrata, tum in elogio M. Lollii, Stoici, e stoica philosophia ducta & sensuum severitas & elocutionis dignitas, non potuere non novam prorsus, eamque nobilissimam, carmini speciem tribuere. Neque omittenda transitionum simplicitas, & subita, neglectis copulis & sensibus intermediis, orationis ad diversas argumenti partes conversio. --- In quibus omnibus perfectissimum artificium, vereque divinum &, qui ad Pindaricam rationem proxime accedat, potentem ingressum lyricum carminis, quis non agnoscat? quis non illud in praestantissimorum Horatii operum numero ponat? Sanadonus enim dum iusto altius repetitum Lollii elogium criminatur, in eo parum sensus lyrici prodit, neque se consilium Horatii percepisse ostendit, quod sane non ad unum laudandum Lollium maxime pertinebat. --- Sed iam de ipso, ad quem ode scripta est, M. Lollio, quaedam dicenda erunt, ex quibus etiam Sanadoni, Dacerii, aliorumque errores corrigi possint. In maxima ille fuit Augusti gratia, ab eoque summis ornatus honoribus. Galatiae, quam a. V. c. DCCXXIX, Amynta rege mortuo, Augustus provinciam fecisset, primus propraetor fuit,*

fuit. v. Dio LIII. 26. p. 514. Post Cos. fuit a. DCCXXXIII, collega M. Aemilio Lepido (cf. Epist. I. 20 extr.): deinde a. DCCXXXVIII legatus Augusti contra Germanos, ubi accepta nota illa clade, de qua Dio LIV. 20. p. 534. Tacit. Ann. I. 10. Vellei. II. 97. Sueton. Aug. 23. ipse etiam Germanos vicit, ut constat ex Iul. Obsequ. 131. & Hieron. chron. Euseb. ad Olymp. 190. 4. qui annus cum ipso anno Romae DCCXXXVIII convenit. Bessos quoque in Thracia ab eo fuisse domitos, vulgo referunt e Dion. LIV. 20. p. 534. Sed cum & in Gallia eo tempore esset M. Lollius, neque Marcellus vocaretur, mendum in nomine esse apud Dionem, recte viri docti censuerunt, & pro Marcello Lollio Fabricius quidem ibi substituit Claudium Marcellum, Massonus Marcellinum Lentulum, in vit. Horat. p. 322. & in Iani templo reser. p. 141. Postremo Lollius C. Caesari in Syriam & Armeniam proficiscenti a. DCCLII moderator ac rector iuventae ab Augusto datus, cum mox in ipsius C. Caesaris iram & offensionem incurrisset, intra paucos dies morte, sive voluntaria, sive fortuita, exstinctus est. Plinius IX. 35. s. 58. venenum bibisse tradit. — Morum illius notatio apud scriptores ita varia ac diversa est, nihil ut esse impeditius possit. Horatius quidem tot illi h. l. ac tantas virtutes tribuit, ut viri fortissimi, integerrimi, iustissimi, continentissimi imaginem describat. Eumdem Velleius II. 97. hominem in omnia pecuniae, quem recte faciendi, cupidiorem, interque summam vitiorum dissimulationem vitiosissimum dicit. Eum Plinius l. l. rapinis & regum muneribus in toto Oriente infamatum fuisse, eiusque neptem Lolliam Paullinam, Caligulae nuptam, gemmis & margaritis, quae summam quadringenties HS continerent, opertam se vidisse scribit. Eum Tiberius ap. Tacit. Ann. III. 48. pravitatis secumque gestae inimicitiae auctorem C. Caesari fuisse arguit. Denique Velleius II. 102. perfida & plena subdoli ac versuti animi consilia, cum Parthorum rege contra patriam agitata, ab ipso Partho per colloquium, in Euphratis insula habitum, indicata C. Caesari, amissae Caii gratiae mortisque caussam Lollio fuisse, atque illam mortem summam hominibus laetitiam attulisse, refert. — Quid igitur? Hunccine talem tamque sceleratum hominem tam splendido ornare elogio poëta potuit? Sane tam & abiectum humilemque & insipientem assentatorem Horatium fuisse, ut hominem & suo & omnium iudicio pessimum ita impudenter laudaret, cui tandem probabile videatur? Quare multi Intpp. hoc Lollii elogium accipiunt pro ironica morum illius castigatione, qua avertere eum ac revocare a contrariis vitiis poëta voluerit. Sed quis sibi persuadeat, hominem tam urbanum & aulicum, Horatium, tam inepta atque iniuriosa ratione uti potuisse apud virum consularem, Augustique gratia potentissimum? Quis ullum in universo carminis habitu videat ironiae vestigium, neque potius serium in omnibus affectum agnoscat? Ne dicam, huic tali opinioni rem etiam & historiam obesse, ut videbimus. Igitur sic forte sibi rem informet aliquis, ut putet, fuisse Lollium virum maximum, illustrissimis animi dotibus praeditum: fuisse eumdem praeterea tunc, cum hoc carmen scriberet noster, vel vere insignem virtutibus iis omnibus, quas de illo praedicat, ab iisque postea demum

mum, moribus in Oriente corruptis, degeneraſſe; quod pluribus magnis viris accidiſſe conſt t: vel callidiſſimi fuiſſe hominem verſutiſſimique ingenii, qui ſumma arte vitioſiſſimam praviſſimamque animi indolem diſſimulare ſciret, virtutumque iſtarum ſpecie tegere; donec in Oriente, ſevera illa perſona vel poſita vel detracta, veram ſuam faciem oſtenderet. In poſteriori ſententia Velleius eſt; mihi, qui ſemper quam minime deteſtabilem hominum mihi informare imaginem ſoleam, priorem magis probari fateor: ſi quidem auctoritati ſive Tiberii, Lollio inimiciſſimi (cf. Sueton. Tib. 13.), ſive Velleii, humillimi Tiberii mancipii, ſive Plinii, communem famam ſecuti, fidem haberi ſic ſimpliciter neceſſe ſit. Namque omnino facile exiſtimare aliquis poſſit, ſolam etiam invidiam, qua homo tam potens tamque inſignis vix careret (cf. ad v. 33. 44.), ſolam C. Caeſaris ac Tiberii iram, quam, ſive iuſtam, ſive iniuſtam, ut ſit, multitudo amplecteretur, denique ſolam criminationem ac falſam ſuſpicionem, augendo atque in deterius credendo & convertendo omnia, ſufficere potuiſſe ad perniciem tanto viro afferendam, iſtamque illius memoriae infamiam adſpergendam. Verum hoc ſi quis urgeat, forte diſpliceat is nonnullis, quibus tam humaniter ſentire religio eſt. Quidquid tandem ſit, ſive ſpecie virtutis Auguſto, populoque Romano, & ſic quidni & Horatio? impoſuerit Lollius, ſive vir vere bonus & ſapiens in Oriente demum, atque ita poſt mortem Horatii, deterior evaſerit, ſive ne hoc quidem, ſed falſis omnino probris fuerit obrutus: certe apparet, quomodo factum ſit, ut in tantam Auguſti gratiam inſinuaret, tantis ab illo honoribus, atque ipſo C. Caeſaris regundi munere ornaretur, denique tam magnifice tunc quidem laudaretur ab Horatio. --- Ceterum ſcriptum eſſe carmen a. V. c. DCCXXXIII, quo Cos. Lollius fuit, male Faber & Marcilius e v. 39. colligunt. Rectius forte Maſſonus (vit. Hor. p. 319 ſqq.), Sanadonus & alii, poſt annum DCCXXXVIII, quo in Germania Lollius fuit, factum coniiciunt e v. 32 & 36. quibus peſſime addit Maſſonus v. 43. --- Denique ad hunc eumdem M. Lollium, amiciſſimum, ut apparet, Horatii, ſunt etiam Epiſt. I. 2 & 18.

AD

AD LOLLIVM.

METRVM XVI.

Ne forte credas interitura, quae,
Longe sonantem natus ad Aufidum,
Non ante volgatas per artis
Verba loquor socianda chordis.
Non, si priores Maeonius tenet
Sedis Homerus, Pindaricae latent,

ae-

AD M. LOLLIVM antiquissimi Torrent. AD LOLLIVM, SCRIBENDVM ESSE Venet. 1492. Locher. Ascens.

3. *vulgatis* Dess. 2. 4. *loquar* nonnulli Lamb. *nervis* Farn. Lamb. Post *chordis* colon ponunt Lamb. Cruqu. Heins. Bentl. & sic iungunt: „ut ne forte credas, interitura carmina mea, intelligas s. cogites velim, non, si Homerus princeps poëtarum sit, ideo latere Pindaricas Camenas cet.„ Sed simplicior & probabilior ratio ceterorum, qui punctum post *chordis* posuerunt. Ita & scholiastae iam interpretati.

1—4. Cf. III. 30. 1-9. *Ne f. credas*, credideris, noli credere, *interitura* esse *verba*, carmina, τὰ ἔπη, *socianda chordis*, lyrae iungenda, ad lyram canenda, h. lyrica, *quae* ego *loquor*, dico s. cano (v. III. 25. 18.), *per artes non a. v.* arte ante ignota apud Romanos, np. lyrica arte. Cf. III. 30. 13. IV. 3, 23. Pro *ego* est v. 2. qui *natus* sum *ad A. late sonantem*, ἠχήεντα, h. Appulus ego. Sensus idem, qui III. 30. 10 sqq. ubi v. not.

5—12. Nobilissimi versus! *Si*, etsi, *Homerus Maeonius* (v. I. 6. 2.) *priores sedes*, primum locum inter poëtas *tenet*, graeci carminis, idque epici, princeps est, *non* ideo *latent*, h. obscuri sunt & oblivioni traditi, sed immortales, lyrici, Pindarus, Simonides, Alcaeus & Stesichorus, item Anacreon & Sappho. Statim in eo poëtae doctrina cernitur, & exquisitus excelsusque sensus est, quod non nisi lyricos, idque principes, ponit (vid. Argum.); & quod

Ceaeque, & Alcaei minaces
Stesichorique graves Camenae:
Nec,

7. *Ceiaeque* Fab. 8. *Tersicori*, *Tersichori*, *Terpsicori*, *Terpsichori*, *Stersicori*, *Stersichori*, errores librariorum. — *ve*, pro *que*, Comment. Cruqu. Lips. 1 a m. pr. 2. 3. minus recte; nam ante erat *Ceaeque &*.

quod sic se ipsum implicite illis comparat ac inserit: quemadmodum omnino praeclarum est, quod lectori relicta est universae sententiae ad Horatium accommodatio. Deinde admirentur studiosi in hoc lyricorum recensu ornatum elocutionis, cum copiosum, velut in *non latent*, *non delevit aetas*, *spirat*, *vivunt*, pro, non interierunt, item in *Camenae*, *si quid lusit*, *amor*, *calores commissi fidibus*, pro, carmina: tum vero tanta arte accommodatum aptumque singulis, ut subinde uno verbo (v. c. *minaces*, *graves*, *lusit*) universus poëtae character exprimatur; item ut in quatuor gravioribus & sublimioribus lyricis, qui primi memorantur (v. 6 - 8.), gravior etiam & pressior fit elocutio, mollior contra & quasi laxior in duobus levioribus (v. 9 - 12.). Tam splendidam tantaque arte perpolitam lyricorum Graeciae, Horatii iudicio principum, seriem quis non summa cum voluptate contueatur? Ad sententiam versuum cf. etiam Cic. Orat. 1. 4 sqq. — 5. *Pindaricae Camenae*, Pindarus, Pindari carmina. v. sup. 6. 27. & 8. 20. 7. *Ceae*, h. Simonidis. v. ad II. 1. 38. Eum in commovendis affectibus ipso Pindaro maiorem dicit Dionys. Halic. censur. scriptt. vett. — *minaces*, acres, feroces; lectissimum epitheton! quatenus carmina Alcaei plurima, eademque (iudicibus Quinctil. X. 1. & Dionys. Halic. l. l.) excellentissima fuerunt ea, quibus tyrannos hostesque suos insectatus est, atque, ut vel civitate eiicerentur, effecit. v. ad I. 32. 5. II. 13. 26. 8. *Stesichorus*, Himerae in Sicilia natus, mortuus Olympiade LVI, nobilissimus poëta lyricus, qui, teste Suida, XXVI libros carminum scripsit, quorum pauca tantum fragmenta ad nos pervenisse, dolendum. Ille quam validus esset ingenio, materias quoque ostendisse, dum maxima bella & clarissimos cecinerit duces, & epici carmi-

 nis

Nec, si quid olim lusit Anacreon,
Delevit aetas: spirat adhuc amor,
Vivuntque conmissi calores
Aeoliae fidibus puellae.
Non sola comtos arsit adulteri
Crinis, & aurum vestibus inlitum

Mira-

11. *colores* Lipf. 4. Fab.

nis onera lyra sustinuerit, Quinctilianus X. 1. auctor est, qui summam illius virtutem esse in reddenda personis debita dignitate, proximeque eum ad Homerum accedere potuisse, si minus copiosus fuisset, iudicat. Dionys. Halic. l. l. eum ceteris virtutibus Pindaro parem, argumentorum magnificentia, morumque ac dignitatis personarum servandae arte, superiorem ponit. Igitur quam signate & proprie *Camenae* eius *graves*, magnificae, sublimes, dignitatis & maiestatis plenae.

9. *Nec* ideo *aetas delevit, si quid o. lusit A.* carmina Anacreontis. — *ludere* proprium verbum de levibus & lascivis carminibus; igitur en uno verbo totum Anacreontem depictum! — 10. *spirare* & *vivere* synonyma (cf. sup. 8. 14.), item *amor* & *calores*, h. amores (v. I. 4. 19.); at quam & commode & suaviter: *amor spirat*, adspirat quasi & leniter afflat, ἐπιπνείει, legentibus; *vivuntque calores*, ut alias *vivere ignis* dicitur. — *commissi*, crediti *fidibus*, lyrae, tamquam amicae & sociae (cf. Serm. II. 1. 31.), quam venuste pro vulgari, expressi carminibus *puellae Aeoliae*, Sapphus, Lesbiae. v. II. 13. 25. ibique not. Refer autem *commissi fidibus* tam ad *amorem*, quam ad *calores*, & vide, quam praeclare sint omnia, pro simplici, carmina Sapphus, quamque accommodate ad huius characterem, cui etiam aptissima resoluta quaedam in his vv. ac languida mollities.

13. Iam hinc usque ad v. 27. locum de vi poëseos splendidissimo & exemplorum & orationis ornatu illustrat. v. Argum. Subitus & quasi praeceps est ad eum transitus, neglecta sententia intermedia: „cum vero ipsa

immor-

Mirata, regalisque cultus
Et comites, Helene Lacaena:
Pri-

16. *Helena* Acr. Lipſ. 1. Helmſt. Fran.

immortalia ſunt poëtarum opera, tum hominibus etiam rebusque geſtis immortalitatem praeſtant, & ſola quidem praeſtant; nam iis, quos poëſis immortales fecit, hominibus ac rebus, plures ſane ſimiles exſtiterunt, verum ignobiles ſunt & in oblivione iacent, quia nullis carminibus celebrantur. „ Sed ſtatim huius poſterioris ſententiae exornationem, idque per ſola exempla, adoritur Horatius; dum Helenam, Teucrum, bellum Troianum, Idomeneum, Sthenelum, Hectorem, Deiphobum, Agamemnonem inducit. Qua in ratione quam inſignis ſit ingreſſus lyricus, facile percipitur. Item obſervetur, quam eleganter illud: „ plures ſimiles homines vel caſus exſtitiſſe „ varietur per, *non ſolus*, *non primus*, *non ſemel*, *vixerunt ante*. — 13. *Non ſola Helena* venuſti amatoris pulchritudine & luxu capta atque in amorem pellecta eſt; ſed obſcuri ſunt ſimiles aliarum puellarum errores, quod a poëtis neglecti ſunt. Ad pulchritudinem *adulteri*, h. amatoris, (nempe Paridis), *crines* promiſſi & fluentes, eleganterque comti (ut I. 15. 14 & 19 ſq.), ut pars pulchritudinis, more poëtarum, cetera ad luxum & ſplendorem pertinent. Omnia ducta e notione mollitiae & luxuriae Aſiaticae & Phrygiae, vulgarique de Paride iudicio. cf. Exc. IV. ad libr. I. — 14. *aurum illitum veſtibus*, doctius pro, veſtes auro illitas, h. pictas, more Phrygio, & arte ab ipſis Phrygibus inventa, ut notum. cf. Virg. Aen. III 483. Similiter Paris ap. Eurip. Iphig. Aul. 73. ἀνθηρὸς μὲν εἱμάτων ςολῇ, χρυσῷ τε λαμπρὸς, βαρβάρῳ χλιδήματι· item ap. Ovid. Her. XIII. 57. *multo ſpectabilis auro, quique ſuo Phrygias corpore ferret opes.* — 15. *cultus regales*, ſumtuoſum & magnificum apparatum; quatenus *cultus* omnis externa vivendi ratio. — 16. *comites*, comitatum regium. cf. Ovid. l. l. 59 ſq. Docta autem inverſione dictum puta, *arſit crines adulteri*, & *aurum* cet. pro, arſit adulterum, haben-

tem

Primusve Teucer tela Cydonio
Direxit arcu: non semel Ilios
Vexata: non pugnavit ingens
Idomeneus Sthenelusve solus
Dicen-

17. *Primusque* Mentel. Lipf. 3. Bæxt. Sed esse debet *Primusve*, ut habent Scholl. omnesque ceteri mss. & edd. Est enim *ve*, uti mox v. 22. *vel*, pro repetendo *non* s. *nec*. v. V. L. ad III. 1. 44. *Cydoneo* Mentel. 18. *& non* Lipf. 4. 19. *nec p.* unus Bersm. Alt. 2. Helmst. 20. *Idumeneus*, *Idomineus*, & mox *Sthelenus*, *Sthelelus*, *Schelenus*, *Stenelus*, errores. *Sthenelusque* Lipf. 1. 3. Dess 2. Venet. 1492. Rectius *Sthenelusve* ceteri omnes. v. V. L. ad v. 17.

tem crines comtos, & aurum cet. Iam sic fere iungunt Intpp. *arsit* amore, dum *mirata* est *crines* cet. Sed exquisitius sit: *arsit*, adamavit (ut Virg. Ecl. II. 1.) *crines & aurum* cet. dum *mirata* est illa. Proprie *mirari* de stupore, quo percutit pulchritudinis aut magnificentiae adspectus; unde nasci deinde τὸ *ardere* s. amor solet. Hinc & *mirari* pro simpl. amare, ut V. 3. 10. Igitur in *mirata arsit* non solum copiam poëticam, pro uno sive *arsit*, sive *mirata est*, sed etiam reconditam doctrinam agnosce. — *Lacaena*, Spartana, regi Spartano Menelao nupta, & sic simplicitati ac parsimoniae Spartanae innutrita atque assueta, ut facile Phrygii hominis luxum nitoremque *miraretur*, eoque caperetur. Lectissimum itaque h. l. epitheton. Cf. Ovid. Her. XVI. 189 sqq. Ceterum ad sententiam horum vv. cf. Serm. I. 3. 107. item, quae de bellis ob feminas ortis refert Athen. XIII. 4.

17. v. V. L. *Non primus Teucer* (v. ad I. 7. 21.) *tela in arcu direxit*, np. ad certum scopum, pro, bonus sagittarius fuit; sed ignoti sunt alii, quos non, uti Teucrum, poëtae laudarint. Teucer ἄριςος Ἀχαιῶν τοξοσύνῃ, Hom. Il. ν. 313. item v. Il θ. 266 & 294 sqq. Sophocl. Ai. 1540. — *Cydonio*, Cretico, a Cydone, nobili Cretae urbe. Cf. Virg. Ecl. X. 59. Perpetua sagittarum & arcuum epitheta, a Creta eiusque urbibus ducta, ob materiae sagittis & arcubus aptae copiam, incolarumque insignem, & arcuum telorum-

Dicenda Musis proelia: non ferox
Hector, vel acer Deiphobus gravis
Excepit ictus pro pudicis
Coniugibus puerisque primus.
Vixere fortes ante Agamemnona
Multi: sed omnes inlacrimabiles
Vrguen-

24. *primis* Lipf. 3. Helmst.

rumque conficiendorum, & vero sagittandi, peritiam, quos & primos arcus fecisse fama esset. cf. I. 15 17. — 18. *non semel*, sed saepius, *vexata*, h. oppugnata, bello afflicta (v. ad II. 9. 3. III. 2. 4.), atque etiam expugnata ab Hercule, Troia fuit; sed nobilissimum est, poëseos ope, ultimum illud bellum Troianum. *Ilios* cum sit proprie adiectivum (v. Virg. Aen. I. 268.), hinc, subaudito πόλις, femininum est. *pugnavit*, fecit, *proelia, dicenda M.* digna, quae a poëtis canerentur. — *Idomeneus*, magnus heros Homericus, Cretensium dux, θεὸς ὥς· Hom. Il. γ. 230. De *Sthenelo* v. ad I. 15. 24 sqq. *ingens* ad utrumque, & Idomeneum & Sthenelum, referendum, ad staturam corporis pertinet, ex heroicorum temporum notionibus. cf. sup. ad 6. 7 sqq. — 22. *Hector* & *acer* h. fortis *Deiphobus*, Priami filii fortissimi, quorum uterque *graves ictus*, i. vulnera multa *excepit*, accepit, passus est, h. fortiter pugnavit pro patria (cf. Virg. Aen. VI. 660.). Sed pro hoc ultimo est, *pro coniugibus puerisque*, np. civium suorum, sollemni poëtis ratione, ad fortem patriae defensorem declarandum; ut Hom. Il. ω. 730. ἔχες δ' ἀλόχους κεδνὰς καὶ νήπια τέκνα, de Hectore. Minus huc facit Hom. Il. θ. 56. Sed percipiatur studiosis, quae est in *excepit ictus*, excelsa imago: Hector & Deiphobus, ictus graves, in patriam intentatos ab hostibus, obiectu & oppositu corporum suorum excipientes. — *pudicis* ornat, ut ap. Hom. κεδνάς. Male h. l. turbat Cl. Sivr.

26 - 28. Ornatissimi versus! in quibus ante oculos fuit Theocr. id. 15. 30 sq. 42 sq. quemadmodum in toto h. l. poëta graeca exempla secutus videtur. — *illacrimabiles*, ἄκλαυστοι, *ignotique*, ἀκλεεῖς, ἄμνα-

Vrguentur ignotique longa
Nocte, carent quia vate sacro.
Paullum sepultae distat inertiae
Celata virtus. Non ego te meis

Char-

27. *ingentique* Landin. male. 29. *inertia* coni. Bentl. (neque tamen in contextum inferre ausus) & sic explicat: quin & viva *virtus inertiâ*, h. negligentia scriptorum *celata*, *paullum distat* virtuti *sepultae*. Putat enim, ex vulgata omnium libb. lectione nullum sanum sensum elici posse; in quo argutiarum etiam aliquid intervenit. Sed primum facile sentitur, quam dura & incommoda orationis structura sit ex emendatione Bentleiana, quamque aliena a mente poëtae sententia exeat. Deinde vulgata lectio cum non solum optimum, si recte exponatur, sed etiam aptiorem Horatii consilio sensum praebet, tum plus & facilitatis, & concinnitatis atque elegantiae, & vero vis ac vigoris habet, inprimis ex oppositione *virtutis* & *inertiae*, item *celatae* & *sepultae*, quae Bentleii suspicione plane tollitur. — *supinae* coni. With.

ἄμναστοι, praeclare de iis, quorum nulla exstat memoria, quos nemo lacrimis decorat, lectis eorum factis & casibus, nemo ne novit quidem. Aliter erat *illacrimabilis* II. 14. 6. Inepte laudabat aliquis Homer. Il. χ. 386. — *urgentur*, premuntur, *longa nocte*, morte (v. ad I. 24. 5.), h. oblivione obruti sunt, *quia carent vate*, quia nullus iis poëta, qui eos caneret, obtigit. Accommodanda haec sententia ad omnia, quae praecedunt, exempla. — *sacri* vates sollemni idea. cf. ad III. 1. 3.

29. Vulgaris transitus erat: „ita *paullum* - *virtus*; quare *non ego te* cet.„ vel: „cum igitur *paullum distet* cet.„ *Virtus*, eo sensu, quem dedimus ad III. 2. 17. pro factis & meritis, quibus efficax & conspicua est. Virtus *celata*, occultata, h. silentio transmissa, nullis carminibus laudata aut in lucem prolata, *paullum* s. parum *distat inertiae* (v. Serm. I. 4. 48.), pro, ab inertia s. ignavia, quae nihil facit laudabile, nihil meritorum habet, vitam otiosam trahit. Iam cum proprie homo, desidem talem vitam agens, *otio sepultus* dicatur, hinc docta inversione (plane ut III. 28. 4. ubi v. not.) ipsa *inertia sepulta*

Chartis inornatum filebo,
Totve tuos patiar labores
Inpune, Lolli, carpere lividas
Obliviones. Est animus tibi
Rerum-

31. *fileri* nonnulli Lamb. omnes Torr. Pulm. 1. 2. 3. 4. Bentl. 1. 3. 9 a m. pr. 20. 23. Lipf. 1. 2. 3. Deff. 2. Fran. Primus ita dedit Ald. 1519. deinde Mur. Brut. Bafill. Fabr. Cruqu. (qui nil refert de fuis codd.) Torr. Steph. Fab. Rutgerf. Dacer. Baxt. Talb. *filebo* duo Vatt. Iann. Fa. Ruffard. Nicot. Cler. ap. Lamb. duo codd. Canteri (nov. lectt. VI. 14.), Pulm. 5. Bentl. 2. 6. 7. 8. 10 a m. pr. 13. 18. Gott. Sax. Mentel. Lipf. 4. Helmft. Altt. & fic omnes editt. vett. ante Ald. 1519. item Lamb. Heinf. Vafcof. Bentl. Burm. Cun. San. Maitt. Gefn. Ion. Sivr. Praetulit hanc lectionem ideo Bentl. quia inepta & inficeta illi videtur fententia: „non patiar te fileri meis chartis.„ Sed non haec vera ratio eft; nam poteft etiam iungi: „Non ego te, chartis meis inornatum, patiar fileri, h. nullam tui apud pofteros mentionem effe.„ Potius, in codicum auctoritate prope pari, ideo optanda videtur lectio *filebo*, quia & facilior & elegantior progreffio fententiae eft: „non ego te filebo, nec patiar tuos labores oblivione obrui„ quam eius, quae e *fileri* prodit: „non patiar, tui nullam effe memoriam, nec patiar, tua facta oblivione deleri.„

pulta dicitur, quae fe ipfa abdit in obfcuritatem atque oblivionem; quatenus elegantiffime opponitur *celatae* a poëtis virtuti. Vt fenfus fit: „parum intereft, np. refpectu pofteritatis, utrum quis vel praeclariffima facta ediderit, an nihil omnino fecerit, fi illa a poëtis in obfcuro relinquantur; neque magis illum, quam hunc, nofcent pofteri.„ Sed bonam hanc veramque interpretationem agnofcere noluit argutantis Bentleii frigus. Aliter etiam alii. Ceterum fententiae huius in nervofa brevitate claritatem, concinnamque elegantiam, tirones percipiant. v. V. L.

31. *Non filebo te* (cf. I. 12. 21.) *meis chartis*, v. fup. ad 8. 21. — *inornatum*, copia poëtica additum τῷ *filebo te*, quatenus *ornantur* carminibus poëtarum viri magni. Cf. autem Tibull. IV. 1. 27. 32. *ve* h. neque (v. V. L. ad v. 17.) *patiar*, *obliviones*, poëtice pro, oblivionem, *carpere*, h. atterere & minuere, fenfim-

Rerumque prudens, & ſecundis
Temporibus dubiisque rectus:
Vindex avarae fraudis, & abſtinens
Ducentis ad ſe cuncta pecuniae:
Conſulque non unius anni,
Sed quoties bonus atque fidus

Iudex

ſenſimque abolere, *tot tuos labores*, i. facta glorioſa, etiam bellica. v. Argum. & cf. ſup. 4. 45. & ad ſententiam Pind. Nem. ϑ. 13 ſqq. 33. *lividas*, invidas. v. ſup. ad 8. 24. — *impune*, h. ita, ut nemo oblivioni ſeſe opponat, teque illi eripere conetur. — 34. Sequitur nobiliſſima carminis pars, elogium Lollii; in quo tam ſenſuum, quam orationis poëticae altitudinem & gravitatem, a Stoicae philoſophiae notionibus & ſermone petitam, admiremur. Sic magnifice extollitur Lollii *virtus* (v. ad III. 2. 17.), h. prudentia, aequitas animi & conſtantia, iuſtitia, continentia, incorrupta integritas, fortitudo atque *αὐτάρκεια*. — 35. *rerum prudens*, pro ſimpl. prudens. — 36. *rectus*, aequabilis ſibique conſtans, neque elatus *ſecundis*, neque fractus *dubiis*, h. periculoſis & adverſis *temporibus*. Cf. II. 3 pr. Praeclare *rectus*, erectus, ὀρθός, qui numquam ex ſua ſede & ſtatu dimovetur.

37. *vindex*, qui vindicat, h. capitali odio perſequitur, magnaque ſeveritate, ubicumque datur, coërcet *avaram fraudem*, dolum malum, qui ex avaritia habendique cupiditate oritur. Declaratur viri *iuſti* notio. — *abſtinens pecuniae*, contemtor divitiarum, quae tamen *cuncta ad ſe ducunt*, h. ut omnes ſibi ſuisque dominis ſtudeant, faciunt; quatenus, ut recte Schol. pecunioſorum gratiam omnes ſequuntur. Grave momentum aliis expetendarum divitiarum. — 39. E ſtoica diſciplina *ſapiens magiſtratus perpetuus*, &, cum Romae ſummus magiſtratus eſſet conſulatus, *conſul perpetuus*. v. ad II. 2 extr. & inpr. ad III. 2. 17. Igitur Lollius *conſul non unius anni* (etiam non unius illius DCCXXXIII; v. Argum.), ſed *perpetuus*. Pro hoc ſunt vv. 40-44. *Quoties* magna & praeclara virtutis ſuae

ſpeci-

Iudex honeſtum praetulit utili,
Reiecit alto dona nocentium
Voltu, per obſtantis catervas
Explicuit ſua victor arma.

Non

41. Poſt *utili* & mox v. 43. poſt *vultu*, inſerunt & Ald. 1501. Lamb. Cruqu. Mur. Aſcenſ. Fabr. Heinſ. Rutg. Steph. Fab. Dacer. Burm. Bentl. Tantum poſt *vultu* exhibent & Baxt. San. Ion. Sed utroque loco abeſt ab omnibus, qui hucusque inſpe-cti ſunt, codicibus, item a priſcis editt. primumque ab Aldo illatum videtur. Repetendum ἀπὸ τῦ κοινῦ *quoties* ante *reiecit*, v. 42. & ante *per*, v. 43. quae plane Horatiana ratio eſt. v. III. 18. 7. III. 24. 40 ſqq. IV. 8. 29 ſqq. Cf. Cun. animadv. c. II. p. 18. — *utili aut - vultu aut*, coni. ap. Ion.

ſpecimina edit, toties ſe conſulem declarat; quod cum numquam non, omni tempore & occaſione faciat, igitur perpetuus conſul eſt. Sed, praeter tam exquiſitam urbanamque converſionem, pro quovis tali ſpecimine ponitur unum illuſtriſſimum, quo maxime virtus in omnium oculis & conſpectu exſplendeſcit, np. incorrupta integritas, atque invicta pro iuſto & honeſto obſtinatio: cuius quidem declarandae non poſſet non, etiam extra magiſtratum, plurima & quotidiana facultas eſſe viro tam inſigni in republica, tantaque Auguſti gratia valenti; qui haud dubie continuo ſollicitaretur ac tentaretur ab hominibus, vel obtinere aliquid per iniuriam, vel effugere, cupientibus. Iam videamus exornationem. — *quoties*, tamquam *iudex bonus* cet. *Iudex* non magis proprie accipiendum, quam *conſul*, ſed ornat eum, qui de hominibus & rebus, de honeſto & utili, & iudicat apud ſe, & iudicium ſuum factis oſtendit; in eoque *bonum* ſe iudicem (eo ſenſu, quo dicitur *vir bonus*) & *fidum* praebet, h. qui ab officio, ſ. a recto & honeſto, deduci non poſſit. Ceterum *praetulit*, *reiecit*, *explicuit*, pro praeſentibus. — 42. Splendide ornatur is, qui muneribus corrumpi non poteſt. — *nocentium*, flagitioſorum, qui eum corrumpere tentant. — *vultus altus*, qui animum altum & excelſum prodit ſ. exprimit. 43. atque inflexibili pertinacia, omnibus, quae ipſi ſe oppo-

Non possidentem multa vocaveris
Recte beatum: rectius occupat
Nomen

45. *vocaberis* Mentel. Dess. 2. 46. *& rectius*, Lips. 2.

opponunt, difficultatibus neglectis & superatis, solam iustitiam honestatemque tuetur: in quo maxime altus & generosus animus cernitur. Sed hoc magnifice ornatur, imposita Lollio persona imperatoris, qui, in angustiis constitutus, *per obstantes*, quibus premitur, *catervas* hostium armatus *explicat* se & expedit (v. sup. ad 4 extr.), h. fortiter perrumpit, & *victor* evadit. Pro, armatus explicat se, doctius, *arma sua explicat*. Np. sunt illae *catervae* ac difficultates, sapienti vincendae, tam internae, cupiditates & perturbationes animi, quam externae, varia vel assentatorum tentamina, vel adversariorum artificia. *Arma* denique ipsae virtutes erunt, quibus munitus est. cf. Epist. I. 16. 67. At graviter reprehendunt Horatium T. Faber, Dacer. aliique, quod haec omnia, inde a v. 34. non Lollio, sed *animo* eius attribuuntur, & inprimis *animum consulem*, *vindicem*, *iudicem*, item *vultum animi*, ferre non possunt. Sed in his ipsis magna poëtae doctrina continetur. Nam cum saepius sermo priscus *animo* tribuit, quae hominis sunt, tum e Virgilio, Livio, Tacito, Seneca & aliis, *animum contemtorem* (Virg. Aen. IX. 205.), *victorem*, *regem*, *rectorem*, *dominum*, *liberatorem populi Romani* (Liv. I. 56.), *aestimatorem*, *contemplatorem*, *admiratorem*, *corruptorem*, *proscriptorem*, *censorem*, Bentleii diligentia protulit. Itaque multo magis lyricam audaciam, hîc inprimis, decebat, *animum* sic persona quasi induere, facere eum *consulem*, *vindicem*, *iudicem*, *imperatorem*, *victorem*. Nam in eo ipso, quod non Lollius, sed *animus*, pro subiecto est omnium attributorum, & exquisitiorem rationem conversionemque universae sententiae, & vero excelsiorem nisum lyricum, dignum hac sensuum gravitate & sublimitate, facile agnoscat, si cui ingenium poëticum sit. Idem & ad *altum vultum* pertinet, qui praeclare nunc *animo* datur, non simpliciter, sed quatenus semel *iudex* est, & sic omnia iudicis attributa sumere potest. v. Bentl. Bene etiam Sanad. comparat III.

Nomen beati, qui Deorum
Muneribus sapienter uti,
Duramque callet pauperiem pati,
Peiusque leto flagitium timet,
Non ille pro caris amicis
Aut patria timidus perire.

CAR-

52. *periret* aliquis ap. Fabr. & noster Helmst. *peribit* duo Blandd. Cruqu. Mentel. a m. pr. Lips. 1.

III. 4. 68. Ceterum virum, qualis his in vv. describitur, vel ipsa hac tali virtute sua plurimorum in se invidiam concitare potuisse, facile intelligitur.

45 sqq. Subito ab elogio Lollii ad sententias morales ac generales deflectere videtur oratio: sed his ipsis elogium illud doctissime continuari, iisque proprios ipsius Lollii sensus, propriam ipsius imaginem, exemplum harum virtutum omnium, exprimere voluisse poëtam puta. At quam admirabilis haec, quam & exquisita & elegans orationis conversio! cum vulgaris ratio esset: „tu non beatus es divitiis, aut iis beatum quemquam esse putas, sed dives ac beatus es eo, quod *calles* cet. Omnia constituunt excelsam viri sapientis imaginem, e stoicae philosophiae notionibus expressam. — *non vocaveris recte*, non ille vere beatus est ac dives. — *occupat*, accipit, sibi vindicat; ille verius beatus appellabitur. Eleganter autem *recte* - *rectius*. — *callet uti*, uti scit, utitur. — *munera D.* h. ea, quae illi dant Dii ac offerunt, non sollicitanti aut cupienti. — 49. sin ei Dii negaverint opes, didicit etiam vel paupertatis incommoda ferre. cf. III. 2. 1. *duram*, quae & ipsa dura, & duros facit homines. — 50-52. Alti sanctique sensus! — *peius*, magis. — 51. *non timidus*, paratus ad moriendum, si ita res & necessitas tulerit. Cf. III. 19. 2. *non ille timidus*, exquisitius pro, neque timidus est. Np. pendent omnia a *qui* v. 47. Cf. not. ad I. 9. 16.

CARMEN X.

ARGVMENTVM.

Venustissimum, ab exornatione quidem lyrica, odarion; ipsum enim argumentum a nostris hodie moribus plane abhorret. Amat Horatius formosum puerum Ligurinum *(de quo & sup. I. 33 sqq.)*, sed nimis superbum eumdem atque ab amore alienum. *Illum igitur flectere & movere ad amandum studet una & simplici sententia.* Caducus hic flos aetatis & formae tuae ubi aliquando perierit, sera subibit te arrogantiae tuae spretarumque amoris deliciarum poenitentia. *Sed profecto insignes, in hac brevitate, parvus hic lusus virtutes poëticas habet. Primum enim sententia illa ita tractatur ab Horatio, ut universum carmen plurium, qui in poëtae animo essent, sensuum affectuumque quasi eruptio sit. Quis non emicantes undique amoris igniculos, quis non doloris, aegritudinis, indignationis, quis non inprimis in vaticinio isto, de peritura Ligurini pulchritudine, miserationis atque invidiae molles motus videat atque agnoscat? Atque eo ipso, quod* affectibus, *qui quidem insunt in amore, animata sunt & calent omnia, deinde, quod orationis etiam poëticae exquisitior ac generosior, quam in alio genere, & ornatus & conversio est, eo ipso igitur, ut* lyricum carmen *hoc esset, factum est. Itaque hoc odarion illustri exemplo est tam universae lyricae poëseos naturae, quam, quomodo ex unica sententia ode fieri possit. Deinde quem non delectet carminis nostri, in hac tali, quam diximus, cultus lyrici dignitate, naturalis illa & simplex venustas ac suavitas? & vicissim, in hac simplicitate, dignitas illa, qua levitas argumenti nobilitatur, ac doctrina lyrica? Tum & numerorum poëticorum languida illa & mollis elegantia quem tandem non permulceat? Denique non possumus non magna voluptate affici, cum videmus, Horatium (vel, quicumque illi ante oculos fuit, vatem) illos tales sensus affectusque sic ex natura & veritate & concipere & imitari atque exprimere potuisse; quod semper primarii poëtae ingenium & phantasiam prodit. Cf. Argum. I. 8. III. 9. Nam ne quaeso credamus, aut ex hoc quidem carmine colligamus, vere amatum Horatio Ligurinum fuisse. v. Argum. IV. 1. Accedit, quod multa sunt in carminis habitu, quae e graeco exemplo illud expressum arguere possint. v. Observatt. Sed illud de peritura Ligurini forma tam varie accipitur a viris doctis, ut universum carmen perverti fere & loco suo moveri soleat. Plerique referunt ad senectutem omnia; sed obest his v. 2. ubi v. not. Alii cogitant de aetate adulta & virili, qua & barba veniat, & apud Graecos Romanosque pueri tonsi fuerint. Sed cum per se durius est, exponere verbum „decidere„ de comis tonsis, tum quis non malit de sponte cadentibus, hoc in argumento nexuque & poëtae consilio, accipere? Neque necesse est, adultior aetas afferat „faciem hispidam„, quam alio, atque ad barbam, pertinere videbimus. Igitur aliquando suspicabar, pingi vv. 2 -- 5. puerum exoletum, amoribus non amplius aptum, turpique flagitio corruptum ac perditum. Mature enim tales, ac vel iam anno XVIII, senescunt, comas amittunt, accipiunt faciem*

ciem & cutem deformem rugosamque, in qua tenues pili, ut in anicularum facie, nascuntur; quos quidem „plumam„ dici putabam. Sed post abieci hanc opinionem, primum, quia ex v. 1. item 7 & 8. ab omnibus amoris deliciis alienum, & sic minime pathicum fuisse Ligurinum, atque igitur, nunc certe, nullum tale vaticinium in eum cecidisse, intelligitur; deinde, quia valde ineptum esset, puero, ad amorem movendo, picturam proponere, qua illum vel maxime absterreri ab amore oporteret. Haerent viri docti inprimis in eo, quod versum 2, si de barba accipiatur, non satis cum sequentibus convenire putant. Sed quid tandem cogit nos, omnes hos pereuntis formae colores in unum temporis punctum conferre? cum neque uno tempore aut subito, sed paullatim, forma pereat. Horatius universum illud: „ubi pulchritudo tua aliquando defloruerit„ cum, ut poëta, per speciales ideas exprimere vellet; sine respectu ad certum tempus, nonnulla formae damna, quandocumque tandem eventura, recenset. & simpliciter pulchro Ligurino ostendit Ligurini deformis imaginem; *quae ratio quantam & vim & evidentiam habeat, videre facile est. Denique comparent cum hoc carmine studiosi Theocr. id. κϑ. 19 sqq. Propert. III. 25. 11 sqq.*

AD LIGVRINVM.

METRVM II.

O crudelis adhuc, & Veneris muneribus potens,
Insperata tuae quum veniet pluma superbiae,
Et,

1. O *formosus* edidit Sanad.. nulla reddita ratione, haud dubie solo castitatis studio. Cum enim, quod ex omni illius commentario intelligitur, verum carminis argumentum celare vellet, eo ipso consilio, satis infeliciter inepteque, *crudelis* mutavit in *formosus*. 2. *bruma* (h. aetas provectior) coni. Bentl. & edidere Sanad. Sivr. Primum ferre non potest Bentl. „plumam„ pro barba. Deinde putide & absurde post barbam denuo memorari illi videtur „facies hispida„. Sed hanc nil iubet ad barbam re-

1. *crudelis*, cf. sup. 1. 40. Virg. Ecl. II. 6. — *adhuc*, suaviter! erit aliquando tempus, ubi non amplius sis. — *Veneris munera*, omnia, quibus aliquis placet, amoremque inspirat, flos aetatis, pulchritudo, color, coma, formae venustas, morum gratia. Est e Gr. δῶρα Ἀφρο-

Et, quae nunc humeris involitant, deciderint comae,
Nunc & qui color est puniceae flore prior rosae,

Mu-

referri. v. ad v. 5. Denique e „ bruma, comis decidentibus, hispida facie„ venustam allegoriam exsculpit, quam illustrat ex IV. 7. 2. II. 9. 1. quod sane, si quid umquam, argutari est. Valde friget etiam h. l. *bruma* illa Bentleiana: certe eam inferri nihil nos cogit; nam optime habet vulgata lectio. v. Obss. item Argum. Neque profecto, levem appellandam esse talem aberrationem, si *brumam* in *plumam* mutarint librarii, satis intelligo. — *umbra* (h. lanugo) coni. With. e Claudian. Eutrop. I. 343. Stat. Theb. IV. 336. dure admodum, & contra metrum. —, *poena* coni. idem With. 4. *puniceo* emend. Gun. & sic Sanad. Bene habet *puniceae*.

'Αφροδίτης, Hom. Il. γ. 54. *potens*, insignis his muneribus, iis plurimum valens. — 2-5. Sensim pereuntis formae pictura (de qua v. Arg.) incipit a primo illius damno, barba, eiusque prima lanugine, pulchritudini puerili inimica. v. Martial. I. 32. 5 sq. Pro lanugine (χνῶ) *plumam* lyricus poëta dicere poterat, insolentius quidem, sed eo exquisitius, atque aperte e graeco πτίλον, quod ante oculos fuit, & tam plumam, quam lanuginem s. tenues mollesque pilos, significat, ut notum. — *insperata*, nec opinata, maturius, quam timebas. Inest momentum, fruendi aetate, dum floret. — *veniet*, crescet, & quasi superveniet *tuae superbiae*; tibi tam superbo. Male Marcil. *plumam* expl. canitiem, ex Ovid. Tr. IV. 8. 1. nec melius Dacer. *cum pluma veniet superbiae*, cum avolaverit superbia tua, &, qua superbis, pulchritudo. De Bentl. v. V. L. — 3 sqq. Praeclare in his semper opponuntur invicem duae imagines, praesens Ligurini species & futura. Vnde suave ἦθος in *nunc*, eleganter etiam repetito. — *involitant* h. promissae circum humeros fluunt; more delicatorum. cf. III. 20. 14. V. 11 extr. — *deciderint*, np. sponte & per aetatem. Alii expl. tonsae fuerint, np. ob aetatem adultam, sive exoletam, vel domino uxorem ducente. v. Catull.

Mutatus Ligurinum in faciem verterit hiſpidam:
Dices, heu! quoties te in ſpeculo videris alterum,

Quae

5. *mutatis* Lipſ. 1 a m. pr. *mutaris* idem a m. ſ. *Ligurine* duo Torrent. cui valde placet. Et ſic dedere Bentl. Cun. Sanad. ut ſit: „& color mutatus, o Ligurine, in faciem hiſpidam verterit„ h. verterit ſe, verſus fuerit; ut Virg. Ge. III. 365. & ſaepius. Putant viri docti, compellandum fuiſſe Ligurinum, quo ſcirent lectores, hunc eſſe, ad quem carmen pertineret; quod miſerum iudicium quomodo Sanadono inprimis exciderit, miror. Deinde non videtur iis dici poſſe „color mutatus vertere Ligurinum in faciem hiſpidam„: in quo inprimis Bentl. ad faſtidium argutus eſt, dum, quomodo Ligurinus totus in faciem verti potuerit, non capit. Scilicet non perceperunt VV. DD. univerſae ſententiae vel doctiorem ſtructuram, exquiſitioremque converſionem, vel ſummam venuſtatem ac vim, ex omnium ceterorum codd. lectione, *Ligurinum.* v. Obſſ. 6. *in* abeſt a Pulm. 1. 2. 3. 4. Deſſ. 2. Fran. Helmſt. item Venet. 1478. Baſill. Torr. Fabr. Mur. Rutg. Rectius *in ſpeculo* ſeptem Lamb. duo Blandd. Cruqu. Bentl. 2. 6. & alii, Pulm. 5. Altt. Lipſ. 1. Mentel. Venet. 1492. Locher. Aſc. Heinſ. Steph. Fab. Dacer. Bentl. Baxt. Cun. San. Ion. Apte laudat Bentl. Virg. Ecl. II. 25.

Catull. LVIII. 136 ſqq. Martial. XI. 79. 4. Minus recte. v. Argum. — 4. *flos roſae*, roſa. v. II. 3. 14. III. 29. 3. — *puniceae*, purpureae. v. Virg. Ecl. V. 17. — *prior*, pulchrior. — 5. *mutatus*, quatenus defloruerit, perierit. — *Ligurinum*, pulchrum illum Ligurinum, pro *te*, at quam exquiſite, & ad venuſtatem, & ad πάθος! Cf. III. 9. 6 ſq. & 20. Eleganter etiam ac ſuaviter ſic velut ex obliquo proditur ille *crudelis*, ad quem carmen eſt. Sed obſervetur doctior compoſitio; *cum color mutatus*, h. cum hoc, quod mutatus fuerit & perierit color, *verterit L. in f. h.* vel, *cum color mutatus* fuerit, eaque res *Ligurinum v. in f. h.* pro vulgari: cum colore mutato L. verſus fuerit in f. h. Similis forma III. 24. 42. ubi v. not. item Liv. V. 29. *quia nocte oppidum captum liberam per averſa urbis fugam dederat:* & ſaepius. — *hiſpidam*, rugis horridam ac deformem.

V.

Quae mens est hodie, cur eadem non puero fuit?
Vel cur his animis incolumes non redeunt genae?

CAR-

v. not. ad II. 9. 1. Praeclare mox *speculum* tribuitur Ligurino, ut puero formoso ac delicato. cf. Martial. IX. 17. 1. item 18. 5. Igitur tempus fore dicitur, quo is in speculum suum inspiciens non videat amplius, ut olim, formosum illum Ligurinum, sed *faciem hispidam*. Sic senti summam venustatem in eo, quod Ligurinus verti dicitur in hispidam *faciem*. — 6. *heu*, non pueri, sed poëtae commoti vox. Cum sensum exquisitum & ἐνάργειαν in notione *speculi*, item in ipso *quoties*, tum vim venustatemque in serae poenitentiae oratione observa. — *alterum*, mutatum, e Gr. ἕτερον. Cf. Ovid. med. fac. 47. Claudian. Eutrop. I. 94. — 7. 8. Dixit iam Schol. Cruqu. expressos esse hos vv. ex Terent. Hec. I. 1. 17 sq. *Eheu me miseram! cur non aut isthaec mihi aetas & forma est, aut tibi haec sententia?* Nostrum l. imitatus Auson. epigr. 13. 5 sq. *Nunc piget, & quereris, quod non aut ista voluntas Tunc fuit, aut non est nunc ea forma tibi.* Similis etiam locus, licet alio in argumento, Hom. Od. π. 99. Αἰ γὰρ ἐγὼν ἔτω νέος εἴην τῷδ' ἐνὶ θυμῷ. — *mens*, sententia, sensus, np. obsequendum esse amori, dum licet, fruendumque eius deliciis. — *puero* mihi. — 8. *his animis*, mihi sic animato. — *incolumes*, florentes & integrae. Cf. etiam Tibull. I. 8. 77 sq.

CARMEN XI.

ARGVMENTVM.

Horatius ad celebrandum secum domi suae Maecenatis diem natalem invitat Phyllidem, *sibi amatam, cantricem haud dubie & fidicinam. Iam cum dies festus duobus contineretur apud veteres, religione s. sacrificio, & convivio; hinc primum* magnos sacrificii domestici atque epularum apparatus, qui domi suae fierent, *ita describit, ut mirifica in eo sit amoris ac pietatis in Maecenatem significatio.* Ad illius *enim* diem natalem pertinere hos tales apparatus, *praeclare tum demum proditur, postquam aucta est exspectatio, quid tandem sit, cur tam liberaliter poëta rem gerat. Sed erat Phyllis capta amore Telephi (de quo v. Argum. III. 19.), eoque minus obsecutura precibus Horatii, ad eumque ventura, videbatur. Hoc is ut impedimentum tollat,* per occupationem vetat illam cogitare de Telepho, qui, *ipse genere, forma, divitiis insignis, atque, ut credere licet, paullo superbior, etiam* alius puellae, *ditioris illius quidem, lascivioris, &, ut videtur, iunioris,* amore teneatur. Quare *ne nutriat diutius, sed* abiiciat spem amoremque, cuius nullum sit fructum perceptura, neque ad maiora, quam quae ipsi vel conveniant, vel speranda sint, adspiret: *quod quidem* Phaëthontis & Bellerophontis exemplis *graviter illustratur. Denique postquam sic amicam a Telephi amore abstrahere, in eiusque desperationem inducere poëta conatus est,* suum ipsius illi amorem integrum perpetuumque pollicetur, *eamque relicto, quo potiri nequeat, amatore, obvium paratumque, id est, se potius amplecti,* modoque iam de nulla alia re cogitare iubet, nisi ut veniat ad se, hilaritatique indulgendo, adversi amoris consolationem oblivionemque capiat. *Omnium primum ex hac statim descriptione elegantiam illam atque urbanitatem Horatianam, in adulando Maecenate, in Phyllide persuadenda, consolanda, erigenda, studiosi percipiant. Neque minus observent illam, qua summa carminis virtus continetur,* naturalem simplicitatem *tam sensuum, quam elocutionis. Cum enim facile agnoscitur per universam oden vegetus quidem, at non fervidus & iuvenilis, sed lenis sedatusque maturioris aetatis affectus, tum hunc praeclare decet nitidus quidem ac decorus, sed simplex idem ornatus, modestaque velut & placida venustas orationis poëticae, &, quae inprimis etiam in compositione atque structura cernitur, grata negligentia. Quibus omnibus numeri etiam poëtici suavissime respondent. — Ceterum vix assequor, cur Acro ad v. 21. posuerit: „Vtrum ad eamdem Phyllidem, an ad aliam loquatur, incertum est, quia non prodidit nomen„ & Porphyrio: „Ad mulierem loquitur, cuius nomen non ostendit.„ Equidem vel interpolando corrupta esse ista scholia suspicor, vel, forte iam tum fuisse, qui putarent, quod nuper putavit, suscepti semel erroris tenax, Cl. Sivrius, novam a v. 21. oden incipere: cum suus quemque sensus docere possit, nihil planius esse aut expeditius, ut vidimus, nexu hoc progressuque sententiarum carminis.*

Et quis tandem non intelligat, ut hoc addam, vel ipsum exitum, v. 31 sqq. aperte ad priorem carminis partem, instantemque convivii hilaritatem respicere? Sed iam ante Sivrium Sanadonus omnia ista inde a v. 21. non solum resecuit, sed etiam plane abiecit.

AD PHYLLIDEM.

METRVM XVII.

Est mihi nonum superantis annum
Plenus Albani cadus: est in horto,
Phylli, nectendis apium coronis:
Est ederae vis

Multa,

AD PHYLLIDA Venet. 1492. Locher. Ascens. AD PHYLLIDEM, DE DIE NATALI SVI MAECENATIS, QVI ERAT ID. APRILIS vet. inscr. ap. Torrent. DE DIE NATALIS SVI SIMVL ET MAECENATIS alii ap. Torr. vitiose.

1. *horreo* Locher.

1. Comp. cum hoc principio III. 29 pr. — *Albanum* vinum, in agro Albano proveniens, dulce & leve, ita excellens & generosum, ut soli Falerno cederet. v. Dionys. Hal. I. 12. Tertiam autem ei palmam, Setino etiam praelato, tribuit Plin. XIV. 6. Cf. Serm. II. 8. 16. Iuvenal. V. 33. Albanae uvae, Eugeniae dictae, olim a Tauromenitanis Siciliae collibus huc translatae erant. Plin. XIV. 2. Praeclare Horatius cadum tam nobilem, hucusque servatum, hodie vult relinere, . vinumque suum commendat cum a patria, tum a vetustate; nam *superat nonum annum*, novem & amplius annorum est. cf. Athen. I. 24. — 3. *nectendis*, ad nectendas *coronas* convivales. Valde turbat & argutatur Cruqu. in *apio*, dum constare putat e Plut. & Suida, lugubrem eam herbam fuisse. Sed cum multa sunt apii genera, quorum unum modo

Multa, qua crinis religata fulges.
Ridet argento domus: ara castis
Vincta verbenis, avet inmolato
Spargier agno.

Cuncta

5. Haerent VV. DD. in *fulget*, quia domi demum Horatii Phyllis coronanda fuerit, & sic nondum iam nunc fulgere dici potuerit. Igitur *fulgeas* (h. fúlgere possis) emend. vir doctus ap. Marcil. duabus posterioribus syllabis in scansione per synizesin contractis, cuius rei plurima exempla sunt. *fulgas* coni. Ianus Dousa, succidan, app. comment. in Hor. c. II. p. 676. cum antique sit „fú'gere„ (uti „férvere„) correpta media, ad tertiam coniugationem formatum, ap. Lucret. & Virgil. Pro *fulgas* idem Dousa proponit etiam *fulgis*, archaica coniunctivi forma, per *im*, *is*, *it*, ut *edim*, *is*, *it*. v. V. L. ad V. 3. 3. Si emendatione opus esset, hanc postremam ego praeferrem; sed bene habet *fulges*. v. Obss.

modo & alterum inprimis luctuosum esse potuit: tum plures plantae, haud dubie laetae, lugubrem subinde etiam usum ap. vett. habuere; ut myrtus, laurus, rosa, lilium. cf. Cl. Langguth. antt. plantt. feral. §. 9-13. Sufficit, quod coronae ex apio saepius ad hilaritatem convivii pertinent ap. poëtas. v. I. 36. 16. ibique not. II. 7. 24. Addo fragmentum Anacreontis, apud Athen. XV. 5. Ἐπὶ δ᾽ ὀφρύσσι σελίνων στεφανίσκους θέμενοι μέντοι θάλειαν νυν ἑορτὴν ἀγάγωμεν Διονύσῳ. (Ita lego, mutato ὀφρύσι in ὀφρύσσι, tum μέντοι & νὺν insertis; sunt enim ionici a minore.) Item Alcaeus, quem semper ante oculos habet noster, frequenter se apio coronari dixit, ut Acron tradit. Corona ex *apio* & *edera* etiam ap. Theocr. id. γ. 22 sq. — 4. *vis multa*, magna copia. — 5. *crines*, quod attinet ad crines, *religata*, ligata, coronata. — *fulges* dici putant Asc. & Baxt. pro, fulgebis, ille ab antiquo, fúlgere, hic per enallagen temporis. Alii (post Porphyr.) expl. fulgere soles. Malim sic: qua coronata *fulges*, enitescis, nitidior & venustior appares; quatenus inprimis eam decebat & ornabat edera, ideoque ab ea amabatur. Inest itaque sensus exquisitus.

6 sqq. In hac apparatuum descriptione observetur summa & elegantia & vero

Cuncta festinat manus: huc & illuc
Cursitant mixtae pueris puellae:

Sordi-

9. *festinant* emend. N. Heins. ap. Bentl. Durissime sane & prorsus contra morem Horatii. v. V. L. ad I. 24. 8. Sed ita amabat Heinsius illum talem loquendi modum, ut in editionibus suis, ubicumque posset, introduceret plurales numeros. v. Bentl. Interim *festinant* etiam Cun. e ms. atque ita & nostri Dess. 2. Lips. 4.

ἐνάργεια. Cf. Epist. I. 5. 7. & 21 sqq. Domus munda, nitida, laute & magnifice ornata & instructa hodie. Pro hoc universo unus color: *ridet*, splendet (v. II. 18. 2), *argento*, argentea supellectile, vasis argenteis. Similis, quamquam alio in argumento, versus Alcaei, ex Athen. XIV. 5. *μαρμαίρει δὲ μέγας δόμος χαλκῷ*. At obiicit h. l. paupertatem Horatii Dacerius, & inepte expl. ridet domus, tamquam argentum, argento contra. Sed cur non, in ipsa paupertate h. mediocritate sua, Horatius vasorum argenteorum aliquid habere potuit? Id omne hodie proferendum & exponendum putabat. Nil amplius. Vulgare erat: argentea vasa rident per domum meam. — *ara*, np. de cespite. v. ad III. 8. 4. — 7. *vincta*, redimita, coronata, *verbenis castis*, h. herbis & frondibus sacris. v. ad I. 19. 14. Nam *casta* omnia ea, quae ad religionem spectant. — *avet spargier*, spargi cupit, avide exspectat, ut spargatur *agno immolato*, h. sanguine eius (cf. Virg. Ecl. I. 7 sq.); pro vulgari: stat parata & aptata sacrificio.

9—12. Vividissima hypotyposis. Coram intuemur laboris plenam mixtamque tumultu domum Horatii; videmus fervere opus, festinare & concursare ministros, flammis collucere culinam. Gratissima fuerit oportet Maecenati, quae hac in pictura inest, adulatio. Praeclare etiam rei respondet ipsa sententiarum & numerorum veluti festinatio. Cf. autem Virg. Aen. I. 703-6. — *manum* Scholl. expl. turbam ministrorum. Malim proprie: *cuncta manus*, omnium manus *festinant*, σπεύδουσι, gnaviter operantur, acriter in labore occupatae sunt, instant labori. — 10. *cursitant*, discurrunt, concursant. — *mixtae p.* graphice, pro,

Sordidum flammae trepidant rotantes
Vertice fumum.
Vt tamen noris, quibus advoceris
Gaudiis: idus tibi sunt agendae,
Qui

11. *crepitant* coni. Bentl. primum, quia „trepidandi„ notio iam insit in verbo „rotantes„, si quidem „trepidare„ de motu flammarum tremulo accipiatur. Hoc quidem ego non assequor; duae enim diversae mihi videntur esse imagines, flammarum motus, & rotatio fumi. Deinde addit, si „trepidare„ ita explicetur, ut ipsarum flammarum festinatio & quasi studium declarari putetur, hanc admodum ieiunam ac frigidam fore ideam. In quo profecto verus est; sed quid tandem necessitatem nobis istius talis explicationis imponit? Denique, more suo, magnam locorum vim adnumerat, quibus *crepare* vel *crepitare* ignem dici posse doceat; de quo nemo mortalium dubitaverat. Quare retineamus quaeso *trepidant*, quae non solum bona lectio est, sed etiam hactenus elegantior, quod nunc utraque imago, & flammarum, & fumi, ad visum adspectumque pertinet; cum e Bentleii emendatione altera oculis, altera auribus usurpanda sit. Cf. ad I. 13. 2. Interim *crepitant* sane habent Alt. 1 in contextu, & 2 pro var. lect. Omnino enim facile permutata a librariis *trepidare* & *crepitare*. Ceterum h. l. apparet, Bentleii iudicium quam fuerit subinde dissimile & velut immemor sui. Nam in locis Prudent. peristeph. VI. 100. Senec. Oed. 383. Thyest. 767. ea de caussa praefert *trepidare*, quia ipsi foci prae horrore & metu trepidantes fingantur; contra nostro l. nihil perterrefecisse culinam Horatii, & vel ideo *crepitant* melius esse, putat. Talia dicere poterat, qui paullo ante, flammarum festinationem, inanem & frigidam figuram, recte quidem, appellasset. 13. *Et tamen* Fran. *advocere* Cun. San. Ion. haud dubie metu homoeotelevti. Sed v. V. L. ad I. 2. 1.

pro, pueri & puellae. — 11. *trepidare* de quacumque celeritate & festinatione ap. poëtas est, ut II. 4. 23. h. l. de celeri flammarum motu. *rotantes*, h. circumagentes, in orbem volventes *fumum* in *vertice* culinae; quatenus ibi maxime fumi turbines conspicui sunt. Vulgare erat: fumum in altum agentes s. glomerantes. — *sordidum*, nigrum. — At quam ἐναργῶς expressa imago, velut in picta tabula!

13. Praeclare, maxime intenta iam exspectatione, quo tandem isti tanti apparatus per-

Qui dies menſem Veneris marinae
 Findit Aprilem:
Iure ſollemnis mihi, ſanctiorque
Paene natali proprio, quod ex hac
Luce Maecenas meus adfluentis
 Ordinat annos.

Tele-

16. *findat* Lipſ. 2.

pertineant, declaratur, idque ſenſim, & per elegantem orationis inflexionem. *gaudia* pro feſto genialiter agendo; ut inf. 12. 21. — *quibus*, ad quae. — *Idus* Apriles *tibi* apud me *agendae*, celebrandae *ſunt.* Pro *Apriles* ornate ſunt vv. 15. 16. Concinnitatem periodo tribuit tranſitio, *qui dies.* — *Veneri* ſacer Aprilis, ut notum. v. Macrob. Sat. I. 12. Varr. L. L. V. 41. — *marinae*, III. 26. 5. — *findit*, dividit, in duas partes prope aequales. Reſpicitur etymon *iduum*, ab etruſco *iduare*, h. dividere. v. Macrob. Sat. I. 15. Graeci dicunt διχόμηνα σελήνην, διχομηνίδα ἡμέραν.

17 ſqq. Pro commentario eſt locus elegans Cenſorin. de die nat. c. 3. ad Q. Cerellium: *Cum ſinguli homines ſuos tantummodo proprios colant natales; ego tamen duplici quotannis officio huiusce religionis adſtringor. Nam cum ex te tuaque amicitia honorem, dignitatem, decus atque praeſidium, cuncta denique vitae praemia recipiam; nefas arbitrer, ſi diem tuum, qui te mihi in hanc lucem edidit, meo illo proprio negligentius celebravero: ille enim mihi vitam, hic fructum vitae atque ornamentum peperit.* — 18. *paene*, pro adulatione vitanda, inquit Acr. addo etiam, impietate. — *ex hac luce*, ab hoc inde die *ordinat* h. computat, numerat *annos* ſuos. Periphraſis diei natalis. — *affluentes*, accedentes, ſuccedentes. Cum enim ſollemne *fluere* de tempore & annis, tum *affluunt* anni, qui veniunt & ſuccedunt. Sed ineſt etiam notio copiae & numeri annorum Maecenatis, qui tunc iam ſenior eſſet, aeque ac Horatius.

Telephum, quem tu petis, occupavit,
Non tuae sortis iuvenem, puella
Dives & lasciva, tenetque grata
Conpede vinctum.
Terret ambustus Phaëthon avaras
Spes: & exemplum grave praebet ales
Pegasus, terrenum equitem gravatus
Bellerophontem;

Sem-

21. Nova hinc ode ap. Sivr. v. Argum. *Telephon* Mancin. Cun. Post *occupavit*, item post *iuvenem*, comma ponendum. v. Obss. 24. *iunctum* Fran. 27. *Pegasos* Cun. *Tyrrhenum* Lipss. 1 a m. s. 4. facili lapsu. 28. *Bellorophontem* sollemnis error. *Bellerophonten* T. Fab. Bentl. Cun. Baxt. tamquam exquisitiori forma, a recto „Bellerophontes„. Sed omnes codd. mss. habent *Bellerophontem*. v. V. L. ad III. 4. 27. & 29. 17.

21. Transitus ad *Telephum* (v. Argum.), isque praeclare subitus, pro vulgari: ac ne forte ad me venire dubites, Telephi eiusque amoris caussa, scias & cogites velim cet. — *petere* proprium de amantibus verbum. — *occupavit*, praecepit, ut nulli alii amori vacet. Iunge, *Telephum*, *iuvenem non tuae sortis*, i. conditionis & fortunae. Erat enim genere & divitiis florens. Cumulantur momenta desperandi. — *lasciva*, non sensu rudi, sed, iocosa, hilaris, petulans. Inest simul notio iuvenilis aetatis. Phyllis enim aetate iam provectior, per eamque gravior ac tristior fuisse videtur, & sic minus placuisse Telepho. — *grata*, *compede*, v. I. 33. 14.

25. Stultum & periculosum est, maiora, quam quae tibi conveniant, vel concupiscere & affectare, vel sperare adeo. Hoc graviter & vere lyrice exornatum. *Phaëthon* cum Solis se filium esse cognosset, patrisque inviti currum regere volens, caelum terramque in-

Semper ut te digna sequare, &, ultra
Quam licet sperare nefas putando,
Disparem vites. Age iam, meorum
Finis amorum, –

Non

29. *Semper* & Ascens. *Semper vitae* Pulm. 2. pro varia lect. 30. *Quemlibet* Lips. 4. 31. *dispares* Lips. 4.

incendisset, Iovis irati fulmine ictus in Eridanum fluvium decidit. Nota fabula ex Ovid. Met. II pr. cf. Lucret. V. 398 sqq. — *ambustus*, docte pro, fulmine tactus, & *Phaëthon ambustus*, pro, casus s. exemplum Phaëthontis ambusti, *terret*, terrere & praemonere potest ac debet *spes avaras*, pro, eos, qui spes avaras concipiunt, h. nimias & immodicas, dum ad maiora, quam licet, adspirant; quatenus proprie *avarus*, qui nimium cupit. — *grave e. pr.* graviter exemplo suo monet, *semper ut te* cet. — *Bellerophon*, de quo v. ad I. 27. 24. III. 7. 13. cum denique, secundis rebus elatus, Pegaso domito vectus, in caelum evolare vellet; Iuppiter oestrum immisit Pegaso, ut illum excussum in terram deiiceret. Pindar. Isthm. ζ. 60 sqq. ubi & idem fabulae usus est. *ales*, alatus, πτερόεις. — *gravatus*, βαρυνόμενος, graviter ferens, portare nolens *terrenum equitem*, h. mortalem, cuius esset, in terra vivere, non ferri per aëra, aut in caelum. Sic omnis sententiae vis in uno epitheto est. Docte etiam *gravatus*, pro consequenti, excussit, ἔῤῥιψε, Pindar.

29 sqq. Praeclara conversio; tamquam Phyllidis inprimis caussa ista accidissent. — *sequi* pro cupere, petere, amare. — *te digna*, tibi apta & convenientia. Proprie esse debebat, *dignos*, amatores tibi convenientes. Cf. I. 34. 12 sq. — 30. *nefas putando*, dum nefas putas, tibi numquam indulges, *sperare* h. appetere, cupere, *ultra quam licet*, maiora, quam licet & convenit. 31. *disparem*, tibi non convenientem. Cf. not. ad I. 33.

Non enim posthac alia calebo
Femina, – condisce modos, amanda
Voce quos reddas: minuentur atrae
Carmine curae.

CAR-

35. *minuuntur* unus Bersm. Acr. mſ. ap. Bentl. Atque ita Mur. Heinſ. Cun. Sivr. Sic esset gnome. Sed aptius *minuentur*, ut ad ſolam Phyllida ſententia pertineat.

33. 10. — *vitare* pro, non petere, animum inde abſtrahere. — *age iam*, ſed iam, quaeſo, miſſis his & omnibus aliis curis, modo de convivio cogita. Gratus in hoc tranſitu vigor, & ſuave ἦθος, ad excitandam & erigendam puellam. — *finis*, quam poſtremam amare conſtitui. Tenerum πάθος in his. Simillime Propert. I. 12 extr. *Mi neque amare aliam, neque ab hac discedere fas eſt, Cynthia prima fuit, Cynthia finis erit.* — 33. *calebo*, I. 4. 19. T rpis calumnia Dacerii, Horatium hoc verſu, pueros ſe in poſterum amaturum, declarare, refutatione plane indigna eſt. — 34. *condiſce modos*, diſce carmina, in convivio meo canenda, ad citharam ſcilicet. Quibus puto Phyllidem non tam iuberi nova carmina diſcere (id enim nunc ſerum fuiſſet), quam modo iam nota domi interim exercere & revocare in memoriam, ſeque ſic praeparare canendo. — *amanda*, amabili. — 35. *reddas*, canas, quatenus didicit. Cf. ſup. 6. 43. — 36. *carmine*, h. canendo, *curae*, np. ex improſpero amore Telephi.

CARMEN XII.

ARGVMENTVM.

Tertium hoc Horatii carmen est, verno tempori sacrum, cum duobus superioribus, I. 4. IV. 7. diligenter a studiosis comparandum. Summa argumenti omnibus communis est. Cf. Argumm. cc. ll. Iucundo hoc veris adulti *(id enim declarari apparet)* tempore voluptati ac laetitiae indulgendum esse monet Virgilium, ideoque eum ad convivium invitat, sed de symbolis *(v. ad v. 16.)*; dum ipse vinum dare vult, Virgilium unguenta adferre iubet. *Sed quis ille Virgilius sit, magna lis inter Intpp. est. Facile omnium primum in mentem cuique venit Virgilius poëta, amicissimus, ut notum, & familiarissimus Horatii. Verum ad hunc quo minus carmen referatur, varia intercedere momenta multis videntur. Colligunt ex vv. 16. 22. 25. istum Virgilium hominem negotiis, quae ad lucrum spectarent, implicitum, hoc est, mercatorem vel negotiatorem fuisse; dum illis inprimis „studium lucri„ a sacro vate Virgilio prorsus alienum videtur. Iam Acron & Comment. Cruqu. diserte: „ad Virgilium negotiatorem„: nisi quidem spuria scholia sunt. Secuti illos plurimi alii; inter quos fuerunt adeo, qui contenderent, myropolam s. unguentarium hunc Virgilium fuisse, quia ad convivium attulerit nardum, illius „mercem„ a poëta dictam: tamquam vel eum, qui unguentum pro symbola det, ideo pro unguentario haberi, vel mercem sic proprie accipi, necesse sit. v. ad v. 22. Ridicule iidem Intpp. clientem nobilium iuvenum (v. 15.) intelligunt eum, a quo iuvenes nobiles unguenta emere soliti sint. Denique neque ipsum illud „studium lucri„ ita necessario, ut putant viri docti, mercatorem designat. v. Obss. ad v. 25. At obiicit amplius Gesnerus, nihil hic esse, quod magis ad poëtam, quam ad quemvis Horatii familiarem pertineat. Sed facile ex hoc quidem argumento negare etiam possis, oden I. 3. ad Virgilium poëtam potius, quam ad quemvis alium, & vel mercatorem etiam, spectare. Verum addit etiam idem Gesnerus, nihil hic esse, quod spiret talem amicitiam, qualis Flaccum Maroni coniunxerit. Si cogitavit de molli & exquisito amicitiae affectu, effusisque amoris sensibus; vere sane locutus est, nihil tale hic reperiri. Sed quis quaeso omnia, quaecumque ad amicum amicus scribat, illum talem affectum spirare cupiat ac postulet? Nonne etiam subinde iocantur inter se amici, eoque ipso produnt, quae inter ipsos intercedit, amicitiam ac familiaritatem? Est hic ille locus, ut ita dicam, unde adspici carmen nostrum debeat. Protulit illud hilaritas, quae solet in iocos potius, quam in teneros mollesque sensus effundi: igitur his quidem non erat hic locus. At hilarem iocandi animum quis non inde a v. 13. ubique emicare videat? Quis non ex ipsa iocandi ratione familiarissimam, quae esset inter hunc Virgilium & Horatium, consuetudinem intelligat? Cui denique hilaris ille & iocosus carminis (a v. 13 quidem) habitus & quasi character, non persuadeat, etiam illa ipsa de clientela, de merce, de studio lucri, quae per seriam, quam prae se ferunt, speciem*

viris

viris doctis imposuerunt, pro facetiis habenda esse, ex eo genere, quod, cum peculiari alicui obscuraeque rationi atque occasioni debeatur, facile in errorem inducere soleat? Satis fuerit, si probabilem coniecturam ad explicandos illustrandosque eiusmodi sales interpres attulerit. — Sed cum docuisse mihi videor, nihil certe impedire, quominus ad Virgilium poëtam carmen scriptum credatur, tum sunt etiam, quae, ut credatur, suadeant. Horatius plenus laetitiae, iucunde & hilariter epulari volebat cum amico hodie. Cui tandem probabile sit, illi Virgilium mercatorem aliquem, cui omnino generi minime faveret, vel unguentarium adeo, vel alium quemcumque Virgilium, potius, quam Virgilium poëtam, familiarissimum suum, in mentem venisse? Deinde convenientius Virgilio poëtae, quam mercatori, est etiam hoc, quod & iuvenum ille nobilium clieus dicitur, & saepius eum divitum mensis adhibitum fuisse, ex v. 24. apparet. Denique longe etiam gratius & suavius, ex meo quidem sensu, odarion est, si ad vatem Virgilium pertinere putetur. Videmur nobis, ut exemplo domestico utar, Rabenerum ad Gellertum suum scribentem cum eoque liberaliter iocantem legere. — Quibus omnibus de caussis ad poëtam Virgilium *hoc referre carmen, cum id fieri neque vetet quidquam, & plurimae rationes suadeant, nullus amplius dubito. Consentiunt mecum in re summa H. Stephanus (diatr. IV. p. 74 sqq.), Dacerius, Baxterus, Bentleius, Sanadonus; quamquam in singulis non potero non subinde ab iis recedere. — Carmen ipsum in naturali simplicitate ac facilitate tam sensuum, quam compositionis atque universae elocutionis, exquisita doctaque enitescit venustate ornatus poëtici; in quo & graeci interdum exempli vestigia sunt. Sed summa illius virtus primum, a principio quidem, in imaginum, quibus vernum tempus exprimitur, suavissima amoenitate & gratia, deinde, a v. 13. in liberali iocandi urbanitate & suavitate cernitur; quatenus inter iocosa antiquitatis carmina principem aliquem locum obtinet. — Ceterum memorare lubet, se ipsum superasse hoc in odario tractando Cl. Sivrium. In duas illud odas dissecuit, quarum primam, v. 1-12. ait esse descriptionem veri[illegible]e graeci Asiae minoris poëtae carmine latinam factam; quam in opinionem eum inprimis „animae Thraciae„ impellunt: alteram, inde a v. 13. esse* ad sodalem advenam *(ita inscripsit), mercatorem Asiaticum, C. & L. Caesaribus ab extero quodam rege commendatum; qui aliquamdiu Romae commoratus, iam tempore ortus Vergiliarum s. Pleiadum abitum inde parans, coenam Horatio, valedicendi caussa, condixerit. Igitur Horatium, ut ab illo nardi onychem hac occasione extraheret, vinum suum ita absumtum, ut emendus sibi cadus sit, simulasse. Quid est, magnum Apollinem esse, si hoc non est? v. etiam V. L. ad v. 13.*

AD

AD VIRGILIVM.

METRVM XVIII.

Iam Veris comites, quae mare temperant,
Inpellunt animae lintea Thraciae:
Iam nec prata rigent, nec fluvii ſtrepunt
Hiberna nive turgidi.

Ni-

AD VIRGILIVM DE VERE Locher.
AD VERGILIVM DE VERE Venet. 1492.
AD VIRGILIVM DE VERE ET CONVIVIO Aſcenſ.
AD VIRGILIVM VNGVENTARIVM Mentel.
AD VIRGILIVM VNGVENTARIVM, VERIS DESCRIPTIO PARAENETICE tres Torrent.
AD VIRGILIVM NEGOTIATOREM ſ. MYROPOLAM editt. nonnullae. De his talibus inſcriptt. v. Argum.

1. *Veris*, maiusculo *V*, nam eſt Hora ſ. Dea, cuius comites Ornithiae, ipſi quoque numina. 4. *H. n. candidi* Lipſ. 4.

1. *Iam* elegantem uſum habet de laeto diuque exoptato tempore, ubi & repeti ſolet, ut hîc v. 3. cf. Virg. Ecl. IV. 4 ſqq. — *anima* docto & priſco vocabuli uſu, pro vento, inprimis pro aura leni & ſecunda. v. Lucret. V. 237. 1229. Virg. Aen. VIII. 403. & conf. Non. IV. 2. — *Thraciae*, e Thracia flantes. Fere putant, innui Zephyros ſ. Favonios, quos *Thracios* dici exemplo Homeri, Il. *ι*. 5. ubi Zephyrus Θρῄκηθεν flat. Eam imitationem ut ineptam reprehendunt T. Faber (epp. II. 24.), Dacer. & Harduin. quia Homerus quidem, in Aſia minore vivens, & reſpectu vel maris Aegaei, vel Propontidis, Zephyrum Thracium dicere potuerit, Horatius in Italia & Romae non item. Reſpondent Torrent. & Sanad. non ad regionem caeleſtem id referendum, verum eo, quod Thracia omnium ventorum patria ſit. Sed omnia haec perperam dicuntur. Potius declarantur venti, qui vere ineunte, inde a medio Februario, flare

Nidum ponit, Ityn flebiliter gemens,
Infelix avis, & Cecropiae domus
Aeternum opprobrium, quod male barbaras
Regum est ulta libidines.

Di-

5. *Itym* Lipf. 3. 4. Basill. Ald. Asc. Fabr. *Ithym* Venet. 1492. Locher. Recte ceteri *Ityn*. 6. *Cecropidae* cod. Laurent. Torr.

flare incipiebant, Chelidoniae f. Ornithiae Romanis dicti, quibuscum & hirundo veniebat. Hos Ornithias perperam Plin. II. 47. ad Zephyros refert, rectius ad ventos septentrionales Aristot. de mundo p. 99. & Colum. XI. 2. 21. *X Calend. Martii venti septentrionales, qui vocantur Ornithiae, per dies triginta esse solent, tum & hirundo advenit.* Praeclare cum his carmen nostrum convenit. Cogitandi Aquilones (*Nordostwinde*), sed lenes ac placidi, grati in terris calidioribus, tam vere, quod iam Martio mense satis ibi fervidum est, quam aestate, ubi etesiae dicti, ut vere Ornithiae. Lucret. V. 741. *etesia flabra Aquilonum.* Non iudicanda talia e nostri caeli natura, sub quo Aquilones ingrati sunt, nec nisi Zephyri ad veris amoenitatem pertinent. Recte autem Ornithiae *Thracii* dicti Romano, cui versus Aquilonem Thracia esset. Denique per Ornithias & hirundinem non solum novum, sed etiam adultum ver, a *poëta* inprimis, declarari posse, facile apparet. Comparent adolescentes I. 4 pr. IV. 7 pr. copiamque ingenii Horatiani observent. — *comites Veris*, v. V. L. & ad I. 25. 19. — *temperant*, tranquillant, ut nunc denuo navigabile sit. *impellunt*, inflant, intendunt. *lintea*, vela, λίνα. Informo mihi Tiberim frequentem navibus, in mare pacatum iam rursus exituris, velaque secundo Aquilone turgentia, & hinc ducta pictura usum poëtam, puto pro vulgari: flant Ornithiae. Cf. omnino I. 4. 2. ibique not. — 3. Describitur ab opposita hiemis deformitate, & sic praeclare augetur, veris amoenitas; plane ut I. 4. 3 sq. — *rigent*, horrent glacie & nive. cf. l. l. — *turgidi strepunt*, pro, turgidi sunt, turgent. v. sup. 4. 3. ibique not.

5 sqq. Hirundo, veris nuntia & comes, *nidum ponit.* Colum. l. l. *tum & hirundo ad-*

Dicunt in tenero gramine pinguium
Custodes ovium carmina fistula,

De-

9. *Ducunt* Alt. 1.

advenit. Cf. Epist. I. 7. 13. At hirundinem videns, eiusque vocem audiens, poëta non ut vulgus, sed ut *poëta*, videt auditque, dum sensus poëticos & fabulosos concipit. Pandioni, Athenarum regi, duae erant filiae pulcherrimae, Procne & Philomela Procne nupta Tereo, regi Thraciae, sive, ut alii, Phocidis, sive utriusque, certe sedem habenti in Phocidis urbe Daulide. Aliquanto post Procne Tereum rogabat, ut Athenas iret, sororemque Philomelam, cuius videndae desiderio arderet, ad se deduceret. Profectus Tereus Philomelam, patris cum venia, secum ducit, eiusque amore incensus barbarus, in itinere in arcem desertam tractam vi comprimit, linguaque exsecta ibi relinquit, ad coniugemque reversus, in via mortuam esse simulat. Sed Philomela candidam telam, cui purpureis notis intexuisset fortunae suae historiam, ad Procnen clam perferri curat. Ea per speciem Bacchanaliorum, mox forte celebrandorum, magno comitatu ad arcem illam excurrit, sororemque liberatam secum adducit in regiam. Ibi, ulciscendi caussa, Ityn filiolum, quem habebat ex Tereo, trucidatum apponit epulandum patri, cui mox Philomela caput filii in faciem iniicit. Ille in furorem versus stricto gladio cum sorores persequeretur, ipse in upupam, Procne in hirundinem, Philomela in lusciniam, Itys in phasianum mutati. v. Ovid. Met. VI. 425-681. Pausan. I. 41. X. 4. Alii contra Philomelam in hirundinem, Procnen in lusciniam mutatam narrant; item aliis Pandion vocatur Pandareus, filiae eius Aëdon & Chelidonis, Tereus Zethus, Itys Itylus: omninoque valde variatur in mytho. v. Hom. Od. τ. 518 sqq Anacr. XII. 6. Virg. Ecl. VI. 79. Apollod. III. 13. Hygin. f. 45. Antonin. Liber. metam 11. — *flebiliter gemens* pertinet ad hirundinis vocem, querulam semper veteribus visam (v. Ies. XXXVIII. 14. Hesiod. ἔργ. 566.), atque a poë-

tis

Delectantque Deum, cui pecus & nigri
Colles Arcadiae placent.

Ad-

11. *Delectante* unus Bersm. Gott. Brod. Sax. Helmst. Zar. Gesn. Sivr. ut iungatur: *carmina*, *fistula delectante Deum*, cet. Ita legendum acriter Gesn. contendit, vel, si quis retinere velit *delectantque*, certe sic distinguendum: *carmina*, *fistula delectantque Deum*, cet. Movet eum hoc, quod dici posse negat: „dicere carmina fistula.„ Non debebat hoc tanto viro excidere, vel ob III. 4 pr. cf. etiam Virg. Ecl. I. 2. Recte omnes ceteri mss. & edd. *carmina fistula*, *delectantque Deum*, cet. — *Delectanteque dominum* Mentel. Mox *nigrae* Bentl. 13. & sic ille, item Cun. Sanad. Sivr. Compositionem viri docti sic elegantiorem esse putant. Mihi nigri colles melius placebant, quam nigra Arcadia, inprimis in tanto librorum consensu.

tis inprimis ad luctum de caede *Ityis* relatum. cf. Hom. l. l. 522. Catull. LXII. 14. Propert. II. 20. 5. III. 10. 10. 6. *infelix*, respectu illius fabulae. — *Cecrops* conditor & primus rex Athenarum, a quo omnes secuti reges, quamquam non orti illius genere, *Cecropidae* dicti. Vnde *Cecropia domus* h. l. universe pro Atheniensium regibus, eorumque familiis. 7. *opprobrium*, h. quae intulit *aeternum* opprobrium, numquam delendam infamiam, *domui C.* quia in ea tam crudelis & impia puella fuit. — *male ulta est*, h. nimium saeve & crudeliter; quatenus *malum* saepius pro nimio. — *barbaras libidines*, pro, barbaram libidinem: quod esse possit pro, libidinem regis barbari s. exteri; sed rectius, *barbaras* h. immanes, atroces: ut duo verba universum Terei scelus exprimant. — *regum* simpliciter aiunt esse pluralem pro singulari; sed quam ridicula foret talis enallage. Potius, cum sensus Romanus cum notione *regis* coniungeret illam hominis superbi, crudelis, immoderati, a quo semel conceptae libidines eo saeviores ac impotentiores essent, quo ipse assuetior esset imperiose & violenter agere; hinc h. l. barbarae libidines Terei *regis* (ut omnino proprie dicendum erat) doctius & fortius dicuntur libidines *regum*, regiae, quales regum ac tyrannorum esse solent. — 9. Cf. I. 4, 3. *Dicunt carmina*

h.

Adduxere sitim tempora, Virgili:
Sed pressum Calibus ducere Liberum
Si gestis, iuvenum nobilium cliens,
Nardo vina merebere.

Nar-

13. Nova hinc ode ap. Cl. Sivr. *Advexere* Alt. 2. *Vergili* nota varietas. Sed *vergili* (minusculo *v*) emend. Sivr. pro, vergilii, a *vergilium*, h. ortus Vergiliarum, quem ita dici posse ait (posse quidem, nam nusquam occurrit vocabulum), quemadmodum dicantur „aequinoctium, plenilunium, solstitium„: & expl. „tempora vergilii sitim adduxere„ h. cum vino ita providissem, ut tantum usque ad ortum Pleiadum suppeteret, nunc, cum id tempus adest, nullum amplius habeo.„ v. Argum. Equidem verbum non amplius addam. 15. *Sic* Dess. 2. 16. *mereberis* nonnulli Lamb. unus Bersm. Bentl. 1. 9. 18 item 13 pro var. lect. Mentel. Dess. 2. & sic ed. Bentl. quia dulcius aurem feriat, & Horatius hunc versum libentius claudat cretico pede, quam dactylo. Hoc posterius solo suo arbitratu Bentleium dicere, facile intelligat lector Horatii. Et quis illi dixit, postremas tres syllabas in *mereberis* creticum efficere? Denique vix apparet, cur aures praeferre debeant *mereberis*. Igitur auctoritatem ceterorum omnium librorum secuti retineamus *merebere*.

h. canunt *fistula*. — *in gramine tenero*, nuper nato, recubantes. — 11. *delectant* cantu suo Pana; pro hoc, *Deum*, *cui-placent*, pro, qui iis praeest. v. ad I. 21. 5. *nigri*, umbrosi. v. I. 21. 7. *colles*, ut Maenalus, Lycaeus.

13. *Tempora*, anni tempus. — *adduxere sitim*, festive, pro, invitant ad bibendum; nunc potandi tempus est. Cogitandum de Italiae caelo & vere calidiore. Cf. I. 4. 9 sqq. & v. Virg. Ge. III. 327. — *si gestis ducere* (I. 17. 22.), si bibere cupis *Liberum pressum C.* vinum Calenum. v. I. 20. 9. ibique not. — *iuvenes nobiles* qui h. l. sint, vix potest certo sciri; videtur enim poëta rem aliquam peculiarem innuere. C. & L. Caesares, Augusti filios, intelligi temporum ratio vetare videtur. Simpliciter accipiunt alii (ut Torr. Bentl. San.) de nobili iuventute Romana, cui Virgilius adamatus fuerit. Equidem, si tamen suspicioni locus est, intelligere malim Tiberium & Drusum

Nero-

Nardi parvus onyx eliciet cadum,
Qui nunc Sulpiciis adcubat horreis,

Spes

17. *eliciat* Lipſ. 4. 18. *Sulpitiis* multi; ſed eſſe debet *Sulpiciis*. v. Cellar. orth. lat. ed. Harl. T. I. p. 336. *occubat* unus Torr. Lipſ. 1 pro var. lect. ſed cod. 4. *occupat*. Valde arridet illud *occubat* Torrentio, item Baxtero, tamquam diu ſepultus quaſi iacuerit cadus in intimis horreis. Sed cui tandem hoc poſſit probari?

Nerones, Auguſti privignos, *nobiles iuvenes* κατ' ἐξοχὴν dictos, quibus cum gratioſiſſimum & familiariſſimum Virgilium fuiſſe conſtat, tum ſaepius apud eos coenaſſe, atque inprimis vino Caleno, quod prae ceteris amaret, ab iis excipi ſolitum eſſe ſuſpicio eſt: quae omnia lepide uno *clientis* nomine ſignificari puto. Vt ſit: libet mihi potare tecum hodie; ſed Calenum quidem vinum, cui palatum clientis ſui Nerones aſſuefecerunt, ſi bibere vis, unguenta te afferre oportet. Quem iam non delectet faceta & familiaris cavillatio, quae eſt in his vv. atque inprimis etiam in *iuvenum n. cliens?* De *nardo*, unguento pretioſo, v. ad II. 11. 16. — *merebere*, parabis tibi, iocoſe pro, apportabis, apportare debebis nardum, ut vinum contra accipias. Declaratur coena de ſymbolis, h. ad quam epulantium quisque aliquid confert, Graecis ἔρανος. v. Hom. Od. α. 226. ibique Schol. Comparent vero ſtudioſi inprimis Catull. XIII. ad Fabullum.

17. *onyx* (onychites etiam, item alabaſtrites dictus) marmoris carum & exquiſitum genus, naſcens in Arabia, Syria, Carmania, India & Aegypto, colore vel unguis humani, vel candido, varie tincto, vel, qui maxime in deliciis erat, flavo. Facta ex eo inprimis vaſcula unguentorum, quae optime in talibus ſervari credita. Vnde *onyx* pro vaſculo onychino ſ. unguentario. v. Plin. XXXVI. 7. 8. Dioſcor. II. 153. Iſid. XVI. 5. Propert. II. 13. 30. III. 10. 22. Mart. VII. 93. 1. (ubi leg. *parve gerebas*). Facta etiam ex onyche vaſa potoria, poſt, creſcente luxu, pedes adeo lectorum, ſellae, amphorae, columnae, pavimenta. v. Plin. l. l. Mart. XII. 50. 4. Eſt quoque *onyx* veteribus ſuaviſſime olens teſta conchylii,

Spes donare novas largus, amaraque
Curarum eluere efficax.

Ad

chylii, quod in paludibus Indiae, ubi nardus crescit, habitat, nardoque vescitur. v. Dioscor. II. 10. At perperam tamen Lamb. & Dacer. ex hac testa facta nardi vascula commenti sunt. Denique est & *onyx* gemma, de qua v. Plin. XXXVII. 6. *eliciet* a me, venuste pro, efficiet hoc munus, haec symbola, ut ego promam & conferam *cadum*. Facete ita loquitur Horatius, tamquam Virgilio persuadere rem ipsi lucrosam velit: audi quaeso, Virgili, *parvo* nardi onyche totum *cadum* Calenum a me elicies, ita facilis & simplex sum. — 18. *horreum* pro apotheca vini, imo cuiuscumque copiae poni, vidimus ad III. 28. 7. Sed tenendum, fuisse quoque Romae plurima magna aedificia, tam publica, quam. privatorum divitum, in quibus vinum (inpr. inde ab a. DCXXXIII. v. Plin. XIV. 14.), item oleum, aliique fundorum fructus, asservarentur & venderentur: atque haec etiam *horrea* dicta. Nos dicimus *Waarenlager*, *Magazin*, *Gewölb*. — *Sulpiciis*, pro, Sulpicianis, h. in horreo Sulpicii, divitis Romani e gente Sulpicia. Postea haec horrea Sulpicii *Galbae* fuisse, tradunt Scholl. *Sulpicia horrea dicebantur, ubi nunc Galbae*, inquit Acr. Item Porphyr. *Sulpicii Galbae horrea dicit; hodieque autem Galbae horrea vino & oleo, similibusque aliis, referta sunt.* Credibile est, Sulpiciana horrea prae ceteris boni vini, inprimis Caleni, laude floruisse. Praeclare igitur vinum suum poëta commendat a loco, unde emtum arcessere vult; hoc enim declaratur per, *qui nunc accubat*, h iacet, repositus est, iuxta ceteros cados. — 19. Commendatio ab effectis. Cf. III. 21. 13 sqq. ibique ll. ll. — *largus donare*, ad donandum. largiter donans *spes novas*, dum exhilarat animum, ut novas magnasque spes concipiat. — *efficax eluere*, ad eluendum, *amara curarum*, amaras curas, ut Gr. τὰ πικρὰ τῶν μεριμνῶν, & alias *angusta viarum*, *abdita rerum* cet. Laudant Intpp. οἶνον λαθικηδέα, παυσίλυπον, *obliviosum* (II. 7. 21.), & plurima alia loca de vino curas pellente. Satius erat, observare venustatem in *eluere* pro eximere,

Ad quae si properas gaudia, cum tua
Velox merce veni: non ego te meis
Inmunem meditor tinguere poculis,
Plena dives ut in domo.
Verum pone moras & studium lucri:
Nigrorumque memor, dum licet, ignium,
Misce

23. *tinguere* h. l. scribunt unus Vat. Iann. & alii Lamb. Blandin. antiquiss. Cruqu. Pulm. 1. 4. meique omnes, item Venett. Locher. Ascens. Cruqu. Torrent. Fabr. Bentl. Cun. Baxt.

mere, pellere curas, quatenus vinum eas quasi abluendo tollit. Cf. III. 12. 2.

21. *gaudia*, ad hoc vinum, & haec eius effecta, omninoque ad hanc convivii hilaritatem. v. sup. 11. 13. Facete autem & hilariter, *properas*, pro, venire vis, & mox, *velox*, velociter. — *merx* iocose pro symbola s. onyche nardi, quatenus eo vinum quasi emturus est, vel paraturus permutando. Cf. I. 31. 12. — *non ego meditor*, non est mihi animus, non ego is sum, qui velim *te immunem*, h. gratis, *tingere*, madefacere, irrigare, τέγγειν, βρέχειν, h. ebrium facere, *meis poculis*, vino meo; quatenus sollemnia de potis *madere* & *madidus*. — *immunem*, nullum munus afferentem, venientem sine symbola, ἀσύμβολον. v. Terent. Phorm. II. 2. 25. cf. Virg. Ge. IV. 244. Facile sentitur suavissima in his cavillatio, uti & in v. sq. *ut dives*, ut divites facere solent, qui te gratuitis conviviis excipiunt. — *plena*, ubi omnium rerum copia & abundantia est. cf. I. 12. 24. Ego nec dives, nec plena mihi domus.

25. *pone*, mitte & relinque *moras*, h. ea, quae te morantur domi ac retinent, docta negotia. Cf. III. 29. 5. In *studio lucri* valde turbatur (v. Argum.), ab ipsis iis, qui ad Virgilium poëtam carmen referunt. Narrat nobis Baxt. mercaturae Virgilium operam dedisse, adeoque factum lucello attentiorem. Quod ridiculum somnium refelli non opus est. Alii alia afferunt. Informemus nobis Virgilium cum severiorem & graviorem, minusque hilarem Horatio, tum semper ac nimium prope intentum litterarum studio, id est, legendo, meditando, scribendo, ut aegre museo suo extrahi posset:

Misce stultitiam consiliis brevem:
Dulce est desipere in loco.

CAR-

set: cui utrique rei bene convenit etiam infirmior illius valetudo, inpr. nota stomachi cruditas. v. Serm. I. 5. 49. Tum cogitemus de magnis Virgilii divitiis, quas habebat ex Augusti, Maecenatis, Neronum, aliorumque liberalitate, quasque omnes debebat versibus suis, eorumque praemiis. v. Donat. vit. Virg. VI. 24. ibique Ill. Heyn. Igitur facetissime poëta cum amico, nimium intento affixoque laboribus, unde multus illi fructus vel iam redisset, vel rediturus videretur, ita cavillatur, ut illi, haud dubie ioco inter ipsos usitato, *studium lucri* obiiciat. Quo quis tandem vere ac serio avarum lucrique cupidum declarari Virgilium putet? Et quid? nonne hodie etiam solent tales inter amicos ioci incidere? His omnibus collatis cui iam non huius tetrastichi & sensus luculentus & venustas prorsus exquisita percipiatur? — 26. *nigri ignes*, tristes & funebres rogi flammae. v. ad I. 24. 18. — *memor n. i.* h. mortis, vitae brevitatis. Vsitata Horatio philosophia. Animi caussa memoro, *nigros ignes* Bonfini (annot. LI.) esse nigros oculos puellae aut pueri, Sivrio lampades convivales, sensim obscuratas. — *dum licet* iungendum cum *misce*. — 27. *stultitia*, per elegantem catachresin, pro hilaritate & laetitia convivii; quae quidem stultitia esse videtur sobriis, morosis, avaris. Sic μαvῆναι ap Anacr. item cf. II. 7 extr III. 19. 18 & 23. — *consilia* pro severitate, gravitate, seriis negotiis; unde discedere animumque remittere aliquando, hodie nunc inprimis, Virgilium iubet, & laetitiae aliquid temporis tribuere. Pro hoc quam & breviter & eleganter: *misce*, interpone, *consiliis stultitiam*, idque *brevem*, praeclare pro, in aliquod tempus. Cf. II. 11. 11 sqq. Nota Catonis gnome: *interpone tuis interdum gaudia curis*. — 28. *dulce*, ob vicissitudinem. — *desipere*, hilaritati indulgere (v. ad v. 27.) *in loco*, ἐν καιρῷ, opportune, ubi convenit, ubi tempus, locus, res, vel ferunt, vel postulant. Vrbane hoc & circumspecte adiectum.

CARMEN XIII.

ARGVMENTVM.

Carmen contumeliosum ad Lycen, *eamdem haud dubie, ad quam erat III. 10.* quam amasset olim Horatius, sed asperam in se superbamque expertus esset, *uti carmen laudatum arguit.* Illa cum, obrepente iam senectute, insigniter deflorescebat, tum polita, ut fit, arrogantia, ultro iam sectabatur amores, iuvenilem etiamnunc & elegantiam & lasciviam hilaritatemque imitando. Sed risui erat & contemtui iuvenibus, pristinaeque insolentiae ipsa nunc vicissim poenas dabat. *Itaque Horatius, ulciscendi copiam nactus, illi hoc carmine, ducto ab istis, quos posuimus, sensibus argumento, petulanter more suo insultat. Venustissimum carmen est, si virtutes poëticas spectemus. Statim in eo magna ars poëtae cernitur, quod non solum eam, qua maxime affligitur & pungitur muliebris animus, exprobrationem senectutis ac deformitatis, quam studiosissime acerbissimeque potest, persequitur, atque haud dubie, ut solet, auget & exaggerat: sed etiam summa eam exprobrationem amaritudine imbuit, tam memorata & comparata Chiae, Cinarae, ipsiusque pristina Lyces pulchritudine, quam ita instituta sensuum conversione, ut pro senio, senilique deformitate & lascivia Lyces, vota se olim fecisse dicat, eorumque compotem iam factum esse a Diis, illius insolentiam punituris, foedoque illam spectaculo reservaturis. Deinde prorsus egregium nostrum carmen est ad pathos: cum enim constet, omnium affectuum summum vigorem habere, sensibusque & elocutioni tribuere, hos duo, iram & gaudium; tum eius rei hoc carmen praeclarum & insigne exemplum est. Elocutio poëtica, in limata ac tersa elegantia, exquisita etiam ornatus, item compositionis, venustate, atque inprimis imaginum & allegoriarum luminibus mire enitescit: quibus perfecta numerorum lyricorum harmonia accedit. Sed quod tam insignes laudes poëticas habet carmen, idem morali sensui vix satis probari potest. In puellam olim amatam tam effrenate invehi, tam acerbe eam & contumeliose, ac prope inhumaniter, tractare, id vero neque decorum, neque honestum erat. Quamquam excusationem eius rei aliquam Horatius habet ex aetatis suae more & consuetudine, ubi insolentior quaedam & ferocior amandi ratio, apud libertinas scilicet, & petulantior cum morum, tum carminum, contumeliosorum maxime, licentia obtinebat. Comparent studiosi I. 25. & inprimis III. 15. eorumque Argg. item not. ad I. 25. 13 sqq. III. 9. 19.*

AD LYCEN.

METRVM XIX.

Audivere, Lyce, Dî mea vota, Dî
Audivere, Lyce. Fis anus, & tamen
Vis formosa videri,
Ludisque & bibis inpudens:
Et cantu tremulo pota Cupidinem
Lentum sollicitas. Ille virentis &

Do-

MEMPTICE PARAENETICE Pulm. 2. 3.

1. *Dii* multi mss. & edd. 2. *&* *fis* Helmst. 4. *Ludis* unus Bersm. Lips. 3. Dess. 2. Mox vv. 5 -- 8 omisit Sanad. Vnde v. 9. posuit: *importunus Amor.* 6. *&* abest ab Helmst. Locher.

1. Vivide statim erumpit affectus gaudii, & praeclare incipit carmen a verbo *audivere*, quod si reiicias in medium, omnis vis pereat. Deinde magnam vim habet, ad pathos & irrisionis acerbitatem, geminatio sententiae, item repetitio nominis Lyces. — 2. *fis a. & t. vis formosa*, iuvenis & puella, *videri.* Erat haec summa votorum, olim ab Horatio factorum, nunc a Diis auditorum. Impletum iam videbatur vaticinium illud III. 10. 10. Suspicandum tamen, auxisse poëtam & senium & mores Lyces. v. ad I. 25. 9. III. 15. 4. — 4 sqq. Etiamnunc compotationibus interes, *ludisque*, hilaritatem affectas, *&* *bibis*, & cantas, more puellari. cf. III. 15. 12 sqq. ibique not. — *impudens*, impudenter, impudens in eo es. — 5. Illud „& cantas„ praeclare exornatum. — *pota*, cum bibisti, vino incaluisti. — *tremulo*, ἐναργῶς, de voce anili, quae & per aetatem, & per libidinem lasciviamque tremit. Cf. Tibull. I. 2. 91. Pers. I. 21. *Cupidinem*, s. Amorem Deum *sollicitat*, provocat, ad se advocat, quae iuvenes in amorem sui illicere & excitare cupit. *lentum*, tardum, venire ad te recusantem, quatenus non respondebat eius conatibus iuvenum amor. — *virentis*, in

Doctae psallere Chiae
Pulchris excubat in genis.
Inportunus enim transvolat aridas
Quercus, & refugit te, quia luridi
Dentes te, quia rugae
Turpant, & capitis nives.

Nec

7. *Thiae* Bentl. 6. 10. *frondes*, pro *quercus*, unus Torrent. haud dubie ex I. 25. 19. In eodem v. comma ponunt alii post *refugit*, plures post *te*, quos secutus sum. Sed mox v. 11. ubi vulgo inciditur post *dentes*, ego distinxi post *te*, cum ita poscere elegantia videretur. — *lividi* Sax.

in flore aetatis constitutae. — 7. *Chiae*, nomen proprium puellae, ut *Lesbia*, *Delia*, quae etiam ab insulis ducta. Occurrit & in monumm. ut ap. Grut. XV. 5. Haud dubie Chia haec cum Lyce in eodem aliquando, vel saepius, convivio fuerat. — *doctae psallere*, psallendi, h. pulsandi citharam, ad eamque canendi. Cf. III. 9. 10. — 8. *excubat*, sedet, stationem habet. Suavissima idea, a Graecis ducta, ad declarandam pulchritudinem, quae amorem inspirat videntibus, eosque defigit ac detinet. Ante oculos fuit Sophocl. Antig. 796 sqq. Ἔρως ἀνίκατε μάχαν, ὃς ἐν μαλακαῖς παρειαῖς νεάνιδος ἐννυχεύεις. Sic Pind. Nem. η pr. Ὥρα πότνια, παρθενίοισι καὶ παίδων ἐφίζοισα βλεφάροις. cf. Tibull. I. 4. 14. Quam praeclare omnia pro vulgari: frustra conaris anus, canendo pellicere ad te iuvenes, pulchritudine cantuque Chiae delinitos, eiusque amore penitus captos. Facile sentitur acrimonia & vis, ad urendam aemulatione Lycen, cum in universa comparatione, tum in singulis verbis, ut in *virentis*, *doctae psallere*, *pulchris*. Cf. I. 25. 17 sqq. III. 9. 9 sqq. & 15. 7 sqq.

9 sqq. *Importunus*, pro, ille, Amor. Cum *opportunus* est facilis, commodus, humanus. qui vocatus comiter obsequitur & praesto est, tum *importunus*, morosus ac superbus, qui venire aspernatur. — *transvolat*, ut alatus. — *quercus aridae*, imago vetularum, praeclare opposita

Nec Coae referunt iam tibi purpurae,
Nec clari lapides tempora, quae semel
Notis

13. *Ceae*, non *Coae*, hic & semper scribi volebat Hermol. Barbarus. v. Lamb. Sed perperam hoc. *Choae* error. — *referent* coni. T. Fab. & sic Bentl. 23 pro var. lect. *referant* emend. Cun. & sic Sanad. Ion. Sivr. Sed nil mutandum. 14. *cari* duo Vatt. Iann. Vrs. Torn. & unus Russard. ap. Lamb. antiquiss. Bland. Cruqu. (cum schol. „ pretiosi „), duo Torr. libri Fabric. Pulm. 1. 2. 4. Bentl. 1. 6. Brod. Sax. Lips. 2. Fran. Helmst. item Acr. (qui expl. „ gemmarum pretia „), Flor. Venet. 1486. Cruqu. Bentl. Cun. Sanad. *clari* ceteri omnes codd. mss. Venet. 1478. 1492. Locher. Ascens. & reliquae editt. Aptior sensui haec lectio, quia ad supplendam pulchritudinem, claritatem & splendorem gemmarum, non pretium, valere apparet. Posse dici „ claros lapides „ quod dubitat Sanad. vidimus ad III. 24. 48.

posita Chiae *virenti*, v. 6. sicut I. 25. 19. *aridae frondes*, oppositae *virenti ederae & myrto*. Venusta etiam antithesis in *transvolat* & *excubat*, v. 8. Vulgare erat: nil habent vetulae, quod amorem iniicere possit. — 10. *refugit*, fugit *te*, cum horrore & fastidio, tamquam monstrum. Sequitur foeda & horrida imago, summae eadem & artis, & acerbitatis, cum per se, tum posita sic adversum illam Chiae. — *luridi*, lutei, nigri. Olim habebas candidos, corpus habebas floridum & succi plenum, crines flavos. Sed quid nunc? — 12. *turpant*, turpem faciunt, foedant. — *capitis nives*, pro canis s. canitie, audacius, sed eo decentius in lyrico carmine. Etiam ita Graeci locuti. Laudat Lamb. epigramma Antipatri ex anthol. gr. lib. III. Τῇδε Βίαντα κέκευθα, τὸν ἀτρέμας ἤγαγεν Ἑρμῆς εἰς Ἀΐδην, πολιῷ γήραϊ νιφόμενον. Contra *cana nix* & *pruina* ap. poëtas saepius. Putant vulgo, reprehendi Horatium a Quinctil. VIII. 6. 17. *Sunt & durae* (translationes), *id est, a longinqua similitudine ductae, ut, capitis nives*. Sed docent sqq. velle eum modo abstineri talibus in prosa.

13 sqq. Nil iuvat te vetulam, quod te puellariter ornas & excolis; non revocas eo iuventutem formamque amissam. Id inprimis ornate & poëtice expressum. — *purpurae Coae*, vestes Coae, purpura tinctae. Erat Cos maris

Notis condita fastis
Inclusit volucris Dies.

Quo

maris Aegaei insula (hod. *Lango* vel *Stanchio*), ubi nascebatur bombycum genus, quorum e lanugine sive filis factae ibi textaeque vestes bombycinae, eiusdem cum serico materiae, magni eaedem pretii, mollitudine, levitate & subtilitate praestantes, tamque tenues, ut corpus per illas cerni posset. Pertinebant ad luxum & delicias divitum, non modo feminarum, sed vel virorum, per aestatem maxime: quamquam semper infamiam aliquam habebant luxuriae & mollitiae. v. Plin. XI. 23. & cf. Serm. I. 2. 101. Tibull. II. 3. 53. Prop. I. 2. 2. Apportatae ex Assyria quoque tales vestes: Plin. XI. 22. Sed videmus, purpura etiam subinde Coas vestes, roseum in colorem, tinctas fuisse, haud dubie de excellenti murice, qui capiebatur inter Con & Nisyron (hod. *Nassari*), Porphyrin olim dictam ob muricum copiam. v. Plin. V. 31. Praeclare igitur purpurae Coae pro universo cultu magnifico & puellari. — 14. *lapides*, gemmae, vel etiam margaritae. v. ad III. 24. 48. *clari*, splendidi. v. V. L. & cf. Epod. VIII. 13 sqq. — *tempora*, *quae - dies*, ornate pro, tempora praeterita, aetatem praeterlapsam. — *fasti*, libri publici ap. Romanos, qui non solum dierum festorum & profestorum, fastorum & nefastorum, totius anni, Consulum nominibus signati, descriptionem & ordinem, sed etiam brevem recensum magistratuum, rerumque memorabilium, per annum, eiusque singula tempora, gestarum, continerent, hactenus *annales* etiam dicti. Igitur finitus & praeteritus quisque annus iam cum omnibus suis diebus, temporibus, rebusque gestis, *fastis conditus* atque *inclusus* erat, quatenus & semel inscripta illis omnia & mandata erant, neque iam vel revocari, vel aboleri aut infecta reddi poterant. Hinc praeclare praeteriti Lyces anni declarantur per *tempora fastis condita*, quod non accipiendum de ipsius Lyces propriis annis & casibus, vix quidem in fastos populi R. relatis, sed simpliciter de temporibus, quae illa vidit, vivendoque superavit. Recurrunt nonnulli ad morem referendi liberorum natales in acta publica, de quo v.

Lips.

Quo fugit Venus? heu! quove color? decens
Quo motus? Quid habes illius, illius,

Quae

17. *quone* var. lect. Ion. *calor* Pulm. 5. Vulgo male inciditur post *decens*. Postulat sententia, interpungi post *color;* ut recte Chabot. Bentl. Gesn. v. Obss. *quo color? heu, decens quo motus?* emend. Cun. quem secuti San. Sivr. Cum non opus hac emendatione, tum per eam nimis affectatus ac declamatorius locus est.

Lipst. Exc. ad Tacit. Ann. V. 4. & Torrent. ad Sueton. Tib. 5. unde & Lyces aetatem notam fuisse. Sed ille mos non nisi ad pueros, idque civium Romanorum, pertinuit, & sic ad puellam libertinam referri vix potest; neque satis aptus quidem huic loco illustrando foret. *condita inclusit*, copiose, more poëtico, pro uno vel *condidit*, vel *inclusit*. — *noti* fasti, docta inversione, quatenus perscriptae in iis sunt res praeteritae, & sic *notae* fama & memoria. Non est nisi epitheton ornans; sed vulgo in eo haerent. Denique cum vulgare esset: tempora & res, quae fastis conditae *sunt;* tum pro eo praeclare & lyrice *Dies*, ut subiectum agens & personatum, eas consignare & condere fastis dicitur: quatenus *dies*, i. tempus, hora, eas secum advehendo & auferendo, ut consignentur, facit. — *volucris*, quam excellens hoc inprimis in nexu epitheton. cf. III. 29. 48.

17 sqq. Praeclara continuatione ex antecedentibus apti nexique sensus. — *Venus*, universa venustas & gratia. — *color* roseus genarum. Cum magnam vim habet ad pathos, & ad cruciandam Lycem, omnis haec pristinae eius formae recordatio, & per singulas partes descriptio, tum eam vim auget simulatus dolor in *heu*, & cumulus interrogationum, item repetitum *quo*. — *decens motus*, decor & gratia in motu, h. cum incessu, tum gestu & habitu totius corporis, eiusque partium. Suaviter ap. Tibull. IV. 2, 7. *Illam, quidquid agit, quoquo vestigia movit, Componit furtim subsequiturque Decor.* Cf. Quinctil. I. 16. *Corporis decens & aptus motus, qui εὐρυθμία dicitur.* In sqq. facile agnoscitur & summa gratia ac suavitas, & molle effusumque desiderii pathos, ad

Quae ſpirabat Amores,
    Quae me ſurpuerat mihi,

Felix

19. *Amores* edidi, maiuſculo *A.* v. Obſſ. *amorem* Alt. 2. 20. *ſurripuerat* nonnulli mſſ. & edd. ut ſolent. v. V. L. ad I. 36. 8.

ad urendam quidem Lycen compoſitum; cui praeclare convenit & flumen quoddam orationis, & interrogatio, *quid habes?* & geminatum ἐμφατικῶς ac velut cum ſuſpirio *illius*, & repetitum cum ardore *quae.* Sed valde haerent VV. DD. in ſtructura verborum. Plurimi ita: *quid habes illius*, ſc. formae priſtinae, vel, *illius* Lyces, quae olim fuiſti; & nunc v. 21 ſq. vel pro exclamatione recordantis poëtae habent: o *felix facies!* vel pro vocativo: o Lyce, felix olim poſt C. & nota facies, *quid habes* cet. Mihi utraque ratio durior videtur, & ſic potius res expedienda, ut doctior forma eſſe putetur: *quid habes illius, quae ſpirabat Amores facies?* pro vulgari: quid habes *illius faciei*, *quae* ſpirabat Amores? plane ut V. 2. 37. *malarum, quas amor curas habet*, pro, malarum curarum, quas a. habet: in quibus, per lyricam licentiam, ſubſtantivum, poſt relativum reiectum, illius caſum ſequitur, adiectivum ſ. pronomen loco ſuo manet. Vt ſummus in hac tali verborum ſtructura, ſuſpenſoque per eam ſenſu, ornatus ſit. — *quid habes*, quid tibi iam reſtat *illius* faciei, de illa facie. Elegantem uſum habet *ille* in tali priſtini ſtatus deſiderio; ut Virg. Aen. II. 274. — *faciem* non, ut vulgo, de tota forma & ſpecie (ineſt enim illa in *Venus* & *motus*), ſed proprie de vultu, arce pulchritudinis, accipio, etiam ob *gratas artes.* — 19. *ſpirabat Amores*, ἔπνει Ἔρωτας, pro, quae voluptatem amoremque omnibus circum inſpirabat ac immittebat: petita idea cum a rebus iis, quae ſuavem circumcirca odorem *ſpirant* ac emittunt, eoque afficiunt quemque ac deliniunt, tum (cui praeclare reſpondet v. ſq.) ab adflatu numinis, quo homines

Felix post Cinaram notaque & artium
Gratarum facies? Sed Cinarae brevis

Annos

21. *Cynarem* Alt. 2. *Cynaram* vulgo, sed v. sup. ad 1. 4. *Cynaram? nota quo & artium* emend. G. Best. rat. emend. legg. c. 23. p. 257. Hoc vel ideo durum & minus probabile, quia post *quo fugit*, ad quod referri debet, iam interpositum fuit, *quid habes*. Omnino varie in his vv. interpungitur. Post *amores*, v. 19. alii comma, alii colon, alii interrogandi signum, item post *mihi*, v. 20. comma alii, alii signum interrogationis ponunt. In v. 21. vulgo duo commata sunt, unum post *Cinaram*, alterum post *notaque*. Hoc posterius Bentl. sustulit, quamquam non primus, ut iactat, sed iam ante eum Ald. Asc. Mur. Vascos. Rutgers. Equidem comma post *Cinaram* tollendum censeo, post *notaque* ferri posse, nec tamen necessarium esse puto: cuius rei, universaeque interpunctionis nostrae ratio in Obss. reddita. — *iam notaque artium* Lips. 4. 22. *gratarumque* Locher. *multarum* Land. nescio unde. *Graiarum* coni. With. *facie* coni. Dacer. dum neque faciem gratarum artium, neque faciem felicem post Cinaram, satis latine dici, & tautologiam oriri e vulgari lectione putat, & *nota artium gratarum facie* explicat, artibus gratis nota. Facile intelligi potest, quam insolens & putida dicendi forma foret *facies artium*, pro, artes; quamque inanes omnino sint, quas Dacer. affert, emendandi rationes. v. Obss. — *Cynares* Alt. 2.

mines ἐνθουσιῶσι. Anacr. λειψ. γ. ἀπαλὴν παῖδα κατέχειν, Κύπριν ὅλην πνέουσαν. Item Theocr. id. ιζ 51. de Berenice: Πᾶσιν δ' ἤπιος ἦδε βροτοῖς μαλακὰς μὲν Ἔρωτας προσπνείει. Item rosam πνέειν Ἔρωτας dixit Sappho, ap. H. Steph. fragmm. lyrr T. II. p. 46. — 20. Iam inprimis de se poëta. — *surripitur sibi*, qui extra se rapitur, alienato quasi animo, & per ecstasin impos est sui: quo summa admirationis, voluptatis, amoris, vis declaratur. Catull. XLIX. 5. *misero quod omnes eripit sensus mihi.* Laudant Callim. epigr. μγ. ubi v. Daceria. Antique autem *surpuerat*, pro, surripuerat, ut Serm. II. 3. 283. Lucr. II. 314. Sic *porgite*, pro, porrigite, Virg. Aen. VIII. 274.

21. *felix* praeclare pro, pulchra, excellens, in qua omnia insunt, mireque conspi-

Annos fata dederunt,
Servatura diu parem

Cor-

23. *dedere* emend. Cun. quem secuti San. Sivr. Et sic noster Lips. 2 a m. s.

spirant, quae ad absolutam pulchritudinem pertinent; quatenus talis facies beat puellam, nil ei optandum relinquit. Sic Mart. IX. 18. 6. *quo* (speculo) *felix facies iudice tota fuit.* — *nota*, h. nobilis famaque illustris per urbem, ut fit, & omnium ore celebrata. Iungunt Bentl. San. Gesn. *notaque &*, h. etiam, *gratarum artium;* ut II. 2. 6. *notus animi paterni.* Sed hoc modo quid tandem esse posset miserius & languidius illo *etiam?* Potius iunge: *facies felix notaque post Cinaram*, h. quae soli Cinarae faciei pulchritudine & fama cederet. — *facies artium gratarum*, quae pulchritudini adiunctas habet artes gratas, h. eas illecebras, quae nescio quomodo deliniunt, in amoremque illiciunt (unde *gratae*), sive naturae, sive arti debeantur. Pertinent eo oculorum blandae suavesque argutiae, loquaces superciliorum nutus, vultus & oris decens gratia, lineamentorum venusta conformatio & amatoria lascivia, dulcis risus denique. De *Cinara*, amata olim Horatio iuveni, v. sup. I. 4. ibique not. — 22. *breves annos*, brevem vitam; florente eam aetate & forma mori iusserunt, ne senectutis mala pateretur: quod pro magno Deorum beneficio veteribus habitum. v. not. ad III. 27. 55. Observetur & tenerum in his pathos, & venusta ad Lyces senium orationis reflexio.

24. Sequitur amarissimus exitus. Vulgaris progressio erat: contra eadem fata diu servarunt Lycen. Pro eo quam exquisita & concinna sententiarum connexio: *servatura*, quae (vel, dum) *diu* servatura erant, servare statuerant *Lycen*, *parem*, h. ita ut s. donec par esset *temporibus*, annis, *cornicis vetu-*

nitur; veluti statim a principio, item v. 16 sqq. Oratio poëtica praeclare ad illum talem odes spiritum accommodata, verborum & ponderibus gravis & luminibus magnifica. Cum enim insignem ea, ut iam dictum, gravitatem decoremque, subinde etiam excelsitatem felicemque audaciam habet, tum inprimis (qua quidem parte prorsus eximium carmen est) splendido copiosoque ornatu elocutionis *enitescit. Denique pompam carmini parant* similitudines, *quibus illuminata atque animata tractatio est; quamquam eae, pro indole quidem universi carminis, neque tam copiosae sunt, quam in ode quarta, neque tam excelsae & splendidae, maiestatisque plenae. Ceterum addere iuvat de carmine hoc nobilissimo iudicium Tanaquilli Fabri, ex omnibus Horatii odis nullam prope se libentius cantitare professi.*

AD AVGVSTVM.

METRVM XVI.

Quae cura Patrum, quaeve Quiritium,
Plenis honorum muneribus tuas,
Auguste, virtutes in aevum
Per titulos memoresque fastus
Aeter-

AD PLEBEM LAVDES AVGVSTI Mentel. AVGVSTVM CELEBRAT Venet. 1492. Locher. Ascens.

1. *quaene* coni. Coni. 4. *fastos* vulgo. Sed *fastus* Bentl. 1 a m. s. cod. Petavian. ap. N. Heins. ad Claudian. IV cons. Honor. 155. item Sax. Deff. 2. Fran. v. V. L. ad III. 17. 4. Et sic Bentl. Cun. Doctiorem formam quis non praeferat?

1. Nobilissimum principium! Sed primum singula verba expendamus. — *cura*, sollicitum excogitandi novos honores studium. — *patres* & *Quirites*, Senatus Populusque Romanus. Declarantur deliberationes, tam in senatu, quam in comitiis populi, de honoribus Augusto decernendis. — 2. *munera honorum*, pro, honores. — *pleni* honores, non solum summi, sed etiam, qui plene respondeant, perfecte digni & pares sint *virtutibus*, laudibus & meritis. — 4. *tituli*, inscriptiones, pro ipsis statuis monu-

Aeternet? o, qua ſol habitabilis
Inluſtrat oras, maxime principum:

Quem

5. *lux* (pro *ſol*) Farn. ap. Lamb. Sax. Mentel. Alt. 1. 6. *illuſtret* Lipſ. 1.

atque monumentis publicis, quibus inciſi tituli memoriam laudum continent. — *faſtis* (v. ſup. ad 13. 15.) mandabantur, cum notatione temporum, ut aliorum virorum illuſtrium, ita nunc inprimis Augusti nonſolum victoriae, omnesque res domi foriſque geſtae, ſed etiam omnes honores, illi publice decreti, tam humani, ut ſupplicationes, triumphi, appellationes honorificae, ſtatuae, quam divini, ut feſti dies, ſollemnes religiones, arae, hymni & preces. — *memores*, ornate. v. ad III. 17. 4. — 5. *aeternet*, aeternas reddat, honoribus, pro vulgari, celebret, afficiat; at quam graviter! Magnam etiam dignitatem habet antiquum vocabulum. Varro ap. Non. II. 57. *litteris ac laudibus aeternare*. Similiter Horatius novavit antiqua *clarare*, ſup. 3. 4. & *inimicare*, inf. 15. 20. Copioſe autem & plene *aeternare in aevum*, pro, ita celebrare & honorare virtutes, ut earum memoria *in aevum*, h. in perpetuum maneat, & cum ipſis honoribus immortalis ſit, nempe *per titulos* & *faſtos*, ubi *per* ſignificat modum, ut ſaepius. Sed iam univerſam ſententiam intueamur. Videns Horatius Patrum & populi unum acerrimum ſtudium, exquiſitis afficiendi Caeſaris honoribus, commoto ex eo adſpectu animo exclamat: quae cura ſenatus & populi *plenis* honoribus tuas virtutes adficere & immortalitati tradere per monumenta & commentaria publica poſſit? Primum comparando iam obſervent ſtudioſi, haec vulgaria quam docte ornateque, & vero graviter, poëta expreſſerit. Deinde ſummam vim ſentiant in *quae cura?* h. nulla cura, ſit licet intentiſſima atque acerrima, qualis nunc ſane eſt Romanorum, *plenos* (hoc vocabulum primarium, acuendum in legendo) honores repetire atque inſtituere poteſt. Denique percipiant infinitam magnitudinem huius talis ſententiae & interrogationis, qua

Quem legis expertes Latinae
Vindelici didicere nuper,
Quid Marte posses. Milite nam tuo
Drusus Genaunos, inplacidum genus,
Breu-

7. *quam*, h. quantum, emend. Bonfin. annot LII. idque probaturum putat, quicumque emunctioris naris sit. 9. *posset* D. Heins. nisi error operarum est. *militiae nam tiro* Lips. 4. 10. Mire variant codd. in Genaunis & Breunis. *Geraunos* nonnulli Lamb. Pulm. 3. Mentel. *Cenaunos* unus Cruqu. in scholio. *Genauvos* nonnulli Lamb. Basill. & Baxt. qui Celticas, ut solet, & Britannicas etymologias, inanesque coniecturas proponit. *Genaumos* Lips. 1. *Genautos* Brod. *Germanos* Pulm. 5. Alt. 2. Zar. *Velonos* Lips. 4. *Belaunos* var. lect. ap. Ion. Sunt Velauni ap. Plin. III. 20. & Βελαῦνοι ap. Ptolem. II. 13. populi Vindelici. *Gelonos* Venett. Locher Ascens. Mancin. Glarean. Sed quomodo huc veniant Geloni? de quibus v. ad II 9. 22. *Genaunos* Acr. Porphyr. plures Lamb. antiquiss. & duo alii Blandd. Cruqu. sine litura, Pulm. 1. 2. 4. libri Fabr. Gott. Lips. 2. 3. Fran. Helmst. Dess. 2. Alt. 1. Flor. Medioll. Mur. Fabr. Lamb. Cruqu. Torr. Heins. Steph. Rutgers. Fab. Dacer. Bentl. Cun. San. Ion. Vera haec haud dubie lectio, cum & ap. Strab. IV. p. 206. ubi olim erant Γειαῦοι vel Τειαῦοι, recte sint Γεναῦνοι hodie, post Xyland. & Casaub. quorum v. not. & apud Plin. III. 20. in inscriptione e tropaeo Alpium, inter gentes Alpinas devictas sint *Genaunes*, ut omnes ibi codd. mss. exhibent, cum editt. perperam & corrupte habeant *Naunes*. v. ibi Harduin. Facile ex *Genaunos* orti omnes memorati errores, etiam *Velaunos* s. *Velonos*, unde inepte post amplius factum *Gelonos*. — In eod. v. *implacitum* unus Torrent. *in placitum nemus* Alt. 1.

qua poeta cum Augusti virtutes omnia humana praemia excedere, ac supra omnes mortales honores conatusque positam esse declarat, & sic immenso elogio celebrat, tum Romanorum pietati debitam laudem tribuit, utriusque admiratione in eum, qui in abruptum hoc principium effunditur, affectum raptus. Ceterum bene conveniunt huc numi Augusti, cum templo & inscr. AETERNITATI AVGVSTI.

5. *qua* parte, quatenus. — *habitabiles oras*, orbem terrarum, τὴν οἰκουμένην. Vulgare erat: per omnem, quam late patet, terrarum orbem. Sed

Breunosque velocis, & arcis
Alpibus inpositas tremendis,
Deie-

11. *Brentosque* Lamb. e Strab. l. l. ubi olim erant Βρέγκοι, sed perperam, ut videbimus. Interim sic etiam ed. Torr. item Baxt. iisdem, quae ad v. 10. diximus, momentis ductus. *Brencos* plures Lamb. Sed non conveniunt huc Breuci, gens inferioris Pannoniae. v. Ptol. II. 16. Strab. VII. p. 314. Plin. III. 25. Sueton. Tib. 9. ibique Torrent. *Bremnos* Flor. *Brennos* Acr. Porphyr. omnes Pulm. libri Fabr. & nonnulli alii, ut e nostris Mentel. Altt. Fran. Lipſ. 1. 4. Venet. 1492. Locher. Aſc. Baſill. Mancin. Mur. Fabr. Steph. Rutg. Heinſ. Fab. Dacer. Cun. Etiam ap. Flor. IV. 12. 4. ſunt *Brenni*, corrupte puto. *Breunos* Comment. item antiquiſſ. & duo alii Blandd. Cruqu. nonnulli Lamb. Lipſ. 2. a m. ſ. & 3. Deſſ. 2. Helmſt. Cruqu. Bentl. Sanad. Ion. Probat etiam Torrent. & Turneb. Adverſar. XIV. 17. Sunt quoque *Breuni*, iuncti Genaunibus, ap. Plin. III. 20. in inſcriptione Alpina, ubi ſumma librorum conſtantia: item Βρεῦνοι vel Βρευνοὶ ap. Ptolem. II. 13. & ap. Strab. l. l. hodie quidem, poſt Xyl. & Caſaub. Facile ex *Breunis* corrumpendo orti *Brenni*, item *Breuci* & *Brenci*. cf. Cellar. deſcr. O. A. Tom. I. lib. II. c. 7. — Mox in eod. v. *feroces* Lipſ. 3. pro var. lect. male.

Sed comp. Tibull. II. 5. 57 ſqq. 6. *principum*, bene delectum verbum, quia nomine *Principis*, h. primi in republica, imperium accepiſſe Auguſtum, notum e Tacit. Ann. I. 1. — 7. Tranſitus ad laudes Neronum, ſed ſtatim ita, in Auguſtum ut recidant, inſtitutas. — *lex* pro imperio, ut *iura dare* dicitur, qui imperat. Itaque, *legis Latinae*, h. Romanae, *expertes*, pro, imperio Romano non ſubiecti antea. — 8. *Vindelici* pro Rhaetis & Vindelicis univerſis. v. ſup. Argum. 4. 8. *didicere*, ὃν ἔμαθον, grave verbum, ut alias *ſentire*. v. ſup. 4. 25. item 6. 3. — 9. *Quid Marte poſſes*, quantum bello valeres. Sed, *didicere te, quid poſſes*, pro, didicere, quid *tu* poſſes; docta & graeca ſtructura, cuius plurima exempla ſunt: veluti Sophocl. Trachin. 433. Φράσον τόνδε, τίς ποτ' ἐστιν. item Terent. Eun. III. 6. 18. *Me noris, quam elegans formarum ſpectator ſiem.*

9. *milite tuo*, tuis copiis. Hoc caput ſententiae. v. inf. ad v. 33. — 10. Poſt generale, *Vindelicos*, praeclare ſingulares duae gentes memorantur, *Genauni* & *Breuni*. v. V. L. ibique ll. ll. e quibus

Deiecit acer. Plus vice simplici
Maior Neronum mox grave proelium
Con-

13. *disiecit* coni. Cun. Illud *plus vice simplici* in omnibus editt. ad antecedentia trahitur, puncto post *simplici* posito. Scholiastae & veteres Intpp. ita explicant, ut dicatur Drusus illis populis non simplicem, sed duplam vicem reddidisse, h. alterum tantum malorum & cladis, quam dedissent, intulisse. Quae quam dura sit ratio, ad sentiendum facile est. Attamen eam probat Gesn. vel de fortunae vicibus cogitandum putat, & exponendum: non sine periculo. Alii expl. *plus vice simplici*, h. plus semel, non semel, i. saepius, vel (ut Sanad.) bis. Sed etiamsi, quod iure dubitatur (v. not.), satis rectum & latinum esset „vice simplici„ positum sic simpliciter pro, semel: tamen illud *plus vice simplici*, sive hoc, sive alio modo explicetur, incredibiliter friget, & nescio quomodo languidum & miserum est, iunctum quidem & additum magnificae, quae praecedit, sententiae. Contra, qui sequuntur, vv. 14 -- 16. mihi semper pro maiestate reliqui carminis nimium vel ad orationem ieiuni & vulgares visi sunt, vel ad ipsam sententiam exiles angustique. Nam quis non offendatur eo, quod post tam splendidum rerum a Druso gestarum elogium, sic frigide unicum proelium memoretur, a Tiberio factum, qui tamen inprimis hic laudandus esset? Cum in bello Vindelico pluribus proeliis Nerones aggressos esse & vicisse barbaros constet (v. sup. Argum. 4.): eorum proeliorum unum tantum Tiberio, cetera omnia Druso, assignasse hoc tali in carmine putemus Horatium? Denique unico illi proelio quomodo tandem conveniat eorum, quae statim sequuntur, magnificentia, plures sane atrocis belli labores declarans? Sed omnibus his malis medetur, arbitror, ita mutata interpunctio, ut *plus vice simplici* ad sequentia pertineat, quae nunc nescio quomodo vigere ac animari videntur, dum & sententiae vis augetur; & exquisitior ornatiorque orationis decor exsistit (v. not.): quemadmodum praecedenti sententiae molestum sic additamentum demitur.

bus & intelligitur, populos Alpinos fuisse, referendos ad Rhaetos proprie, non ad Vindelicos. Probabilis opinio est, incoluisse *Genaunos* (Plinio *Genaunes* dictos) inter lacum Comensem & Athesin fluvium, ubi hodie *Val Anagnia*, *Breunos* circa fontes Ticini amnis, ubi hodie *Val Breunia* vel *Bregna*. v. Harduin. ad Plin. III. 20. Sic Genauni & Breuni inter eos Rhaetiae populos fuere, qui ipsa Italiae confinia tenerent, per eumque situm nunc primi

Conmisit, inmanisque Rhaetos
Auspiciis pepulit secundis:

Spe-

15. Variant hîc etiam libri in *Rhaetorum* scriptura. v. V. L. sup. ad 4. 17. 16. *repulit* Pulm. 1.

primi & praecipui essent, in quos Drusi venientis impetus incideret. Tum inter hos ipsos populos fortitudine & saevitia inprimis insignes, atque, ut vicini, ita arctius inter se foederati fuisse videntur: unde coniunctim fere memorari apud scriptores putem. Ex quibus apparet, quanto cum delectu hos inprimis poëta posuerit. — *implacidum genus*, saevam & bellicosam gentem; ut erant omnes illi populi. v. Vellei. II. 95. Flor. IV. 12. 5. 11. *veloces*, ποδώκεας, eximios haud dubie ea parte prae ceteris. — *arces*, castella, quae in Alpibus habebant omnes hi barbari; unde *locis tutissimi*, *aditu difficillimi* dicti a Vellei. l. l. quo periculosius erat, in eos invadere. Valent omnia ad augendam Drusi virtutem. Cf. Epist. II. 1. 252. — 12. *tremendis*, ob immanem altitudinem, quae horrorem & vertiginem iniicit. — 13. *deiecit*, praeclare pro, expugnavit ac diruit. Sed pertinet verbum etiam ad *Genaunos* & *Breunos*, vel ita, ut dicantur ex arcibus *deiecti*, h. deturbati, vi expulsi (v. Caes. B. C. III. 63.), vel, ut sit zeugma, & ex *deiecit* ad Genaunos & Breunos assumatur generalis notio, vicit, superavit. — *acer*, acriter, animose & fortiter. Observetur lyrica vis & gravitas in singulis verbis, maxime in epithetis.

13. Iam inflectitur ad Tiberii res gestas oratio, in iisque figitur, e consilio carminis. — *plus vice simplici*, vulgo explicant, plus quam semel, h. saepius, & vel ob unum hunc Horatii locum putant latine dici posse *una vice*, *duabus vicibus*, *pluribus vicibus*, pro, semel, bis, saepius. Sed sunt haec deterioris aevi, neque apud ullum aureae aetatis scriptorem occurrunt. Potius *vice* h. l. accipio, ut sunt ap. Virgil. Aen. II. 433. *vices*, h. pugnae, quatenus in his fortunae casibus locus est. v. ibi Serv. & Ill. Heyn. Igitur *plus v. simplici* erit, non una pugna, non uno congressu. Scilicet vulgare erat: *mox*, deinde

(qua-

Spectandus, in certamine Martio
Devota morti pectora liberae

Quan-

17. Vulgo inciditur post *Martio*. Mihi venustior & gravior esse sententia videbatur, commate post *spectandus* posito.

(quatenus post Drusum eo missus erat), *maior Neronum*, Tiberius, eodem *milite tuo* (quod repetendum e v. 9.) multis, idque gravibus & atrocibus proeliis illos barbaros vicit. Sed primum pro barbaris illis & populis universis, iterum, ut poëta, *Rhaetos* modo iam memorat (ut supra v. 8. *Vindelicos*), np. mediterraneos ipsos, cúm ante posuisset eos, qui confines essent Italiae: scilicet, quod Rhaetia inprimis theatrum belli fuerat. Deinde iam pro illo universo: multa proelia cum Rhaetis commisit, eosque vicit. Pro hoc iam doctius: multa gravia proelia commisit, & Rhaetos vicit. Sed pro, multa gravia proelia, quanto exquisitius & ornatius: *plus vice simplici grave proelium commisit*. — 16. *auspicia* ante quodque praelium capiebantur: hinc *secunda a.* pro felici exitu proeliorum; np. Augusto sua auspicia suosque Divos praebente: eo enim hîc etiam respicitur. v. ad v. 33. — *pepulit* in fugam.

17 sqq. Non amplius narrat iam, sed pingit poëta. Sentiatur summa & imaginum sensuumque, & verborum, maiestas & gravitas, verborum etiam lyrica doctrina & audacia. — *spectandus*, spectari dignus, magnum praebens & admirandum spectaculum. — *in certamine Martio*, proeliis. Nos dicimus, *im Schwalle der Schlacht*. 18. Versus nobilissimus! — *mors libera* est eorum, qui liberi moriuntur & cadunt, pro libertate pugnantes. — *devovere se* proprio verbo dicebantur, qui voto & sollemni ritu morti se addixerant & consecrarant; cuius rei apud veteres Hispanos, Gallos, Germanosque, ipsosque Romanos, plurima exempla. Hinc ducto colore, *pectora devota m. l.* h. animi obfirmati & obstinati, mori potius in libertate, quam in servitute vivere, vitam prius, quam libertatem amittere. At quam excelsus & generosus sensus! quam paucis & fortibus verbis expressus! Et quantae gloriae erat, tales hostes

Quantis fatigaret ruinis:
Indomitas prope qualis undas
Exercet Auster, Pleïadum choro
Scindente nubis: inpiger hostium
Vexa-

19. *fatigarat* Deff. 2. Lipf. 2 a m. pr. *fatigavit ruinis indomitos!* var. lect. ap. Ion. Sane *indomitos* Bentl. 10. 20. *indomitus* (Auster) emend. Bentl. quia poëta Rhaetos, quos modo „fatigatos„ dixerit, non potuerit comparare undis „indomitis„. Sed hoc est argutari. Et quis possit h. l. ferre *undas* sine epitheto? Bene habet *indomitas*, omnium librorum lectio. v. Obff.

hostes vincere! — 19. *quantis ruinis*, h. cladibus, *fatigaret*, debilitaret tandem ac frangeret superbos illos & feroces animos. Agnoscatur his etiam in verbis dignitas lyrica. Item obfervetur doctior & audacior forma: Tiberius *spectandus*, *qu. r. fatigaret*, cum proprie dicendum esset, spectandum f. spectari dignum fuisse, quantis ruinis Tiberius fatigaret. Iunge autem: *spectandus*, *quantis r. in c. M. devota m. p. l. fatigaret*; quibus cohaerent mox v. 22 sqq. *impiger hostium* cet. praeclare inferta mediae sententiae splendida similitudine. Sed huius sensum & vim fere non assequuntur. Comparat poëta Tiberium *Austro*, Deo, duci illi & arbitro Hadriae, I. 3. 16. III. 3. 5. (at quam magnifica idea!): Rhaetos vero *undis* & fluctibus Hadriae, quibuscum luctatur (cf. I. 1. 15.) per tempestatem Auster, *indomitis* quidem, h. saevientibus & reluctantibus, cedere illi nolentibus. — *qualis*, v. sup. ad 4. 1. — 21. *exercet*, h. violenter agitando iactandoque, & alias super alias volvendo, affligit, atterit, debilitat. cf. I. 11. 5. *Pleiades*, Πλειάδες, Πληϊάδες, septem Atlantis filiae, in caelo positae, septem stellae in cervice f. humeris Tauri. v. Hygin. fab. 192. Ovid. F. IV. 169 sqq. Ab earum ortu aestatem, ab occasu hiemem ducebant veteres. v. Arat. phaen. 264-67. Plin. XVIII. 29. Hygin. astron. II. 21. Occasus quidem earum cosmicus, tam incipiens, inde a XIII Cal. Nov. quam plenus, VI (sive III) Id. Nov. tempestuosus erat, & mare clau-

Vexare turmas, & frementem
Mittere equum medios per ignis.

Sic

24. *enses* (pro *ignes*, quod habent omnes libri) coni. Bentl. inscitissime, ait Cun. Sane ille parum lyrici sensus hac emendatione prodidit. v. not. Dici per se posse, *medios per enses*, nemo dubitarat.

claudebat. v. Colum. II. 8. 1. XI. 2. 77, 78, 84. Plin. II. 47. Hesiod. ἔργ. 616 sqq. Claud. B. Get. 209. Vnde *aquosae*, *imbriferae*, saepius hoc respectu. Ortus autem & cosmicus, X Cal. Mai. & heliacus, tam incipiens, Non Mai. quam plenus, VI Id. Mai. cum aestatem, tum tutissimum iam tempus navigandi, penitus pacatum mare, ac certum procellarum hibernarum finem, nuntiabat. v. Colum. XI. 2. 36, 39, 40. Plin. l. l. Veget. de re mil. IV. 39. Theocr. id. ιγ. 25 sqq. Sic ortus quidem Pleiadum per se non tristis (ut perperam Acr.), sed laetus potius erat in posterum: attamen ipso illius tempore & *Auster* flare, & atroces adhuc subinde tempestates, ultimae anni hiberni vires, incidere solebant. v. Colum. & Plin. ll. ll. Talis tempestas h. l. declaratur, prorsus insigni cum dilectu; quoniam nunc videri dicique poterat Auster ita *exercere* per tempestatem & fatigare *undas indomitas*, ut post fractae pacataeque quiescerent, np. post ortum Pleiadum. Ita explicanda, puto, similitudo, qua nunc nil vel aptius, vel admirabilius aut excelsius esse queat. Vel pervertunt eam fere, vel extenuant, ut fecit Gesn. — *Pleïadum ch. sc. nubes*, splendide & lyrice, pro, tempore ortus Pleiadum. — *Pleïadum chorus*, pro, Pleiades, tam propter multitudinem, quam, quod omnino sideribus tribuuntur *chori* & *choreae*, ob motum numerosum atque consonum. Varro ap. Non. VI. 16. *Cum pictus aër fervidis late ignibus Caeli choreas astricas ostenderet.* Item v. Prop. III. 5. 36. Tib. II. 1. 88. Inprimis Pleiades, ob stellarum positum & quasi coronam, choream in caelo ducere creditae. v. Hygin. astron. II. 21. — 22. *scindente nubes*, pro, oriente. Proprie *scindere*, secare, τέμνειν, *nubes*, per nubes ire, h. conspici in caelo per nubes ruptas & apertas; quoniam ortus Pleiadum finem procellarum

Sic tauriformis volvitur Aufidus,
Qui regna Dauni praefluit Appuli,

Quum

26. *Qua* emend. Bentl. non male, inquit Cun. & sic legendum contendit animadv. c. IX. p. 379. Omnino non mala emendatio est, sed neque necessaria. Quomodo enim, ut ait Bentl. subtilem geographum agat Horatius, si legamus *qui*, id ego non video. Ad ornatum spectat versus, non ad docendum situm fluvii. Mox *perfluit*, nonnulli Lamb. unus Bersm. Lips. 3. 4. Dess. 2. Venet. 1492. Locher. Ascens. Gryph. Basill. Lamb. *praefluit* plures Lamb. (cui & probatur) tres Blandd. Cruqu. omnes Pulm. optimi Torr. Mentel. Lips. 1. 2. Fran. Altt. Helmst. Ald. Mur. Cruqu. Torr. Fabr. Steph. Heins. Rutg. Fab. Dacer. Cun. Sanad. Baxt. Ion. v. sup. ad 3. 10.

tum affert, & sic nubes solvi ac discedere incipiunt. Insignis igitur pictura, tam ad evidentiam, quam ad vim. — *impiger*, fortis, strenuus, cuius virtutem & impetum nil frangere aut retardare potest. cf. sup. 8. 30. *impiger vexare*, ad vexandum, in vexando, impigre vexans, h. affligens, urgens, nulla requie data; quod supra erat *exercet*. cf. sup. III. 2. 4. ibique not. Praeclare pingitur Tiberius, & ducis & militis munere functus. — 23. *frementem*, de equo generoso & incitato. — 24. *equum* concitatum *mittere*, immittere, *medios per ignes*, in medium pugnae fervorem, ut recte Acr. Hoc ab Homero sumtum, apud quem non solum δαΐς, sed etiam saepe πῦρ αἰθόμενον, θεσπιδαές, declarat acerrimam pugnam, τὸ θερμὸν τῆς μάχης. v. Il. ν. 286. κ. 246. μ. 177. Aperte imitatur Sil. XIV. 176. *per medios ignes, mediosque per enses*; item XV. 41. *per medias volitare acies, mediosque per ignes*. Sic extenuant vim & ornatum loci, qui de propriis ignibus cogitant, ut Dacer. Bentl. San. Gesn. dum vel ignes nocturnos in castris, vel ignes Romanis obiectos ab hostibus, vel aliam talem historiam designari ab Horatio putant.

25 sqq. Altera comparatio, ad declarandam pugnantis Tiberii virtutem, furiosumque in hostes impetum, prorsus magnifica illa, tam ad sensus, quam ad verba. Praeivit Homer. Il. ε. 87 sqq. Cf. Virgil. Aen. X. 602 sq. item Ies. VIII. 7 sq. H. l. observetur etiam forma exquisitior, & ad vim gravior,

in

Quum saevit, horrendamque cultis
Diluviem meditatur agris:

Vt

27. *dum* Lipſ. 2. 28. *meditatur* Acr. Porphyr. Comment. Cruqu. Serv. ad Virgil. Aen. III. 153. IV. 171. ſex Lamb. plures & meliores Cruqu. & Torrent. Pulm. 2. 4. unus Berſm. libri Fabr. & Geſn. tres Bentl. Fran. Lipſ. 3. 4. Alt. 2. Helmſt. Venet. 1478. Lamb. Cruqu. Torr. Mur. Fabr. Steph. Heinſ. Fab. Dacer. Baxt. Geſn Burm. San. Ion. *minitatur* Non. Marcell. III 84. nonnulli Lamb. tres Cruqu. Pulm. 1. 3. 5. unus Berſm. plures & vetuſtiores Bentl. Mentel. Deſſ. 2. Alt. 1. Lipſ. 1. 2, Venet. 1492. Locher Aſcenſ. Baſill. Rutgerſ. & plures, ſed hodie inprimis Bentl. Priorem lectionem cum agnoſcit tum iam reprehendit Porphyr. „Male dixit, *meditatur* diluviem, quia in ipſo actu eſt, nec debet cogitare aut condiſcere id, quod iam facit„ Contra Serv. l. l. „*meditatur*, i. infert, exercet; nam in ipſa meditatione exercitium & actus: ſciendum tamen eſt, hoc hodie in uſu non eſſe.„ Male vero uterque grammaticus. Nam neque *meditatur* eſſe poteſt pro, infert, neque omnino pingitur a poeta fluvius inferens iam diluviem, ſed illaturus, ſive parans demum, dum *ſaevit* adhuc intra alveum ſuum. Bentl. praetulit *minitatur*, non ob illam Porphyrionis reprehenſionem; nam non magis id verbum ad actum praeſentem pertinet, quam *meditatur*: ſed primum, ob Nonii & antiquiorum codicum (ſuorum ſcilicet) auctoritatem; deinde, quia verbo *ſaevire* aptius iungatur *minitari*, quam *meditari*, quod diſſimulatam celatamque iram ſignificet; denique, quia praeſentius aliquid & fortius declaret *minitari*, quatenus *minitemur* in praeſens, *meditemur* in longinquum. Alteram & tertiam rationem pro argutiis & cavillationibus habebit, cuicumque erit ſenſus poëticus. Nonius autem, ut iam recte vidit Sanad. vel corruptus illo loco eſt, vel gloſſema amplexus. Nam profecto *meditatur* longe non ſolum exquiſitius atque audacius, & ſic magis & poëticum & lyricum, ſed etiam auguſtius & gravius, huiusque & carminis & loci maieſtate dignius verbum eſt, quam *minitatur*; quod quidem mature pro interpretamento allitum, & hinc a librariis, quorum captui magis conveniret, in contextum illatum fuiſſe, luce clarius eſt. Omnino haec etiam metaphora eſt, cum dicitur *minitari* res inanima; ſed nonne multo eadem vulgarior & tritior, quam ubi *meditari* dicitur? Omnia haec agnoſcere noluit Bentl. ut modo ab aliis diſcederet. — *horrendaque cultos Diluvie metis ater agros*, coniect. ap. Ioneſ.

in eo, quod particulae, *ſic*-*ut*, ita poſitae ſunt, tamquam non Tiberius Aufido, ſed Aufidus Tiberio comparetur. Permutando pone v. 25. *ut*, & v. 29. *ſic*, & vide

Vt barbarorum Claudius agmina
Ferrata vasto diruit inpetu,
Primosque & extremos metendo
Stravit humum, sine clade victor:

Te

30. *dirpuit* Flor. forte pro, diripuit, ut *surpuit*, inquit Gesn. Male vero. 31. *&* abest a Lips. 4. *primosque extremosque* Dess. 2. 32. *humi* nonnulli codd. ut nostri Lips. 2. Alt. 2. item Venet. 1492. Locher. Ascens. Basill. Mur. Fabr. Recte ceteri omnes *humum*.

vide, quantum virtutis lyricae pereat. — *sic*, tali cum impetu undarum *volvitur Aufidus*. v. III. 30. 10. *volvi* vocabulum proprium de flumine rapido. — *tauriformis*, factum ab Horatio verbum e Gr. *ταυρόμορφος*. Sollemni & prisca notione fluvii nobiles, eorumque Dii, habent capita taurina (unde *βούκερανοι, ταυρόκερανοι*), vel humana cum cornibus taurinis: v. c. Achelous ap. Sophocl. Trachin. 12. (ubi v. Schol.) etiam in nota pugna cum Hercule, Ovid. Met. IX pr. item *Tiberis* ap. Virg. Aen. VIII. 77. & in l. nobiliss. Claud. cons. Prob. 214 sqq. & *Eridanus*, Virg. Ge. IV. 371. Cf. Aelian. V. H. II. 33. Etiam in monumm. caput Acheloi cornutum: v. d'Orvill. Sic. T. I. n. 1. 2. p. 386. item Eridani imago, capite taurino, Romae: v. Spanc. Polym. D. XIV. p. 231. Ratio eius rei varie expeditur a VV. DD. Verissime ea inesse putatur in mugitu aquarum (quatenus & Scamander ap. Hom. Il. Φ. 237. *μεμυκὼς ἠΰτε ταῦρος*), tum inprimis in earum vi & impetu; quoniam *cornua* antiquissimum symbolum potentiae. v. ad II. 19. 30. Vides, quam divinum epitheton *tauriformis*, hoc inprimis loco, sit. — 26. *regna Dauni A.* i. Apuliam. v. ad III. 30. 11. *praefluit*, praeterfluit, interfluit. v. sup. ad 3. 10. — 27. *saevit*, *οἴδματι θύει*, tumentibus & ferventibus undis, mox exundaturis. Vnde praeclare, *meditatur*, in animo habet, parat; eo spectat Dei irati furor. Magna vocabuli maiestas. v. V. L. — 28. *diluviem*, h. inundationem; sed *diluvies* maiorem ideam praebet. — *cultis agris*, quam praeclare hoc in nexu!

30. *diruit*, turbata disiecit evertitque. Est Homericum κλονεῖν φάλαγγας, Il. ε. 93

Cf.

Te copias, te consilium & tuos
Praebente Divos. Nam, tibi quo die
Por-

34. *duces* Lipf. 4. Comma, quod vulgo est post *tibi*, esse debet post *nam*, ut facile elegantiae sensus docet.

Cf. Virg. Aen. XII. 368 sq. — *ferrata*, ferro munita, armata. — *vasto*, ingenti, impotenti. — 31. *metendo*, caedendo & prosternendo. Praeclare respondet verbum *cultis agris*, v. 27. Pingitur Tiberius, ubi irrupit in agmina *diruta*, caedem a prima acie usque ad extremam continuans. Comp. Virg. Aen. X. 513 sq. Sed pinguntur etiam *devota morti pectora* hostium, qui se a primis usque ad extremos occidione occidi sinunt. — 32. *stravit* constravit, operuit *humum* corpóribus occisorum. Nempe ablativi loco est *metendo*, exquisita structura. — *sine clade*, sine damno suorum militum. v. Vellei. II. 95. In eo summa victoris laus. Sed postquam ad summam magnificentiam evectum est elogium Tiberii, iam illud omne ad Augustum defertur.

33 sq. Exquisitus transitus! Cum praeclare & graviter versuum superiorum quasi tumultus desinit in vocabulum *victor*, tum sequitur excelsus sensus: sed victor, *te praebente* ei & suppeditante *copias* cet. Gesta sunt omnia tuis *copiis*, tuo *consilio*, dum praeceptis instruxisti Nerones, iisque eius belli gerendi rationem designasti & demonstrasti; denique tuis *auspiciis*. Iungit etiam Vellei. II. 129. *auspiciis consiliisque*. Sed pro *auspiciis* est: *te tuos praebente Divos*. Cum Romani nullam magnam rem, nisi auspicato, h. captis auspiciis, suscipi vellent, eum in finem non solum habebant augures, ut notum, sed etiam maioribus magistratibus, qui cum summo imperio praeessent provinciis aut exercitibus, dabant ius, capiendi auspicia, atque ex iis rem gerendi. Dicebatur illud *habere auspicia*, & *suis auspiciis* pugnare; neque sane quidquam aliud erat, nisi summa rerum administrandarum potestas. Contra proconsules, propraetores, aliique maiorum magistratuum legati, non habebant ipsi auspicia, neque igitur rem gerebant suis, sed illorum auspiciis, a quibus ipsis mandata esset. v. Cic. Divin. II. 36. Augustus cum rerum potitus esset, cum summo perpetuoque imperio solus omnia auspicia habebat,

Portus Alexandrea supplex
Et vacuam patefecit aulam,

For-

35. *Alexandria* nonnulli mss. & edd. ex his Lamb. & Sanad. Sed plures & meliores *Alexandrea*, quorum auctoritatem sequuntur Venett. Locher. Asc. Basill. Mur. Fabr. Cruqu. Torr. Steph. Heins. Rutg. Fab. Dacer. Baxt. Bentl. Cun. Ion. *Alexandrea* etiam in numis & monumm. v. Anton. Augustin. antt. num. dial. III. p. 42. Gruter. inscr. CCCLXXVI. 3. DXXV. 2. Praefert eam scripturam etiam Broukhus. ad Propert. III. 11. 33. & nostro in loco Priscian. lib. II. p. 588. cum alias utraque scriptura usitata sit, e Gr. Ἀλεξάνδρεια.

bat, & omnia in provinciis bella gerebantur *ipsius*, etiam absentis, *auspiciis*, h. erat & manebat penes eum unum ius capiendi auspicia & consulendi Deos super tali bello, atque hinc suprema eius & suscipiendi & administrandi potestas & auctoritas. Legatus enim, cui mandatum esset bellum, gerebat illud non solum iussu & auctoritate Augusti, sed etiam ex ordine ab ipso praescripto, datisque vel missis imperiis; quae quidem omnia auspiciis ab ipso captis nitebantur, certe niti dicebantur. Deinde, dum legato tradebat ducendum exercitum, suoque nomine administrandum bellum, quod consulti ab ipso Dii comprobassent, eiusque felicem ipsi exitum per auspicia adnuissent & significassent: eo igitur belli gerendi potestatem & auctoritatem, quam ipsi dedissent Dii, secundamque, quam ipsi promisissent, fortunam, legato deinceps conferebat, in eumque derivabat. Denique illa potestate, legato data, continebatur etiam ipsum ius capiendi in castris auspicia, inprimis, ubi Augusti mandata peti aut exspectari nequirent, velut ante proelium. Sed erant haec ipsa auspicia Augusti: nam cum capiebantur ipsius nomine & auctoritate, tum solius ipsius gratia laeta & secunda mittebant Dii, felicemque proeliis & bellis exitum dabant. Sic omnia ad unum Augustum relata; ab uno pendere, per unum regi, propter unum fortunari a Diis omnia credita. Satis declaratum, arbitror, quid sit, *auspiciis* Augusti, omninoque imperatoris: tum, quomodo dicatur ille, dum bellum legato mandat, dare huic & *praebere* auspicia sua, item *Deos suos*, h. sibi propitios & quasi addictos, sua caussa populo

Rom.

Fortuna lustro prospera tertio
Belli secundos reddidit exitus,

Lau-

Rom. vim victoriamque prosperantes. Imitatus nostrum l. Ovid. Tr. II. 173 sq. *Per quem bella geris, cuius nunc corpore pugnas; Auspicium cui das grande, Deosque tuos.* Ceterum licet constet, sub Augusto, omninoque sub imperatoribus, nullam prope vim auspiciorum fuisse, quod omnia pendebant ab arbitrio & voluntate principis; ut fere nihil aliud, nisi hoc ipsum arbitrium, summumque imperium, *auspiciorum* nomine designari videatur: tamen, cum certe praetenderetur ius auspiciorum absolutae illi potestati, atque etiam semper servaretur externa quaedam priscae religionis & auspiciorum species, sive per superstitionem, sive per artem civilem, ab Augusto quoque (v. Sueton. Aug. 31. 92.); facile sentitur, quam praeclare *poëta* inprimis, idque in tam excelso carmine, utatur sanctis illis coloribus, pro vulgari sententia, *ductu* quidem Tiberii, sed *auspiciis* Augusti (v. Tacit. A. II. 41. Sueton. Aug. 21.) bellum Rhaeticum gestum & confectum esse.

34. Illud *nam* docet, velle poëtam ea, quae proxime antecedunt, confirmare. Capta erat ab Augusto Alexandria, & finitum civile bellum, a. DCCXXIV. v. Dio LI. 10. p. 450. Hieron. chron. Euseb. ad Olymp. 187. 2. bellum Vindelicum gestum & confectum a. DCCXXXIX. v. sup. Arg. 4. & Hier. chr. Eus. ad Ol. 191. 1. Sic inter haec duo facta intercesserant *tria lustra*, ipsi anni XV. Qua in ratione temporum quomodo ita haerere potuerint Intpp. etiam Gesn. satis mirari nequeo. Diem captae Alexandriae non diserte memorant historici; fuisse diem IV Cal. Sept. probabile faciunt VV. DD. v. Scalig. emend. tempp. lib. V. p. 454. Tillemont. hist. impp. T. I. p. 3. cf. Macrob. Sat. I. 12. Certe Horatius h. l. eodem die post XV annos finitum esse bellum Vindelicum dicit; quod ita manifestum, ut nihil supra. Neque in eo poterat assentationi forte aut ingenio condonare veritatem, cum dies captae Alexandriae inter festos & sollemnes publice relatus (v. Dio LI. 19. p. 457.), & sic omnibus notissimus esset. Cum itaque eodem ipso die, fatali quodam eventu, Vindeli-

Laudemque & optatum peractis
Inperiis decus adrogavit.

Te

delicum etiam bellum feliciter finitum esset; sive illo ultimum proelium factum esset, eoque debellatum cum hostibus, sive publice per legatos acceptum ab iis iugum, & Rhaetia provincia facta, tributo imposito: hinc colligit Horatius, eosdem Deos utramque victoriam, utrumque belli exitum dedisse, iisdem Diis propitiis, quibus A. capta esset, qui fuissent haud dubie *Dii Augusti*, eademque favente Fortuna, h. *Fortuna Augusti*, Rhaetos etiam esse subactos; ut fatalis ille Augusto dies ad victorias, finiendaque bella, esse videretur. At quam exquisitum ac admirabile poëtae artificium cernitur in hoc tali illius momenti tam scito usu, ut tam novum inde atque insigne argumentum ducatur gloriae belli Vindelici in Augustum derivandae; cui mire placere debuit victoriae illius suae tam urbana ac ingeniosa & mentio & in rem praesentem conversio. — *supplex*, quatenus se subiecit victori. Cogitanda Alexandria ut femina supplex, quali habitu provinciae & urbes victae in nummis. Cives Alexandriae Augusti ad genua advolutos dicit Plut. vit. Anton. p. 951. B. Iam pro, dedidit tibi se, *patefecit tibi portus* suos, recipiendis classibus tuis, & *aulam*, regiam, *vacuam*, desertam ab Antonio & Cleopatra, in Mausoleo latentibus. v. Dio LI. 10. p. 450.

37. Eodem die *lustro tertio* (neque ipse hic numerus negligendus), *prospera F.* tibi *reddidit*, denuo dedit, vel simpl. dedit (v. ad I. 31. 12.), secundum exitum *belli*, np. Vindelici, eoque *laudem & optatum* cet. — *imperium* summa rei bellicae potestas; hinc *imperia* docte pro expeditionibus & bellis, Augusti partim ductu, partim auspicio, feliciter *peractis* & confectis. — *arrogare*, antiquo & docto vocabuli usu, pro, addere; quatenus *arrogare* erat proprie comitiale verbum, per rogationem addere, quemadmodum *derogare*, demere s. detrahere per rogationem. Sic Liv. VII. 25. *consuli dictatorem arrogare*, i. adiungere, addere. Item apud nostrum Epist. II. 1. 35. *arroget* pro, addat. Itaque est: eo die Fortuna *prospera*, prosperans tibi victoriam,

impe-

Te Cantaber non ante domabilis,
Medusque, & Indus, te profugus Scythes
Miratur, o tutela praesens
Italiae dominaeque Romae:
Te, fontium qui celat origines,
Nilusque, & Ister, te rapidus Tigris,
Te

42. *Indus profugusque Sc.* Lips. 3. 45. *originem* Fa. & Iann. ap. Lamb. 46. *Nilusque, te Ister* Helmst. a m. s. *Ister rapidusque T.* Lips. 3. Mentel. & *rapidus T.* Lips. 4. *trepidus* ed. Gryph.

imperiis tuis (casu tertio), h. rebus olim bello gestis, olim partis victoriis, novam *laudem* gloriamque, & *optatum decus*, honorem, potenti suo quasi suffragio, addidit, victoriarum tuarum splendidam seriem insigni accessione auxit & illustravit. Aliter fere Intpp. & vel in aliena feruntur. — *optatum*, simpliciter, quoniam exoptatur honor & victoria bellantibus. v. Virg. Aen. V. 201.

41 sqq. Illud de peractis Augusti imperiis, arrogataque illis laude per victam Rhaetiam, facile perducebat poëtam ad cogitationem subacti iam & pacati ab Augusto terrarum orbis. Igitur recenset populos ab illo victos & coërcitos, versus orientem, occidentem, austrum & boream. Cf. Sueton. Aug. 21. ibique Casaub. Observetur in hoc recensu ornatus poëtici splendor & ubertas. — *Cantaber*, v. ad II. 6. 2. III. 8. 22. — 42. *Medus*, Parthus. v. ad I. 12. 53. III. 5. Argum. pr. — *Indus*, v. ad I. 12. 56. — *Scythes*, v. ad II. 9. 23. III. 8. 23. — *profugus*, v. I. 35. 9. — 43. *mirari* idem quod mox *venerari*. cf. Virg. Ge. IV. 215. — *tutela* pro eo, qui tuetur (v. Epist. I. 1. 103.), inprimis h. l. pro Deo custode, Genio tutelari, ut ap. Petron. 57. ubi v. Burm. cf. sup. 5. 2. — *praesens*, v. ad III. 5. 2. cum alias Romae tutela, sed absens, esset Iuppiter. — 44. *dominae* orbis terrarum. v. sup. 3. 13.

45 sqq. More poëtico ornate declarantur populi terraeque per fluvios: per *Nilum* Aegyptus, per *Istrum* Pannonia, Dacia (v. ad II. 9. 23.), ipsaque Rhaetia, per *Tigrim* Armenia (v. ad II. 9. 20. & cf. inf. 15. 21.). — *qui celat*, cuius fontes ignorantur. v. Plin.

Te belluosus qui remotis
Obstrepit Oceanus Britannis:
Te non paventis funera Galliae
Duraeque tellus audit Iberiae:
Te caede gaudentes Sygambri
Conpositis venerantur armis.

CAR-

47. *beluosus* Bentl. Cun. Sed v. Cellar. orth. lat. ed. Harl. T. I. p. 188. *qua* coni. Bentl. v. V. L. ad v. 26. 49. *paventes* Bentl. 12. & alius recentior, item Acr. ms. ap. eundem, & e nostris Lips. 1. Atque ita edidit Bentl. quem secutus Cun. ut iungatur *paventes Galliae;* nam saepius dici *Gallias* plurali numero. Sed quorsum hoc? 50. *Hiberiae* Bentl. v. V. L. ad I. 29. 15. 51. *Sicambri* vulgo. v. V. L. ad IV. 2. 36. 52. *Depositis* coni. Cun. *cum positis* var. lect. ap. Ion.

Plin V. 9. Sic dicitur *occulere caput*, Tibull. I 7. 24. Ovid. M. II. 255. Vnde Nilus pater in monumm. urnam suam veste tegens, item velato capite. v. Spenc. Polym D. XIV. p. 229. Neque hodie de Nili originibus res expedita. v. omnino Ill. Heyn. ad Tibull. l. l. Istrum etiam celasse origines putat Gesn. indicari iunctura *Nilusque & Ister*, in eoque cruciat se. Sed cur ob iuncturam illam etiam epitheton, *qui celat origines*, commune esse oporteat, me non videre fateor. — *rapidus Tigris*, Armeniae fl. a vehementissima celeritate ipsum nomen habens; nam *tigris* Medis sagitta vocata. v. Plin. VI. 27. Solin. 11. Varro L. L. IV. 20. Curt. IV. 9. — 47. 48. Ornatissimi versus, ad declarandam Britanniam (v. Argum. III. 5.), idque per Oceanum Britannicum. — *belluosus*, novum verbum, *μεγακήτης*, *πολυκήτης*, monstris marinis abundans, *belluis scatens*, III. 27. 26. Non solum est epitheton generale, sed inprimis proprium illi Oceano, certe aetate Horatii. v. Plin. IX. 5. *remotis*, v. I. 35. 29. — *obstrepit*, litora eorum circumstrepit, circumfremit. v. II. 18. 20. ibique not. Prae ceteris etiam turbidum illud mare.

49. *tellus Galliae*, *non paventis funera*, mortem non timentis.

CARMEN XV.

ARGVMENTVM.

Novissima odarum Horatii, scripta a. V. c. DCCXLIV. Sed hoc paucis iam declarandum. Ter clausum fuisse sub Augusto templum Iani, haud dubie constat e Sueton. Aug. 22. Oros. VI. 20 sqq. qua super re lites virorum doctorum componit Lips. elect. I. 20. Iam primum clausus erat ab Augusto Ianus a. DCCXXV, post victoriam Actiacam. v. Dio LI. 20. p. 457. Iterum a. DCCXXX, post bellum Cantabricum. v. Dio LIII. 26. p. 515. Masson. templ. Iani reser. p. 93 sqq. Sed de tertia clausura (liceat post alios hoc vocabulo uti) scriptores valde dissentiunt. Lipsius l. l. affert inscriptionem e lapide Emeritae in Hispania reperto: IMP. CAES. DIVI F. AVGVSTVS -- -- COS. XI. -- -- TEMPLO IANI CLVSO: *eamque putat ad tertiam clausuram spectare. Sed Augustus Cos. XI fuit a. DCCXXXI, & sic anno post alteram clausuram; igitur ad hanc eamdem, adhuc durantem, pertinet iste lapis, & modo anno post positus putandus. Ad annum DCCXLVIII tertiam clausuram refert H. Noris. ad cenotaph. Pis. p. 194 sq. ad annum DCCLII Orosius VI. 22. Sed referendam esse ad a. DCCXLIV, omni dubitatione carere mihi videtur. Nam primum Dio LIV. 36. p. 546. ad a. DCCXLIII, narrat, decretum fuisse a Senatu, ut Ianus tertium clauderetur, sed id ne fieret, obstitisse Dacos, Istrum frigore concretum transgressos, Dalmatas etiam, item Germanos, inprimis Chattos, rebellantes; attamen Augustum, pacatis his motibus per Drusum ac Tiberium, cum his Romam proximo anno rediisse, & omnia ea, quae propter victorias olim decreta fuissent, peregisse. Vnde recte colligitur, Ianum etiam tunc ab eo clausum fuisse, cum hoc ipsum etiam illi fuisset decretum, & praeterea, pace terra marique parta, omnia iam bella sepulta essent. Cum multae magnaeque lacunae sint in Dione, statim inde ab eo, quem laudavimus, loco, non mirandum, quod nulla disertior hodie apud eum reperiatur illius rei mentio. Cf. Masson. templ. Iani reser. p 208 sq. Deinde scriptum esse hoc nostrum carmen ipso tempore Iani clausi, apparet non solum ex v. 9. sed inprimis etiam e vv. 17 sqq. qui totum terrarum orbem pacatum produnt, simillimi illis*

mentis. De intrepida Gallorum fortitudine, mortisque contemtu, v. Aelian. V. H. XII. 23. Caes. B. G. VI. 14. Lucan. I. 459 sqq. — *durae*, v. sup. 5. 27. ibique not. — *audit*, tibi paret. — 51. De *Sygambris* v. sup. Argum. 4. & ad v. 36. — *caede gaudentes*, immanes & bellicosi. Ad victoris & domini gloriam augendam praeclare valent epitheta populorum in his vv. — 52. *compositis*, docta inversione, quatenus ipsi Sygambri *compositi* erant, h. pacati ac debellati iam quiescebant; ut est *componere* ap. Tacit. H. IV. 3 pr. Sil. XVII. 356.

illis III. 14. 14 sqq. quod carmen tempore Iani iterum clausi factum. Verum ad hanc alteram clausuram carmen nostrum pertinere non potest; nam scriptum est post recepta a Parthis signa (v. 6.), post latas leges Iulias (v. 10 sqq.), post victos Dacos, Scythas, Rhaetos (v. 21 sqq.): igitur referatur necesse est ad tertiam Iani clausuram, annumque DCCXLIV: cui anno illam assignandi novas sic validasque rationes hac ipsa ode contineri videmus. Illius scribendae primaria caussa atque occasio haud dubie fuit ipse Ianus clausus: cuius insignis & memorabilis facti sensu excitatum poëtae ingenium fertur ad MAGNITVDINEM AVGVSTI PACIFICI, non bellatoris, hoc nunc tempore celebrandam. *Verum pro vulgari sensu: nolle se iam bellicas Augusti laudes & virtutes, sed, quod rei ac tempori convenientius sit, pacificas civilesque canere;* praeclare ita orditur carmen, ut fingat, se voluisse Augusti res bello gestas &, quibus parta esset pax, victorias canere; *quod sane in mentem venire poterat:* sed ab ipso Apolline vetitum fuisse conari tenuem grandia, argumentumque tractare, cuius magnitudini impar esset ipsius ingenii humilitas. *Quae quam exquisita ratio sit, quam urbana in ea insit adversus Augustum adulatio, quam excelsa atque immensa illius laudatio, facile percipitur.* Tum convertit se poëta *ad argumentum primarium, hoc est, ad ipsas artes virtutesque pacificas Caesaris Augusti, qui rempublicam armis quaesitam, pace enutriisset & amplificasset, atque ad summum & felicitatis & maiestatis fastigium evexisset: cui quidem argumento tractando hac inprimis tam festa sollemnique occasione locus erat.* Sed illas *virtutes pacificas Augusti Horatius, ut poëta,* declarat per effecta & attributa. Eorum primum erat reddita reipublicae, sopitis bellis, quies interna, *qua redisset cultus agris, securitas hominibus.* Deinde parta imperio Rom. pax, eaque gloriosissima, *declaratur eo, quod Augustus, abstersa Romano nomini omni olim accepta labe, summaque ei dignitate & maiestate asserta, Ianum clauserit. Sed praeclare, more lyrico, cum primum illud momentum per ubertatem agrorum, tum alterum hoc per unum & illustrissimum & aptissimum huic argumento exemplum, id est, recepta a Parthis signa, exprimitur. v. not. ad v. 6 sqq.* Tum laudatur restituta per otium ab Augusto disciplina publica, *legibus emendatis utiliter, latis salubriter, aliisque initis sapienter rationibus, quibus morum corruptelam tolleret, licentiam luxuriamque comprimeret, revocaretque priscam illam venerandamque morum sanctitatem ac severitatem, antiquam illam virtutem Romanam,* qua ad tam horrendam magnitudinem, tam immensam gloriam & felicitatem Romanum crevisset imperium. Porro pingitur securitas publica, *ita* pacato orbe terrarum terra marique, *ita sepultis & civilibus & externis bellis, ut nihil iam, superstite Augusto, timendum videretur ab hostibus, quos ille cum armis subegisset, tum inprimis fama sui nominis & maiestate vel subiecisset Romano imperio, vel in metu obsequioque contineret.* Denique nixae his omnibus tam publicae universorum, quam privatae singulorum civium, summae felicitatis pulcherrima imago ponitur, *plena & suavitatis & sanctitatis, auctoque & sensuum & colorum vigore insignis; eaque sic prae-*

 clare

clare carmen finitur. Omnino nobilissimum carmen est, inter excellentissima Horatii opera referendum. Ipsum iam argumentum summam gravitatem & maiestatem habet: princeps pacis artibus magnus, qui pacem dat populo suo, securitatem illi, dignitatem felicitatem praestat, ad virtutem illum & morum sanctitatem legibus institutisque revocat. *At enimvero quam excelsa & veneranda imago! quanto excelsior vereque maior, quam eius, qui bellicis artibus factisque vel maxime inclaruit! Sed praeclare respondet etiam huic tali argumento tractatio poëtica: simillima quidem a sensibus & imaginibus, adeoque ab ordine ac descriptione, quinti carminis huius libri parti alteri, inde a v. 17 usque ad finem (quam igitur cum nostro diligenter comparabit interpres); sed aliquanto tamen graviorem ingressum altioremque nisum lyricum servans. Cum enim non sit in hac ode effrenatus ille atque aestuosus fervor, rapidus ille excelsusque impetus, qui v. c. in altera & quarta huius libri cernitur; neque ea proxime superioris quidem splendorem & magnificentiam aequet: tum nec remissa quasi est & laxata lyra poëtae ad eam sonorum mollitudinem, quae in quinta ista ode audiebatur, attemperata interiori ac teneriori, qui ibi regnabat, amoris ac pietatis affectui. Scilicet pertinebat illa ad Augustum unice amabilem, & intime desideratum, haec Augustum pacificum & in pace magnum, magna & festa occasione celebrat. Igitur praeclare decet eam pacifica illa quasi maiestas & composita gravitas, quam ab initio usque ad finem servat; magni & profundi instar fluminis, quod medio alveo tranquilla cum dignitate delabitur. Dispositionis & progressionis simplicitas, enthusiasmi poëtici generosus, sed temperatus, nisus, spiritus vere & unice Romani gravis arrogantia, sensuum placida magnitudo sedatusque vigor, ornatus poëtici exquisitus ac decorus, sed modestus idem & compositus habitus, elaborata & perpolita omnium partium, ipsorumque numerorum, perfectio: hae tales tantaeque virtutes praestantissimi carminis cui tandem non summa cum admiratione & voluptate agnoscantur? — Denique ad argumentum illius eleganter Sanadonus comparat e nobili carmine Russaei,* Ode à la fortune, *vv. 101 sqq.*

AV-

AVGVSTI LAVDES.

METRVM XVI.

Phoebus volentem proelia me loqui
Victas & urbis, increpuit lyra,
Ne

AVGVSTVM CELEBRAT Venet. 1492. Locher.
RVRSVS AVGVSTVM CELEBRAT Ascens.
AD AVGVSTVM PACIFICVM Sivr.

Porphyrion sic: „ Quidam separant hanc oden a superiore, sed potest illi iungi, quoniam hic laudes dicuntur Augusti. „ Vnde intelligitur, vulgatam illius aetate & usu receptam eam rationem fuisse, in codd. quoque, ut haec duo carmina in unum coniungerentur. Atque etiam Cruqu. in mss. codd. sine ulla distinctione adhaerentem hanc oden superiori reperit. Facile & argumenti affinitas & metri similitudo ei errori occasionem dedit. Nam novum hoc esse carmen atque a praecedente diversum, quis non videat?

1. *volente* coni. Torr. & Gesn. in thes. L. L. v. increpare. Sed male hoc. *praemia* Lips. 4. 2. Post *increpuit* comma ponunt Cruqu. Steph. Ion. & quicumque iungunt *loqui lyra*, idque male. v. not.

1—4. Nobile principium. v. Argum. — *volentem*, conantem iamque incipientem. *proelia victas & urbes*, bella & victorias Augusti. — *loqui*, v. III. 25. 18. Revocat poëtam a tam audaci conatu ipse *Phoebus*, metuens cum ipsius Horatii, tum vero Augusti gloriae. Cf. I. 6. 10 sqq. — *lyra loqui*, canere, iungunt Scholl. & plurimi post eos, etiam Baxt. & Klotz. Sed quis non sentit, quam dura atque indocta & prope inepta foret talis verborum traiectio? Quis non sponte feratur ad iungendum, *increpuit lyra?* quod non solum bonum sed etiam exquisitum sensum dat, si quidem recte explicetur. Cogitandum, puto, de chorago (cf. sup. Argum. 6.), qui, lyram manu tenens, discipulos & χορευταῖς canentes coram se cantumque meditantes audit, atque, cum aberraverint, neque

Ne parva Tyrrhenum per aequor
Vela darem. Tua, Caesar, aetas

Fru-

4. & *tua* Helmst. a m. pr. *ut tua* idem a m. s.

que recte aut ex ipsius sententia cecinerint, tactu *lyrae*, vehementiore etiam, ubi opus est, aut ubi indignatur, eos interpellat & *increpat*, h. reprehendit, corrigit, erroris admonet, legitimum sonum praeeundo. Sic h. l. canturo Horatio adstat cum lyra sua Apollo, poëtarum choragus, illumque sponte canere occipientem proelia victasque urbes, improbans eum vel conatum vel cantum, *lyra increpat*, h. lyrae pulsae sono interpellatum obiurgatumque ab errore revocat, & sic illo ipso sono admonet, *ne parva T. p. ae. vela det*. Quam insigne phantasma, plenumque dignitatis lyricae! v. etiam ad v. 4. Cf. Virg. Ecl. VI. 3 sqq. ubi similis idea, sed exilior, ut in tenui genere. Haeret h. l. & turbat Gesn. minusque recte advocat Ovid. Fast. VI extr. ubi plane diversum a nostro phantasma est, & legendum, *increpuitque lyram*. Ridicule Dacer. & Sanad. expl. *increpuit*, percussit, feriit me *lyra* sua; quod iure exsibilat Klotz. opusc. p. 139.

3 sq. Haec non tam Phoebus locutus esse fingitur, quam ex isto lyrae sono intellexisse Horatius, mentemque Dei percepisse. — *increpuit*, *ne*, βραχυλόγως, subaudito, eoque monuit, *ne*. — *vela dare per aequor*, navi in altum evehi, ut Virg. Aen. I. 35. *in altum dare vela*. Saepius comparatur tractatio poëtica navigationi, argumentum mari. v. Virg. Ge. II. 44 sq. Igitur h. l. *ne parva navi ingredi auderem vastum immensumque mare Tyrrhenum*, h. ne cum tam parvo tenuique ingenio, tam grande atque immensum argumentum, gloriam Augusti bellicam, tractare atque celebrare conarer. At quam & splendida & sublimis allegoria!

4 sqq. Vulgaris transitus erat: itaque canam potius, canere praestat, virtutes Augusti pacificas. Sed hoc neglecto, more lyrico, statim illas virtutes poëta eloqui adgreditur, in eoque praeclare ad ipsum subito Augustum convertitur. Scilicet subito in-

Fruges & agris retulit uberes,
Et signa nostro restituit Iovi,
Derepta Parthorum superbis
Postibus, & vacuum duellis

Ianum

5. *rettulit* hîc etiam multi. Sed v. V. L. ad II. 1. 28. 7. *Direpta* omnes Lamb. praeter duo, omnes Pulm. tres Bersm. aliique plurimi, e nostris Lipss. Dessss. Altt. Helmst. tum Venett. Locher. Ascens. Basill. Mur. *Derepta* duo Lamb. & unus Cruqu. cum litura, duo Blandd. Cruqu. sine litura, Mentel. Fran. Lamb. Cruqu. Torr. Fabr. Heins. Steph. Fab. Rutg. Dacer. Bentl. Baxt. Cun. Sanad. Ion. Et sic esse debet. cf. N. Heins. ad Ovid. M. III. 52. 8. *hostibus* Comment. Cruqu.

incipit quasi novus ille atque alius cantus, ad quem Phoebus illo eodem lyrae pulsu poëtam revocasset, quem illi praeisset ac praecepisset, moto eo, quo velut inflectere vocem, unde exordiri, quem servare deberet, sono. — 4. Cum proprie eorum, quae sequuntur, subiectum esset *Augustus*, pro eo ipsius *aetas* ponitur, eique tribuuntur, quae ille per eam gessisset ac perfecisset: quae forma non solum per se doctior & ornatior erat, sed etiam splendide amplificat notionem, dum imperio Augusti speciem dat velut *aetatis aureae;* scilicet revocata per illud priscorum quasi mortalium felicitate & innocentia. Facile etiam sentitur pondus in *tua*. Cum imagine, quae sequitur, meritorum Augusti, & felicium temporum, cf. sup. 5. 17 sqq. ibique l. l. nobiliss. Vellei. II. 89. — 5. *fruges uberes*, ubertatem. cf. sup. 5. 18. ibique not. — 6. Signa a Parthis recepta (v. Arg. III. 5.) praeclare inter laudes Augusti pacificas sunt: cum quatenus sola sua praesentia, solo nominis sui metu, sine bello, ea extorsisset hostibus, omninoque Orientem pacasset; quo nomine dicit eum Vellei. II. 92. *in ordinandis Asiae Orientisque rebus circumtulisse terrarum orbi praesentia sua pacis suae bona:* tum ad pacem, quam peperisset, gloriosissimam declarandam. v. Arg. Vulgare erat: *&* postquam *signa restituit Iovi*, ipsisque Parthis formidatam fecit Romam, *Ianum Q. clusit*. Plane eadem sensuum coniunctio est Epist. II. 1. 255 sq. — *nostro Iovi*, custodi tutorique Romani imperii, ut Propert.

III.

Ianum Quirinum clusit, & ordinem
Rectum evaganti frena Licentiae
Iniecit,

9. *fanum* coni. Mur. & Passerat. ap. Lamb. & sic Brod. Cui tandem probari possit talis lectio? *Eanum* reperit Passerat. in cod. Rom. (v. Lamb.) item Marcil. in suis. Omnino Ianus etiam Eanus dictus antiquitus. v. Macrob. Sat. I. 9. *Quirini* omnes mss. codd. & vulgo editt. quod esset, templum Iani a Romulo conditum. *Quirinum* coni. Passerat. ap. Lamb. (cui neque ipsi displicet) & Gronov. ad Sueton. Aug. 22. & sic edidere Baxt. Cun. Ion. probante Cl. Oudendorp. ad Sueton. l. l. Nullus dubito, quin Horatius ita scripserit. Nam primum nihil omnino faciebat ad rem praesentem Romuli conditoris mentio, & sane Numa potius memorandus erat, qui certe primus Ianum belli pacisque indicem fecisset. Quod Sanad. putat, *Ianum Quirini* dici, ut distingueretur ab aliis, quae Romae essent, Iani templis, id quam frigidum sit, non opus est ostendere. Deinde sollemni & religioso nomine *Ianum Quirinum* appellatum fuisse, hoc inprimis etiam in argumento, docent dicta in Obss. Igitur, tam perfecto & pleno dignitatis in carmine, tam & gravem sanctamque, & aptam praesenti argumento, appellationem neglexisse poëtam, & maluisse dicere *Ianum Quirini*, quo vix quidquam exilius aut ieiunius dici poterat, quis tandem sibi persuadeat? Pro *Iano Quirino* recte eodemque sensu dici posse *Ianum Quirini*, neque quidquam inter utrumque interesse, quomodo Bentleius & Gesnerus, tanti Viri, contendere potuerint, nondum equidem capio; neque exaudio κακοφωνίαν in *Ianum Quirinum*. Denique facile, idque mature, librariorum vel negligentia vel inscitia *Quirinum* in *Quirini* mutavit. — *clausit* vulgata lectio; sed *clusit* emend. Cun. quae haud dubie vera lectio. Nam semper in hoc argumento

III. 11. 41. quo respectu male ferebat signa amissa, receptis gaudebat; unde magnifice dicitur Augustus ea *restituisse Iovi* Romanorum, quatenus ipsis Romanis restituerat. Alii explicant de suspensis in templo Iovis Capitolini signis; sed haec explicatio cum angustiorem minusque poëticum sensum dat, tum ei repugnat, quod Augustus templum Martis Vltoris, ubi ea signa suspenderentur, decerni iussit. v. Dio LIV. 8. p. 526. Ostensa omnino erant Capitolino Iovi per pompam triumphalem. — 7. Notus mos, spolia suspendendi & consecrandi in templis, eorumque tholis, columnis, *postibus*, affigendi. cf. III. 5. 18 sqq. — *superbis*, superbientibus hoc tam

Iniecit, emovitque culpas,
Et veteres revocavit artis:

Per

mento scribitur *clusit*, non *clausit*, in numis (v. not.) & inscriptt. ut ap. Gruter. XLIX. 4. item in optimis codd. ap. Sueton. Aug. 22. (ubi v. Cl. Oudend.) Flor. IV. 12. 64. & alibi. Et credere possimus, poëtam, idque lyricum, hac tam & sollemni & prisca doctaque forma hic uti non meminisse? Sine dubio *clausit* e glossemate est. 10. *Rectum vaganti* Pulm. 5. *R. vagantique* Dess. 1. R. *& vaganti* nonnulli Lamb. & Cruqu. plures Torrent. duo Bersm. Pulm. 1. 3. 4. Mentel. Lipſ. 1 a m. pr. 2 a m. ſ. 3. 4. Helmst. Dess. 2. Venett. Locher. Ascens. Mur. Basill. Steph. Rutg. *Rectum evaganti* Porphyr. unus Vat. Iann. Fa. Torn. Russard. Nic. Cler. ap. Lamb. tres Blandd. Cruqu. nonnulli Torr. Pulm. 2. unus Bersm. Lips. 1 a m. s. 2 a m. pr. Lamb. Cruqu. Torr. Fabr. Heins. Fab. Dacer. Baxt. Bentl. Cun. San. Ion. Vnice vera haec dignaque Horatio lectio, unde facile corruptela, *& vaganti*, oriri poterat: quemadmodum in v. sq. *& movitque* Lips. 1 a m. pr. *Licentia*, maiusculo *L*. v. not. 11. *amovitque* nonnulli Lamb. & Cruqu. Mentel. Lips. 4. Venet. 1492. Locher. Asc. Basill. Mur. Fabr. Steph. Heins. Rutg. Fab. Dacer. *dimovitque* Pulm. 1. unus Cruqu. tres Bersm. Lips. 3. Dess. 1. *demovitque* Lips. 2. *domuitque* Dess. 2. *emovitque* Acr. Comment. Cruqu. duo Vatt. Iann. Torn. Nicot. Cler. ap. Lamb. duo Blandd. Cruqu. plures & meliores Torr. Pulm. 2. 3. 4. 5. Gott. Lips. 1 a m. s. Fran. Helmst. Altt. Venet. 1478. Medioll. Flor. Lamb. Cruqu. Torr. Baxt. Bentl. Cun. San. Ion. Est haud dubie exquisitius etiam & efficacius verbum. Ceterum post v. 11. in cod. Lips. 1. in contextum intulit stupor librarii glossema: *ne serviremus voluptati*.

tam insigni ornatu aquilarum Romanarum. Graviter dicitur Augustus *deripuisse*, vi detraxisse (cf. Epist. I. 18. 55.) signa *postibus P*. quatenus illos maiestatis suae timore eo adegerat, ut clarissima illa monumenta ipsis templorum sacris postibus refigerent ultroque remitterent: in quo quam aegre sibi fecerint, quantusque fuerit vir, qui illos eo adduceret, facile sentitur.

9 sqq. *Ianus* pro Iani templo, quod antiquissimum, conditum, ut aiunt, ab ipso Romulo, a Numa portis utrimque munitum, cum antea transitionis perviae instar fuisset, ex eiusdem Numae instituto apertum belli, clausum pacis indicia habebat. Haud dubie non nisi sym-

Per quas Latinum nomen & Italae
Crevere vires, famaque & imperî
Porrecta maiestas ad ortum
Solis ab Hesperio cubili.

Custo-

13. *numen* Lipſ. 4. *Italiae* Lipſ. 1. 2. 4. Deſſ. 1. Fran. 14. *fama &* Deſſ. 2. *imperii* quinque Torr. tres Bersm. Lipſ. 1. 2. 4. 15. *ortus* nonnulli Lamb. unus Cruqu. Pulm. 2. 3. 4. 5. unus Bersm. plerique Bentl. Altt. Lipſſ. Mentel. Fran. Venett. 1478. 1492. Locher. Aſcenſ. Cun. San. *ortum* nonnulli Lamb. antiquiſſ. Bland. &, praeter unum; ceteri omnes Cruqu. Pulm. 1. duo Bersm. Bentl. 1 a m. pr. Deſſſſ. Helmſt. Baſill. Fabr. Mur. Heinſ. Steph. Rutg. Fab. Dacer Baxt. Bentl. Ion. Aures haud dubie h. l. praeferunt *ortum;* alias nil admodum intereſt. *orta* quinque Torr. quod puto factum ex *artus;* cum enim in multis codd. vitiose coniunctim ſcriptum reperiatur *adortus*, hoc mutarunt ſtupidi monachi in *adorta*, ob *maieſtas*.

ſymbolica ea religio ab initio fuit, cuius rationes varie expediuntur. v. Liv. I. 19. Aurel Vict. vir. ill. 3. 1. Plutarch. Num. p. 73. A. & de fort. rom. p. 322. B. Virg. Aen. I. 294. VII. 607 ſqq. Ovid. F. I. 279 ſqq. Macrob. I. 9. item Serv. & inpr. Ill. Heyn. ad Virg. ll. ll. Forma templi, duas habentis portas, unam a fronte, a tergo alteram (unde Gr. διθυρον, δίπυλον, dicunt), etiam in numis & monumm. occurrit. v. Oiſel. tab CVII. n. 11. 12. Montfauc. antt. ed. germ. tab XLV. n. 2. — *Quirinus* ſollemne Iani, ſanctum idem & religioſum cognomen. Macrob. l. l. *In ſacris quoque invocamus — Ianum Quirinum — quaſi bellorum potentem, ab haſta, quam Sabini curim* (quirim) *vocant.* Sueton. Aug. 22. *Ianum Quirinum ter clauſit.* Feſt. v. opima: *tertia ſpolia, Iano Quirino agnum marem caedito.* Serv. ad Virgil. Aen. VII. 610. *Idem* (Ianus) *Iunonius, idem Quirinus.* — *vacuus duellis*, bellis, Ianus docta inverſione dicitur, quatenus clauſus vacuam bellis civitatem indicat: nil amplius. — 10 ſqq. Reſtituta diſciplina publica. v. Argum. & cf. ſup. 5. 20 ſqq. Epiſt. II. 1. 2 ſq. item v. Flor. IV. 12. 65. Sueton. Aug. 32 ſqq. Oroſ. VI. 22. — *frena iniecit Licentiae* (quae h. l. ſubiectum perſonatum) idem quod

III.

Custode rerum Caesare, non furor
Civilis aut vis exiget otium,
Non ira, quae procudit ensis,
Et miseras inimicat urbis.

Non

18. *eximet* nonnulli Lamb. omnes Pulm. Commentat. & duo codd. Cruqu. Bentl. 1. 6. aliique, item 2 & 3 pro var. lect. & Acr. mſ. ap. eumd. Lipſſ. Deſſſſ. Altt. Fran. Helmſt. Venett. Locher. Aſc. Baſill. Mur. Fabr. Cruqu. Torr. Steph. Rutg. Fab. Dacer. Baxt. *eximit* Mentel. *exuet* nonnulli mſſ. ex *eximet*. Sed *exiget* duo Vatt. Iann. Cler. & unus Nicot. Lamb. antiquiſſ. Bland. Cruqu. Bentl. 2. 23. item 1 & 6 pro var. lect. Ita & Porphyr. nam expl. „ exiget, nunc, excludet, ut ſit quaſi, extra aget. „ Neque aliter Acr. legit, dum eodem modo exponit. Sic etiam Heinſ. Bentl. Cun. San. Ion. Eſt quoque verbum cum exquiſitius, tum fortius & aptius *vi* & *furori*. v. not. Bene etiam Bentl. obſervat, *eximi* dici fere, quae moleſta ſint, uſuras, metum, onus. cf. III. 14. 14. Epiſt. I. 5. 18. 19. *producit* Lipſ. 3. *procumbit* Lipſ. 4.

III. 24. 29. *licentiam* morum *refrenare*, coërcere ſeveriſſimis legibus inſtitutisque. — *evaganti rectum o.* temere vaganti extra bonum ordinem & rectam vivendi viam; ut contra *recte & ordine* vivit, qui vivit bene & ex legibus. Ducta metaphora ab equo indomito & effrenato, qui inſolenter tranſilit lineas, & extra praeſcriptum egreditur. Exquiſite autem *evagari ordinem*, ut alias dicitur *exire tela*, *evadere pugnam*. — 11. *emovit* (v. V. L.), ſuſtulit e civitate, *culpas*, flagitia, inpr. adulteria. cf. ſup. 5. 22 & 24. item III. 24. 34. — 12. *revocavit*, reſtituit, quae exulaſſent per bella civilia, *artes* (cf. ad III. 3. 9.) h. virtutes *veteres* Romanas, antiquam morum diſciplinam. Cf. II. 15. 10 ſqq. III. 6. 33 ſqq. item odas III. 2. & 24. ibique dicta in Argg. & nott.

13 ſqq. v. Argum. Sunt vv. ab ornatu & copia nobiliſſimi. *Latinum nomen*, res Romana, populus Romanus. *Italae vires*, opes Romanorum. — *famaque*, gloria, & *maieſtas imperii* Romanorum *porrecta* eſt; pro vulgari: ita *crevere*, ut *fama & m. i. porrecta* ſit cet. — *maieſtas imperi*, pro, imperium, doctiſſime & feliciſſime; cum ſancto & ſollemni verbo *maieſtas* dice-

Non, qui profundum Danubium bibunt,
Edicta rumpent Iulia, non Getae,
Non Seres, infidive Persae,
Non Tanain prope flumen orti.

Nos-

21. *bibent* Lipf. 4. 23. *infidique* duo Vatt. Torn. Farn. Lamb. Pulm. 1. 4. 5. unus Bersm. Lipf. 1. 4. Venet. 1492. Locher. Asc. Sed esse debet *infidive*, ut habent omnes ceteri codd. v. V. L. ad III. 1 44. IV. 9. 17. 24. *Nec T.* Alt. 1. *Tanaim* vulgo. *Tanain* Lipf. 1. 2. Lamb. Mur. Heinf. Bentl. Cun. San. Est forma doctior.

diceretur imperii & nominis populi Romani amplitudo & dignitas. v. Cic. Partit. 30. *porrecta*, protenta & propagata *ab H. cubili solis ad* eius *ortum*, ab occidente usque ad orientem.

17 sqq. Cf. locus simillimus, III. 14. 14 sqq. scilicet simili tempore & occasione scriptus. — *Caesar* donec *custos* (sup. ad 5. 2.) *rerum*, h. orbis terrarum, erit, magnifice pro, donec Augustus imperabit & superstes erit: neque civilia iam (vv. 17-20.), neque externa bella (vv. 21-24.) metuenda erunt. Hi tales sensus cum praeclare respondent Iano clauso, tum summum Augusti elogium continent. — *furor* (cf. Virg. Aen. I. 294.) *& vis*, violentia, *civilis*, bella civilia. — *otium*, pacem, *exiget*, expellet & eiiciet e civitate; uti dicuntur v. c. *exacti reges*. v. V. L. Augustus ita regit civitatem, ut numquam hoc in posterum timendum sit. — 19. 20. Amplius ornantur bella civilia. Observetur & gravitas & simplicitas versuum. — *ira*, odia civilia. — *procudit*, ad procudendos enses impellit. — *inimicat*, inimicas inter se reddit, συγκρούει, ἐχθροποιεῖ. Verbum antiquum, novatum ab Horatio, praeclare oden decens. — *miseras*, in eoque eas miseras facit.

21. Repetendum *custode rerum C.* cuius maiestatem ita reverebatur orbis terrarum, ut nihil ausurus in posterum quisquam hostis, &

Nosque & profeſtis lucibus & ſacris,
Inter iocoſi munera Liberi,

Cum

25. *Nosque in pr.* nonnulli ap. Cun. & Ion. *Nosque profectis* Lipſ. 1. *Nosque profeſtis* libri Marcil. Mentel. Alt. 1. Deſſ. 2. Cun. Ion. Sed abeſſe non poteſt & per ſententiam. v. not.

& ſic perpetua fore haec pax videretur. Cf. ſup. 5. 25 ſqq. item 14. 41 ſqq. ibique not. Memorantur praeclaro cum dilectu hoſtes & atrociſſimi, & noviſſime demum vel domiti vel pacati. — *qui Danubium b.* (v. II. 20. 20. & cf. ſup. 14. 46.) Germani, Rhaeti, Pannonii, Daci. — 22. *edicta Iulia*, leges Auguſti, *non rumpent*, i. numquam adverſus eum rebellabunt. Sunt *edicta* & verae leges, victis populis impoſitae, & leges ſ. conditiones foederum pactorumque cum barbaris gentibus initorum. Sic magna & virtus & gravitas vocabuli eſt. Sed ex Iſtri accolis inprimis nominatim memorantur *Getae*, h. Daci, qui nuperrime, brevi ante Ianum clauſum, eſſent coërciti. v. Argum. Proprie *Getae* ultra Dacos, verſus Orientem & pontum Euxinum, ad Iſtrum habitabant. v. Strab. VII. p. 304 ſq. Sed Romanis iidem eſſe ſolent Daci & Getae, haud dubie, quod eſſent vicini & ſocii. v. ad III. 8. 18. — *Seres*, v. ad I. 12. 56. *Perſae*, Parthi, *infidi*, quatenus ſaepius olim rupiſſent pacta cum Romanis inita. Itaque vim habet epitheton: ipſi infidi illi Parthi *non rumpent e. I.* — 24. *Non* Scythae. v. ad II. 9. 23. III. 4. 36. it. 8. 23. it. 29. 28.

25 ſqq. Sequitur pulcherrima & perfectiſſima pictura Romanorum ſummae & publicae univerſorum & privatae domeſticaeque ſingulorum ſub Auguſto pacifico felicitatis, atque adverſus illum, cui acceptam eam omnem referrent, maximae intimaeque pietatis. Non poterat nobilior eſſe carminis exitus; quem praeclare decet etiam aſſurgens ſenſuum & orationis vigor, aucto per argumenti naturam enthuſiaſmo. Simillima pictura

erat

Non, qui profundum Danubium bibunt,
Edicta rumpent Iulia, non Getae,
Non Seres, infidive Persae,
Non Tanain prope flumen orti.

Nos-

21. *bibent* Lipf. 4. 23. *infidique* duo Vatt. Torn. Farn. Lamb. Pulm. 1. 4. 5. unus Bersm. Lipf. 1. 4. Venet. 1492. Locher. Asc. Sed esse debet *infidive*, ut habent omnes ceteri codd. v. V. L. ad III. 1 44. IV. 9. 17. 24. *Nec T.* Alt. 1. *Tanaim* vulgo. *Tanain* Lipf. 1. 2. Lamb. Mur. Heinf. Bentl. Cun. San. Est forma doctior.

diceretur imperii & nominis populi Romani amplitudo & dignitas. v. Cic. Partit. 30. *porrecta*, protenta & propagata *ab H. cubili solis ad* eius *ortum*, ab occidente usque ad orientem.

17 sqq. Cf. locus simillimus, III. 14. 14 sqq. scilicet simili tempore & occasione scriptus. — *Caesar* donec *custos* (sup. ad 5. 2.) *rerum*, h. orbis terrarum, erit, magnifice pro, donec Augustus imperabit & superstes erit: neque civilia iam (vv. 17-20.), neque externa bella (vv. 21-24.) metuenda erunt. Hi tales sensus cum praeclare respondent Iano clauso, tum summum Augusti elogium continent. — *furor* (cf. Virg. Aen. I. 294.) *& vis*, violentia, *civilis*, bella civilia. — *otium*, pacem, *exiget*, expellet & eiiciet e civitate; uti dicuntur v. c. *exacti reges*. v. V. L. Augustus ita regit civitatem, ut numquam hoc in posterum timendum sit. — 19. 20. Amplius ornantur bella civilia. Observetur & gravitas & simplicitas versuum. — *ira*, odia civilia. — *procudit*, ad procudendos enses impellit. — *inimicat*, inimicas inter se reddit, συγχέει, ἐχθροποιεῖ. Verbum antiquum, novatum ab Horatio, praeclare oden decens. — *miseras*, in eoque eas miseras facit.

21. Repetendum *custode rerum* C. cuius maiestatem ita reverebatur orbis terrarum, ut nihil ausurus in posterum quisquam hostis, &

Nosque & profestis lucibus & sacris,
Inter iocosi munera Liberi,

Cum

25. *Nosque in pr.* nonnulli ap. Cun. & Ion. *Nosque profectis* Lips. 1. *Nosque profestis* libri Marcil. Mentel. Alt. 1. Deff. 2. Cun. Ion. Sed abesse non potest & per sententiam. v. not.

& sic perpetua fore haec pax videretur. Cf. sup. 5. 25 sqq. item 14. 41 sqq. ibique not. Memorantur praeclaro cum dilectu hostes & atrocissimi, & novissime demum vel domiti vel pacati. — *qui Danubium b.* (v. II. 20. 20. & cf. sup. 14. 46.) Germani, Rhaeti, Pannonii, Daci. — 22. *edicta Iulia*, leges Augusti, *non rumpent*, i. numquam adversus eum rebellabunt. Sunt *edicta* & verae leges, victis populis impositae, & leges s. conditiones foederum pactorumque cum barbaris gentibus initorum. Sic magna & virtus & gravitas vocabuli est. Sed ex Istri accolis inprimis nominatim memorantur *Getae*, h. Daci, qui nuperrime, brevi ante Ianum clausum, essent coërciti. v. Argum. Proprie *Getae* ultra Dacos, versus Orientem & pontum Euxinum, ad Istrum habitabant. v. Strab. VII. p. 304 sq. Sed Romanis iidem esse solent Daci & Getae, haud dubie, quod essent vicini & socii. v. ad III. 8. 18. — *Seres*, v. ad I. 12. 56. *Persae*, Parthi, *infidi*, quatenus saepius olim rupissent pacta cum Romanis inita. Itaque vim habet epitheton: ipsi infidi illi Parthi *non rumpent e. I.* — 24. *Non* Scythae. v. ad II. 9. 23. III. 4. 36. it. 8. 23. it. 29. 28.

25 sqq. Sequitur pulcherrima & perfectissima pictura Romanorum summae & publicae universorum & privatae domesticaeque singulorum sub Augusto pacifico felicitatis, atque adversus illum, cui acceptam eam omnem referrent, maximae intimaeque pietatis. Non poterat nobilior esse carminis exitus; quem praeclare decet etiam assurgens sensuum & orationis vigor, aucto per argumenti naturam enthusiasmo. Simillima pictura erat

Cum prole matronisque nostris,
Rite Deos prius adprecati,

Vir-

27. *parentisque* Mentel. *& precati* Dess. I.

erat sup. 5. 31 sqq. ibique etiam finiebat carmen. Idem interest inter illam & nostram, quod omnino inter utramque oden interesse in Argum. diximus. In nostra ipsi sensuum suavitati mixta sentitur altior quaedam sanctitas & gravitas, exquisitior quaedam doctrina, miré conveniens universae carminis indoli. — *Nosque* insignem oppositionem continet adversus illos, qui Danubium bibunt, ceterosque subactos populos, vv. 21 - 24. Illi dum horrent Augustum pacificum, eiusque metu compressi quiescunt, *nos* interea beatissimam sub eodem laetissimamque vitam degimus, & immortalibus ab eo cumulati beneficiis, tenerrima illum caritate ac veneratione prosequimur. Sed hoc quomodo exornatum sit, vide. — *profestae luces*, profesti dies, h. festivitate vacui, non festi. — *& pr. l. & sacris*, pro vulgari, non solum sacris & festis diebus, in sollemni communique religione, sed etiam profestis, & sic quotidie, suae quisque domi, & privatis in conviviis, ita faciemus. Pinguntur in dulcissimo otio, laetissimaque omnium rerum copia, quotidianae populi Romani quasi feriae (v. sup. 5. 37.), quotidiana gaudia, quotidiana adversus principem suum pacificum pietas. Haec declaratur per *libationes* & *hymnos*, quibus illum in conviviis venerarentur. v. sup. 5. 32. ibique not. — 26. *munera Liberi*, vina. — *iocosi*, qui ad gaudia invitat, laetitiae dator; lectissimum h. l. epitheton. — 27. *cum* liberis & coniugibus *nostris*. Praeclare hoc pingit felicitatem domesticam, totiusque familiae in Augustum, illius auctorem, intimam caritatem. cf. sup. 5. 34. ibique not. — 28. *rite*, h. ex ritu sacro & sollemni, *Deos adprecati* (novum verbum), precati, precibus ad Deos factis, np. inter libationem, quae declaratur

Virtute functos, more patrum, duces,
Lydis remixto carmine tibiis,

Troiam-

30. *Lydiis* nonnulli Torr. Lipss. Dessss. Fran. *permixto* Lips. 3. *inmisto* Lips. 4.

ratur his, & quam sequebantur hymni. cf. sup. 5. 33.

29. *more patrum*, maiorum, *canemus*, fortes & claros *duces*. Antiquissimus Romae mos fuit, ut clarorum hominum laudes atque virtutes super epulis canerent convivae ad tibiam. v. Cic. Tusc. I. 2. IV. 2. Valer. Max. II. 1. 10. Igitur summam h. l. gravitatem revocatus ille mos priscus habet. *virtus* pro rebus praeclare & fortiter gestis; hinc, *virtute functos*, ut munere aut officio, docte pro, qui praeclaras & magnas res gesserunt. Cic. Tusc. I. 45. *qui virtutis perfectae perfecto functus est munere.* — 30. *carmine remixto*, mixto, *tibiis*, h. quod ad tibias canitur; *canemus* ad tibias. — *tibiae Lydae*, Lydiae, non peculiare tibiarum genus, Horatii certe aetate, sed, quibus canitur ad modum Lydium, ad harmoniam Lydiam. Noti veterum modi musici (*Tonarten*), Dorius, Ionius, Aeolius, Phrygius, Lydius. Lydius quidem aptissimus erat laetitiae, conviviorumque hilaritati, attamen ipsi vigori mollitudinem quamdam admixtam habebat. Sic magnus h. l. in illo dilectus cernitur. v. Plat. Rep. III. p. 510. D. Athen. XIV. 10. Lucian. Harmon pr. & nos inf. ad V. 9. 5 sq. Videtur artis peritis fuisse modus Lydius is, qui post dictus fuit *F dur*, np. antiquior ille cum quarta maiore. v. Sulzer. Theor. AA. T. III. p. 189. — 31. *Troiam*, quatenus inde origines gentis Romanae ducuntur; sed inprimis *Anchisen*, & *Veneris progeniem*, posteritatem, h. gentem Iuliam, quae per Iulum ab Aenea, Anchisae & Veneris filio, descendere credebatur, credique volebat. — *almae*, perpetuum epitheton. v. Lucr. I. 2. Summum se doctissimumque his in duobus tetrastichis poëtam Horatius praebet. Velut e longinquo propius propiusque sensim ad Augustum ferri videtur ora-

Troiamque & Anchisen & almae
Progeniem Veneris canemus.

---

32. *canamus* Lipſ. 1 a m. pr. male.

oratio, neque tamen ad eum diſerte ac nominatim pervenit. Memorantur *Dii*, fortes *duces*, *Troia*, *Anchiſes*, *Veneris progenies*, & hîc carmen finitur. Sed nunc eo iam delatus eſt lector, ut ſentiat, ad quem ſpectent haec omnia; videt, in *Diis* illis, in claris *ducibus*, in *Troia*, *Anchiſe*, *progenie Veneris*, unum omnium maxime cogitandum eſſe Auguſtum. Atque hoc quod ipſi ſentiendum videndumque relinquitur, quod illi ſenſus ex dimidia modo parte, ut ſic dicam, oſtenditur, id ſummam, quam ex hac pictura capit, delectationem non poteſt non augere. Vnde apparet, quanto maiorem voluptatem Romano lectori, ipſique Auguſto, adferre debuerit tam exquiſita, tam admirabilis ac divina ſenſuum & orationis inflexio.

EX-

EXCURSUS
ad carm. IV. 4. 19—22.

Iterum habemus quatuor versus, quos ex Horatii ingenio provenire non potuisse, facile percipiat, cui non frigidus obstiterit circum praecordia sanguis. Sed hoc accuratius iam declarandum est. cum respectu ad leges illas criticas, quas ad III. 17. 2-5. in Excursu II dedimus.

Adnumerandum esse hoc carmen in nobilissimis & excellentissimis Horatii operibus, ipsoque statim exordio nihil magnificentius ac pomposius esse posse, & in Argumento diximus, & suus quemque sensus docere potest. Iam postquam ab initio, lecto tam sublimi splendidoque exordio, eodem, quo incensus fuit poëta, ardore incaluisti, subito atque ex improviso incidis in verba:

quibus
Mos unde deductus per omne
Tempus Amazonia securi
Dextras obarmet, quaerere distuli:
Nec scire fas est omnia:

Quem non gravissime offendant haec, ac velut stupore quodam percellant? quis non frigore & febrili quasi horrore se corripi sentiat? quis non inique ferat, interrumpi & reprimi eum, in quo iam versatur, enthusiasmum tam importunis ineptisque versibus? quis eos non vel abesse optet, vel a quovis alio potius, quam ab ipso Horatio, factos insertosque esse, sibi persuadeat?

Primum ipsorum versuum sententiam adspiciamus. „Nolo iam quaerere, unde Vindelici eum morem acceperint, ut securi Amazonia utantur, omninoque, unde origines ducant: nec scire licet omnia.„ Quid magis alienum a poëtica, idque lyrica ratione, quid magis alienum ab hoc argumento, ab hoc carmine, ab hoc loco denique, quid humilius atque exilius, quid inutilius atque miserius, quid indignius Horatio esse possit hac tali parenthesi? Obliviscimur, nos legere incepisse oden sublimem plenamque caloris Pierii; subito delati sumus in commentationem historicam vel antiquariam. Ergo summus

mus antiquitatis poëta in medio, eoque excelsissimo, quo umquam exarsit, enthusiasmo, satis phlegmatis habuit, satis tranquillo ac lento animo fuit, ut concipere sensum tam frigidum, inserere tam alienam sententiam potuerit? Hoc si quis credere possit, eum neque ingenii Horatiani, neque rationis lyricae, neque universam animi humani indolem nosse atque intelligere putem. At, inquit Baxterus, necessarius est iste locus ad indicandam hostium ferociam. O insipientem hominem atque inficetum! Si voluit Horatius pingere Vindelicorum ferociam (quo omnino per se valere *secures* poterant), hoccine eum ita inepte instituere, ita inscite adgredi potuisse credamus, ut diceret: „nolo quaerere, unde secures acceperint; nec scire fas est omnia.„? Quis in hac tali verborum conversione illud consilium, quis picturam, quis Romanae fidicinem lyrae agnoscat? Dacerius licet fateatur, plane prosaicos atque humiles esse hos versus, neque meritos, qui in hanc oden inferrentur; tamen excusari eosdem & ferri posse putat, quatenus περίςασις nobis hodie ignota locum illis dare potuerit: sive Romae & in aula Augusti eo tempore, occasione victoriae Drusi, multi variique sermones, magnaeque controversiae, de securibus Vindelicorum inciderint; sive poëta vafre tangere atque irridere voluerit ineptum illius aetatis poëtam, qui in carmine, quo celebrare instituisset Drusi victoriam, vel alio quocumque in opere, curiose operoseque de securi Vindelicorum Amazonia disquisivisset. Suffragatur his Gesnerus, morderi putans Domitii Marsi poëma, Amazonida, quod memorat Martial. IV. 29. Sed cum facilius est eloqui & proponere tales coniecturas, quam earum veritatem ostendere; tum vel sic Horatii horumque versuum honori male consulitur. Nam cogitantandum erit, quo in loco & statu mentis sit atque esse debeat is, qui ad iocandum atque irridendum feratur. Quis non videt, ad ridendum opus esse remissa quadam animi inertia, tranquilla quadam & lenta hilaritate, cui nullus omnino locus esse in sublimi enthusiasmo possit? Quare quis tam igniarus sit non solum spiritus poëtici, sed etiam naturae mentis humanae, qui credere possit, sic subito ingenium Horatii ab tam excelsis & magnificis sensibus ad iocos satiricos delabi, sic subito eius enthusiasmi impetum sisti & cohiberi, phantasiam ardentem glaciari quasi & frigore adstringi potuisse?

Deinde

Deinde quam importune his versibus interpositis interrumpatur ipsa sensuum connexio, inprimis etiam apparet, si tollantur e medio:

Videre Rhaetis bella sub Alpibus
Drusum gerentem Vindelici: & diu
Lateque victrices catervae,
Consiliis iuvenis revictae,
Sensere cet.

Ita quis non malit legere? quis desideret abiectos versus? quis non intelligat, quam praeclare iam non solum continuetur enthusiasmi & sensuum quasi torrens, sed etiam quam apto & quasi necessario nexu cohaereant sententiae, quas resectus ille pannus tam importune interpellat, misereque distrahit? Illud quoque hinc manifestum est, salvo metro e medio tolli posse istos quatuor versus, nisi quod ita acutus fuit interpolator, ut *&* mutaret in *sed*, ne vocales concurrerent.

Scilicet clare etiam prodit interpolatorem indoctum ineptumque studium, ita connectendi additamenti cum iis, quae praeeunt & quae sequuntur, ita illius vel inflectendi vel protrahendi, ut in sententiae & metri nexum recurreret. Pertinet huc inprimis & intolerabilis illa h. l. importuneque inserta, ad explendam rimam, gnome: *nec scire fas est omnia*, & plane inscita ac putida connexio cum sqq. per *sed:* „nec scire fas est omnia; *sed* hoc certo scio, hoc scire satius est„ vel, ut alii: „*sed*, ut illuc revertar„ vel, ut Gesn. „nolo quaerere de gentis originibus, *sed* etiamsi non sint Amazonum progenies, certe late victrices catervae fuerunt.„ Quid miserius, quid puerilius esse hac tali inflexione potest?

Accedit ipsius sententiae ita plane prosaica conversio, ita humilis & infiseta elocutio, ut prorsus infra dignitatem lyricam, inprimis huius talis carminis sit. Quam vulgaris & pedestris conversio: *quibus unde mos - - quaerere distuli.* Quam prosaica sunt, *mos unde deductus*, *nec scire fas est omnia.* Quam languidum & frigidum illud: *per omne tempus.* Vnicum verbum *obarmare* exquisitius videri potest, sed illud, cum cetera indoctum hominem prodant, sane non ingenium, sed necessitas metri & casus obtulit.

Denique manifestam glossematis sive scholii speciem hi vv. habent, & facile, unde ortum sit tam miserum additamentum, intelligi potest. Adnotarat grammaticus in exemplo suo ad v. 18. securi usos fuisse in pugna Vindelicos, more & exemplo Amazonum. Alii mirum videbatur, unde hunc morem accepissent; sed, cum obscuram esse & implicitam eam rem intelligeret, se nolle nunc de ea quaerere, in margine adscribebat. Alius addebat, illud sciri nec posse nec necesse esse. Infelici casu erat, qui, animi caussa, metro includeret haec scholia, atque ita extenderet, ut quatuor versus complerentur, & in nexum cum sequentibus rediret parenthesis. Quam in rem cum huc trahebat gnomen: *nec scire fas est omnia*, tum videns hiatum, *omnia &*, facile in eam cogitationem veniebat, ut *&* mutaret in *sed*. Deinceps librarius, exemplum tale nactus, ipsi contextui inserebat omnia: quod cum admodum mature factum esse oporteat, hinc omnes, qui hodie exstant & inspecti sunt, codices, illo assumento laborant.

Quare omnibus his, quae hactenus dixi, motus non possum non hos tam inutiles atque alienos, tam miseros atque indignos Horatio versus habere pro suppositis, atque ab inepto grammatico, malove poëta, temere assutis. Attamen more eo, quem servavi in III. 17. 2-5. non resecui eos aut eieci, sed uncis includi atque asteriscis notari iussi. Primus Lambinus subodoratus videtur eorum ineptiam, dum eos includendos esse dicit interpositionis nota, vel potius ita legendos, ut a proposito sermone aberrantes, quod genus appellent Graeci ὑπέρβατον. Post eum Tanaquillus Faber, vir sagacissimus, *miror*, inquit, *haec ab Horatio scripta esse, & nollem factum*; eaque admonitione aliquantum commotus Dacerius etiam fuit, ut vidimus. Denique eiicere versus ausi sunt Guietus, Sanadonus, Sivrius. Mediam quamdam viam ingressurus Ionesius profectos illos omnino putavit ab Horatio, qui, ut fuerit ingenio ad irridendum prono, sumserit quidem lyram, sed mox, erumpente satirica indole, ad deridendum proscindendumque ineptum aliquem poëtam, aemulum fortasse, abreptus sit, sed antequam Augusto tradiderit carmen, adhibita feliciter lima, versus hos, quibus hîc non esset locus, prudenter ipsum delevisse. Sed unde quaeso scire hoc

aut

aut habere Ionesius potuit? Deinde de omni hac tali demonstratione facile est ex iis, quae supra explicita sunt, iudicium. Interim ille uncis inclusos versus alio charactere exprimendos curavit.

Ceterum morem Vindelicorum, gerendi Amazoniam in bello securim, ita ad h. l. explicat Porphyrion: *Hi Vindelici ab Amazonibus eiecti e suis sedibus, ex Thracia in exilium se contulisse alio, inque iugis* (Alpium) *insedisse dicuntur, & quod potissimum in se tela securesque Amazonum experti fuerint, ipsos usum earum in bello accepisse.* Ortos etiam ab Amazonibus tradit Serv. ad Virg. Aen. I. 244. XI. 651. Quae sive certa ac vera sint, sive dubitari adhuc possint (certe aliis ex antiquitatis scriptoribus nihil tale constat), nullum profecto praesidium his, quos reiecimus, versibus adferant: neque obscurum est, quantum tribuendum sit Lambini sententiae, praeclare Horatium id, quod sciret aut certo scire posset, se nescire dicere, quia magis occupatus fuerit in Drusi victoria.

EMEN.

EMENDANDA ET ADDENDA.

P. 4. extremo Argumento addatur: *Denique comparent studiosi versionem carminis Mastalerianam.*
p. 62. V. L. lin. penult. leg. II. 11. 9.
p. 68. sect. 2. l. penult. leg. idea.
p. 72. sect. 2. l. 1. leg. Aen. IV 143.
p. 102. sect. 1. l. 4. post, imago, adde: Comp. Virg. Aen. IX. 603 sqq. ibique Ill. Heyn.
p. 111. sect. 2. l. 20. post, I. 8. 3 sqq. adde: & inpr. inf. 12. 6 sq.
p. 129. V. L. l. ult. post, repetendum, dele comma.
p. 136. sect. 2. l. 7. leg. v. 5. 6.
l. 17 sqq. deleantur verba: Ad Lyden — apparet.
p. 137. sect. 1. l. 5. leg. II. 5. 1.
p. 151. V. L. ad v. 1. l. 7. leg. *Bandusie* (pro *Bandusiae*).
p. 169. sect. 2. l. penult. leg. accurrerent.
p. 174. V. L. l. 3. leg. fine ulla.
p. 182. sect. 2. l. 11. post, III. 1. 30. adde: item Tibull. II. 6. 21.
p. 193. Argum. l. 10. leg. *Idib. Februar.*
p. 198. Argum. l. antepen. leg. II. 7. 23.
p. 211. V. L. l. 5. leg. Alt. 1.
p. 221. sect. 2. l. 21. post, designant, adde: cf. omnino Anacr. VI. 12 sqq.
p. 223. Argumento extremo adde: *Forte etiam in mentem venire novis possit, Horatium pro salute amicae partui vicinae hoc carmine vovere nunc demum Dionae piam consecrandam; quomodo* esto, *v* 5. *esset pro* erit.
p. 225. s. 1. l. 11. leg. 5. Ipsa consecratio, vel, si mavis, votum.
p. 230. sect. 1. l. 28. adde: — *fragili*, h tenera.
p. 244. sect. 2. l. 5. leg. 18. 7. IV. 8. 29 sqq.
p. 253. V. L. ad v. 2. l. 14. leg. &, praeter tres, nostri.
p. 264. sect. 1. l. 30. dele verba: Talis & Venus Medicea. Nam v. Ill. Heyn. antiquar. Samml. T. I. p. 117.
p. 287. sect. 2. l. 25. leg. intervenit.
p. 304. sect. 2. l. 22. leg. fructus.
p. 305. sect. 1. l. 15. leg. illustret & impleat.
sect. 2. l. 5. post, attulit, lege: vel, quod forte melius, secum avexit (cf. IV. 13. 14 sqq.), h. praeterita bona & gaudia.
p. 306. sect. 1. l. 2. lege: *transmutat*, mutando transfert ab alio in alium (pro quo docte est v. 52.) *honores* h. dona & munera sua, eo ipso *incerta*.
p. 307. in contextu dele comma post, scaphae.
p. 336. sect. 1. l. 28. leg. item.
p. 399. sect. 1. l. 8. leg. 14. 43.
p. 414. V. L. ad versum 6 revocanda sunt, hic per errorem omissa, & pag. sq. ad v. 10 adposita verba: *quamquam* — — In eodem v.

Halae Magdeb. excudebat I. C. Hendel. 1782.